A
39
462

II-19251
Ba (1)

# Homiliæ in omnes Epistolas Dominicales iuxta literam. Per fratrem Ioannem Royardum, ordinis fratrum Minorum.

*Longè fidelius, quàm vnquam antehac, ad vetera exemplaria recognitæ, & terſius emendatæ.*

PARS HYEMALIS.




PARISIIS.

Apud Carolam Guillard, ſub Sole Aureo via ad diuum Iacobum.

1553

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

# ENCOMION PATRIÆ.

Vrbs patrio celebris procul Oldenerda labello
Neruia ſum illa vetus, vox prout ipſa ſonat.
Nam ſi poſterius d per v conuerteris, exto
Oldenerua, quod eſt, Neruia ritè vetus.
Neruij & hinc veteres celebrãtur iure Coloni,
Nomenclaturæ quod probat ipſe rigor.
Menapium noſtris locus eſt cõterminus aruis,
Temporibus priſcis inclytus atque potens.
Hic ſuper irriguas eſt Scaldæ conſitus oras,
Hunc Enaém vulgo tempora noſtra ferunt.
Hiſce fidem regni faciunt monimenta vetuſti,
Indigenæ id memorant, id probat ipſe ſitus.
Belgarum annales, & Cæſar, & optimus ille
Rerum deſcriptor Plinius iſta notant.

LEVINI CRVCII CVRIO-
nis Boëſcepani in omnes Homilias eruditi
patris Fra. Ioannis Royardi Mino-
ritæ, Epigramma.

Si vera eſt ſummi ſententia dia tonantis
Ore ſacro illuſtris qui Salomonis ait,
Illuſtrant qui me, cœleſti luce fruentur,
Veſcentur dulci Nectare & Ambroſia.
Non dubium tandem, quin viues vſque beatis
Sedibus æthereis docte Roarde poli.
Quandoquidē illuſtras variis ſermonib⁹ ipſum
Et dominū, & Chriſtū docte Roarde ſuum.
Illuſtras Diuos pariter, ciuéſque, & amicos,
Æterno iunctos fœdere, amore, deo.
Perge bonis auibus, bone vir, ſic itur ad aſtra:
Perge, feres ſuperis præmia magna locis.

aa ij

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 39
N.º: 462

FRATRIS FRANCISCI Niuuenbouij Teneramundani, in hanc ſalutarem opellam Encomium.

MEns quid auara iuuat fibras conſtringere curis?
Quid lacerũ pect⁹ ſollicitudo premit?
Linque ſophos varios, mẽdaces linque poëtas,
Linque Stagiritici dogmata vana patris.
Ecce vetuſtatem vetus hic tibi Neruius aufert,
Neruius huc neruos contulit ingenij.
Huc huc Pegaſeo confer veſtigia greſſu,
Ebrietas ſancta eſt quam parit iſte calix.
Hic tibi ſyderei panduntur verticis arua,
Clauditur infernæ ianua lata domus.
Si placet ad Chriſti mores componere vitam,
Æmulus hic poteris moribus eſſe ſuis.
Doctrinam referes hic ſeruatoris Ieſu,
Nil niſi ſyncerum codicis vmbra docet.
Eſt ægris medicus, iuſtis ſolatia præſtat,
Paſcitur Ambroſia cui cibus iſte placet.
Cãdide quicquid aues lector, dabit iſte libellus,
Conſonet at verbis inclyta vita ſuis.

EIVSDEM DISTHICON in Zoilum.

Criminis inſimulas Phœbęum noctua lumen:
In culpa eſt oculus, non tibi Phœbus obeſt.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala:
Estante:
Número:

REVE-

REVERENDO PATRI FRA. Matthiæ Vuenſſens ſuper Fratres minores obſeruantiæ Regularis per prouincias cyſmontanas Commiſſario generali, Fra. Ioannes Royardus, Salutem.

QVum iampridem accepiſſem tuæ Reuerēdę paternitatis literas, quibus ſtimulor vt quas ante decennium mihi cōſcripſeram qualeſcunque Homilias edere curarē, nec fas mihi eſſe arbitrarer repugnare monenti, ei prȩſertim cui me deus voluit eſſe ſubiectum, ſtatim me ad obediēdum accinxi, nequicquā obſtantibus quæ ab iniuncto me equidem poterant abſterrere. Inter quæ hoc vnum quàm maximè, quòd quum digna ſcribi needum ipſe fecerim, ædere quæ legant alij non eſſem dignus. Scripſerā fateor mihiipſi, vt ſi (quod fieri ſolet) iamiámq; vergētem in ſeniū ad aſsiduas cōciones memoria deſtituat, codices ſubſidio forēt. Deterruit nihilominus quod obiici mihi poſſe nō ignoro, aliorum ſcilicet me in expoſitione ſacræ lectionis, nō modò ſententias, ſed multis in locis etiā verba deſumpſiſſe. Quod tamen nō eo animo feci, vt priſcorum verba furarer, aut quaſi plumis (quod aiunt) ornari cupiens alienis, ſed quoniam meę tenuitati erāt neceſſaria. Nō enim ille ſum qui ſine ducibus præuiis ſcripturarum interpretationē (prȩſertim hoc tempore) mihi arrogauerim. Sed nec vitio detur diſcipulo, ſi illuſtrium pręceptorum potius quàm propriis vtatur verbis, quandoquidem illis maiorem habeat fidē, ſed & cæteros putet habituros poti⁹ q̄ ſuis. Tametſi itidē citra ſui cādoris detrimētum etiam priſcorum fecere complures. Nam inter Neotericos id adeò tritum eſt, vt nulli horum vitio detur. At multo magis id faciunt Canoniſtæ. Itaque priſcorum. Auguſtini, Bedę, Bernardi, Ruperti, aliorúmque, & verbis & ſenſis optimis meos ſudores innexui, vt ea quę per ſe nō conſiſterent, illorū authoritate fulciantur. Sed præter hęc

& aliud quidpiam obſtabat.Quum enim adeò iam multiplicati ſint libri, vt aceruum Chryſippi ſuperent,ſuperuacaneum id videbatur,quod molirer. Conflauerunt enim plerique ex ſermonibus aliorũ & ipſi ſermones, & quidẽ eo pacto, vt quicquid illic repererint, vſurparint ſibi, ac ſi illud(qualecunque tandẽ fuerit) vel Euangelicũ eſſet, vel Apoſtolicum,neglecta interim atque incõſulta ſcriptura diuina Peperit ſanè huiuſcemodi librorum multiplicatio cum fructu exiguo laborem vſque adeò immẽſum, vt Syſiphi ſaxum voluere putentur,dum pro vna aut altera declamanda conciuncula,tot libros tranſcurrere coguntur, vt intellectum ſibi pariter & memoriam confundant & obruant.Porrò tanti laboris cõpendium aliud nullum eſt, quàm vt ſcripturã verbi cœleſtis ducem ſequentes (vtiq; lucernã lucentem in caliginoſo loco)noſtras illi meditationes accõmodemus,nõ declinantes ab ea,neq; ad dexteram neque ad ſiniſtrã.Nec tamen inficior eſſe pleroſq;, qui concionem declamaturi,tomum ſacræ lectionis aſſumunt,ſed mox inde recedẽtes cõfugiunt ad aliena, vt iure proclames: Quò nunc ſe proripit ille? Sed de his ſatis. Cæterùm pro meis iſtis laboribus quid hic aliud à nõnullis expectẽ,quàm obtrectatiões & maledicta?Adeò enim corrupto quidã ſunt iudicio, vt etiam de his malè loquãtur,quæ(teſte conſcientia)probant. At cuiuſpiam horum iudicio nil moueor.Nam quod probat aut dãnat,tanti eſt quãti arbiter ipſe. Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error.Cúmq; ſuo moriens ſententia iudice tranſit.Itaque hos Scylleos latratus cũ illa naue prætereamus, quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.Porrò tuæ.R.P.cenſuræ qualecunq; ſit quod ſcriptitarim libenter committo. Cuius ſi iudicio forſan aliquid hic aptius exit, (Quando hæc rara auis eſt,ſi quid tamẽ aptius exit)dei eſt: Quòd ſi ſecus,meæ fuerit imperitiæ,quam flagito pro bona volũtate haberi excuſatam.R. tuã P.incolumem Chriſti Ieſu domini noſtri clemẽtia tueatur.Vale.Antuerpię,decimooctauo Calendas Februarias,Anno. 1538.

## PIO LECTORI F. IOAN. Royardus fœlicitatem.

BOni conſule, pie Lector, præſentes qualeſcunque noſtras lucubrationes. Quas etſi rudiores eſſe non ignorem, quàm vt huius æui ingeniis reſpondeant, at ſaltem in pias operas tranſcribe, probe ſciens in huiuſmodi non modò quæ digna ſunt effeciſſe, pium eſſe, ſed etiam vel hoc ipſum voluiſſe. Nam de expolienda lingua, de ſectanda orationis phraſi (etſi noſtræ opis eſſet) quorſum ad nos (præſertim in huiuſcemodi argumento) pertinuit, eo maximè tempore, quo tot omnis politioris literaturæ ſpectamus Coryceos? Porrò ſi hæc vel ſucciſiuis horis dignaberis, exiſtimabo me non omnino & oleũ (vt aiũt) & operã perdidiſſe. Quòd ſi forſã hæc in manus ſupercilioſi ac critici Lectoris obuenerint, cui morbo nulla poteſt arte mederi, ſciat is facilius eſſe aliena carpere, quàm propria præſtare. Vale, & noſtris laboribus fruere fœliciter. Antuerpiæ, decimooctauo Calendas Februarias, Anno M. D. XXXVIII.

# IN PARTE HAC HYEMALI Homiliæ hic deſignatæ continentur.

DOminica prima aduentus, Homiliæ II.
Dominica ſecunda Aduentus, Homilia I.
Dominica tertia Aduentus, Homilia I.
Dominica quarta Aduentus, Homilia I.
Dominica infra octauam natiuitatis Domini, Homilia I.
Dominica infra octauam Epiphaniæ, Homiliæ II.
Dominica ſecunda poſt Epiphaniam, Homiliæ II.
Dominica tertia poſt Epiphaniam, Homilia I.
Dominica quarta poſt Epiphaniam, Homilia I.
Dominica quinta poſt Epiphaniam, Homilia I.
Dominica in ſeptuageſima, Homilia I.
Dominica in ſexageſima, Homiliæ II.
Dominica in Quinquageſima, Homilia I.
Dominica prima Quadrageſimæ, Homilia I.
Dominica ſecunda Quadrageſimæ, Homilia I.
Dominica tertia Quadrageſimæ, Homilia I.
Dominica quarta Quadrageſimæ, Homilia I.
Dominica in Paſsione, Homilia I.
Dominica in Ramiſpalmarum, Homilia I.
Dominica Reſurrectionis Domini, Homilia I.
Dominica in Albis, Homiliæ. II.
Dominica ſecunda poſt Paſcha, homilia I.
Dominica tertia poſt Paſcha, Homilia I.
Dominica quarta poſt Paſcha, Homilia I.
Dominica quinta poſt Paſcha, Homilia I.
Dominica ſexta poſt Paſcha, Homiliæ II.

# IN HOMILIAS F. IOANNIS Royardi minoritani in epiſtolas Dominicales, Index alphabeticus.

ABba pater quid ſit. 32 a
Abimelech ambitioſus 91.b
Abſcondita tenebrarum. 27.a
Abrahæ filij. 76.a
Abrahæ filij non pari dignitate. 111.b.112.a
Abundantia malitiæ quid. 154.b
Abyſsi quæ operuerunt AEgyptios. 115.a
Achab à pſeudoprophetis deceptus. 158 a
Acchā ſacrilegi pernicies. 105.a
Actores hæredis paruuli. 27.b
Adoptio filiorum, opus totius trinitatis. 31.a
Adoptionis filij vt viuificentur A130.a
Adoptatio noſtra à deo gratuita eſt. 152.a
Aduena quid ſit. 142.b
Aduenienti Chriſto qui debeant occurrere. 2.a
Aduētus Chriſti opportunitas. 29.a
Aduentum domini cognoſcere nolentium pœna 1.b
Aduerſa ſanctorum apparētiā habent, læta autem veritatē. 101.a
Aduerſis pariter & proſperis bene vtendum. 98.b
Aduerſis rebus quidam à deo magis elongantur. 51.a
Aduerſitas quę vitia pariat. 50b
Aduerſitatis vtilitas peccatoribus. 17.a
Aduocatus noſter apud patrem Chriſtus. 118.a
AEgyptus myſticè. 51.a
AEmulationis filia contentio. 8.b.
AErumna quid. 79.a
Affabiles debent eſſe Chriſtiani. 48.b
Agnus ab origine mundi occiſus. 119.a
Agnus paſchalis, paſcha etiam dicitur. 128.a
Agones Pauli. 76.b
Amalech delendus totus. 35.a
Amaritudo. 106.b
Ambitioſi aſsimilantur rhāno. 91.b
Ambulare cogentia etiam deſides. 102.a,b
Amor amicitiæ, & amor concupiſcentiæ 87.b
Amor lenia facit etiam quæ duriſsima ſunt. 98 a
Amor peruerſus. 88.a
Ananiæ & Sapphiræ exitium 105.a
Amoris fundamenta. 47.a
Angelus ſatanæ à quo ſit Paulo datus.
Angelorum lingua. 89.a

Ange-

Angelis orationes noſtræ innoteſcunt. 20.b
Animam noſtrã deo ſacrificiũ offerre debemus. 37.b
Animarum hoſtes. 4.a
Antonij hæremitæ exemplum 71.b
Apollinaris error. 13.a
Apoſtolus Paulus cur ſe commendat. 76 a
Apoſtolũ ſe Chriſti probat Paulus. 82.a
Apoſtoli indicia. 76.b
Apoſtoli omnia cõmuniter poſſidebant. 100.b
Apoſtoli quid reputari volebãt 22.a
Apud ſe prudens qui ſit. 52.b
Aqua expiationis. 117.a
in Aqua cur inſtitutum baptiſmi lauacrum. 130.b
Aquam ſimul & ſanguinem cur effuderit Chriſtus. 134.b
Aquilæ ad corpus congregantur. 13.a
Araneę ſimiles auari. 53.a
Arca dei cur à fœtis vaccis vehebatur. 144.b
Arrij hæreſis, 12.b
Arma lucis, opera virtuoſa. 7.b
Aromatum non incluſus odor euaneſcit. 17.b
Artus in fruſta concidere. 34.b
Aſperſio ſeptena. 117.b
Auari idola. 109.a
Auari à regno dei excludendi. 109.a
Auaros vlciſcitur deus. 105.a
Auaritia duplex. 104.a
Auditores legis ocioſi. 156.b
Aures & nares corporis eccleſiæ. 42.a
Azima, fermentum. 128.a
Azimi eſſe debent fideles. 127 b

B.

BAbylon myſtica quæ. 71.a
Babylonis rex prædo, tandem præda 105.a
Baptiſmo nobis quid conferatur. 65.a
eius figura. 73.a
efficacia. 130.b
D. Barbaram auaritiæ ſuæ quidam prætexerunt. 109.b
Beatitudo quid. 150 b
Beatos efficere tria poſſunt. 69.b
Benedicendum maledicẽtibus 48.b.
Beneficentiæ commendatio. 161.a.167.a
Beneficia ingratitudinẽ exaggerant. 72.b
Beneficiis dei grati eſſe debemus. 67.a
Benignitas erga fratrem in quo conſiſtit. 65.a
Benignitas & beneficẽtia Chriſti nobis imitandæ. 139.a
Beſtiæ inter ſe mitiores homine. 59.a
Betſamis quid. 145.a
Blaſphemia. 106.b
Blaſphematur aut laudatur deus

moribus cultorum ſuorum. 145.b
Bona à Chriſto nobis collata. 119.a,b
Bona à deo accepta & repromiſſa maxima ſunt. 17.a
Bona de malis elicere nouit Chriſtus. 147.a
Bona eſt prouidenda corã hominibus. 54.a.& coram deo. ibidem.b
Bona opera à nobis deus requirit. 155.b
Bona opera noſtra non deo, ſed nobis fructificant. 2.b
Bona temporalia quare ſunt petenda. 165.a
Bonæ voluntatis ſacrificium. 33.a
Boni cupiditas hominibus naturaliter inſita. 69.a
Boni diſpẽſatoris munus. 168.a
Bonitas diuina per lucẽ declaratur. 151.b
Bonitatis partes. 111.b
Bonum debet bene fieri .39.b
Bonũ opus ab inuocatione nominis Chriſti incipiendum. 68.a
Bonum ſummum quærendum. 150.b
Botrus elegans cum ſuo palmite. 131.a
Brachia & pedes in corpore eccleſiæ. 42.b
Brauium vnus accipit. 69.b
Breuitas humanæ vitæ. 37.b instabilitas. ibidem
Byſſus quid. 5.b

C.

COElum primum, ſecundum, tertium. 83.b
Caput & quæ adhærent iecori, moraliter. 35.a
Carbones ignis ſuper caput inimici congerere. 57.a
Carnales homines terrę vermibus rectè comparantur. 130.a brutis item. 141.a
Carnalia deſideria. 143.a, 144.a
Caſtigationes fidelium, illis in bonum cedunt. 100.a
Cedrus myſtica. 117.a
Charitas quid ſit. 87.b
Charitas reddita ſemper debetur. 62.a
Charitati duæ virtutis ſpecies inſunt. 63.b
Charitas vinculũ perfectionis. 66.b
Charitatis commendatio, 88.b & 121.a
Charitate ſine, nullũ opus prodeſſe. 90.a
Charitas vitam peperit, inuidia mortem. ibidem.b
Charitas proximorum infirmitates fert. 91.b.92.a
Charitatem nõ habens, dolum ſuſpicatur. 92.b
Charitas non excidit. 93.a donum omnium maximũ eſt 94.b
Charitas non ficta. 98.b
Charitatis proximorum commendatio. 166.b
Charitas cur dicaẽ operire multitudinem peccatorũ. 197.a

Chriſtus

Chriſtus cur non prius venerit quàm venit. 29.a
Chriſtus dominus hominibus ſubiectus. 146.a
Chriſtus hoſtia deo in odorem ſuauitatis. 107.b
Chriſtus, idem quod vnctus. 117.b
Chriſtus Ieſus homo & Deus. 133.b
Chriſtus in aqua pariter & ſanguine venit. 134.a, b
Chriſtus Iudæorum apoſtolus 14.b
Chriſtus nō quæ ſua ſunt quæſiuit. 10.b
Chriſtus non ſibi placuit. ibidē
Chriſtus paſtor & epiſcopus animarum. 142.a
Chriſtus pontificem vet. teſta. excellit in quatuor. 117.b
Chriſtus ſe & paſtori cōparat, & gallinæ. 46.a
Chriſtus ſummus ſacerdos nō contaminatus. 30.a
Chriſti de ſe teſtimoniū. 135.a
Chriſti diſcipuli in quo dignoſcantur. 90.a
Chriſti exaltatio. 125.a
Chriſti exemplū imitari debemus. 137.b
Chriſti humiliatio mirabiliter præfigurata. 124.a
Chriſti humilitas fratres ſuos liberauit. ibidem
Chriſti informatio à Iudæis. 99.b
Chriſti miniſtros nos eſſe opeſe demōſtrare debemus 97.a
Chriſti nomen in initio boni operis inuocandum. 68.a
Chriſti oblatio mirè in lege Moyſi præfigurata. 116.a
eius commendatio. 120.a
vna fuit. 119.a
Chriſti paſsionem membra viua ſentiunt. 122a.b
Chriſti patientia & innocentia nobis imitāda eſt. 9.a. 138.a, b
Chriſti patientis innocentia. 122.b charitas. 137.a
Chriſti pro nomine depauperatis ſuccurrendum. 48.a
Chriſti ſanguis conſcientias noſtras emundat. 119 b
Chriſti virtutes tres, maximè nobis imitandæ. 138.a
Chriſto aduenienti triplex hominum genus occurrit. 2.a
Chriſto cuncta ſubiecta. 125.b
Chriſto teſtimonium perhibēt aqua & ſanguis & ſpirituſſanctus. 134 b. 135.a
Chriſtum induere. 9.a
Chriſtianus vt ſe gerat erga ſeipſum. 49.b.
Chriſtianis tempus omne feſtiuum eſt. 129.a
Chriſtianis obſeruanda. 74.a
Cibus fidelium, verbum dei. 141.b
Cinis hoſtiæ immolatæ. 117.a
Ciuilia onera ſubeūda eſſe. 61.b
Clamor. 106.b
Clamor ſpirituſſancti in nobis. 32.a
Clementia patris quomodo apparuit. 107.a

Coccus

Coccus,& coccus bis tinctus. 117.a
Cogitare,intelligere,ſentire. 122.a
Cognoſcere gratiam in te eſſe vt poſsis. 145.a
Comeſſationis mala. 8.a b
Commendare ſeipſum coactus Paulus. 74.b
Comparatio. vide ſimile.
Concordia figuræ cum veritate. 73.a
Concupiſcentia duplex vitanda. 108.a
Condonare inuicem debemus. 66.a
Confidendum eſſe domino. 19.a
Congaudere gaudentibus, animi magnitudo eſt. 49.a
Conſcientiæ arcanum. 17.b
Conſcientia bona. 54.b
Conſcientiæ irrequietæ onus. 71.a
Conſcientiæ macula. 44.a
Conſilia cordium. 27.a
Conſolatio lugentium. 17.b
Conſolatio piorum iniqua ſuſtinentium. 115.a
Conſolatio ſcripturarum. 11.a
Conſolatione tribulatio cõpenſatur. 12.a
Conſperſio quid ſit. 127.b
Conſuetudine peccata videtur non eſſe peccata. 7.b
Continentiæ commendatio. 143.b
Contritionis ſacrificium. 33.a
Corinthiorum pſeudoapoſtoli. 74.b
Corpus Chriſti verũ, non phantaſticum. 123.b
Corpus eſſe caſtigandum 72.b
Corpus vnum eccleſia. 42.a
Corpora noſtra vt ſint deo offerenda. 36.b.37.a
Criminoſi hominis conuerſatio quàm pernicioſa. 127.a
Credẽtium eccleſia qualiter libera. 113.a
Crimina manifeſta iudicare, quorum ſit. 26.b
Cultorum ſuorũ moribus deus vel laudatur, vel blaſphematur. 145.b
Currentium ad brauium ſimilitudo. 68.b
Curſus ad mortem. 69.a
Curſus ad veram beatitudinẽ. 70.b
Curſus mortalium. 68.b

D

Daniel & Ioſeph reuelationem tantùm habuerunt. 82.b
Dare locum iræ. 55.b,&.56.a
Datum dei bonum. 149.b. melius. 150.a. optimum, Ibidem.
Dauid otio lapſus. 133.a
Dauidis exemplo,inimico parcendum. 57.a
Dauidis longanimitas. 92.a
De dono dei quomodo gloriãdum. 85.a
Dedita vera. 61.b
Defectᵘˢ quales aſſũpſerit Chriſtus & quare. 30.a b

Deſideria carnalia quàm ſint perniciosa. 143.a b
Deſidiæ malum. 133.a
Deſidiam excitantia. 102.b
Deſperatio nullius maior, quã eius qui ſibi ſapiens videtur. 40.b
Deitas an à carnali homine co gnoſci poſsit. 84.b
Deus iudex cur ſummè formidandus. 25.a
Deus Moyſi & Paulo viſus. 84.a
Deus non niſi ab vnanimis honorificatur. 13.b
Deus ꝓpter dona ſua dupliciter diligitur. 88.a
Deus propter multa orandus. 164.b
Deꝰ quàm prope ſit omni creaturæ. 18.b
Deus ſpei. 15.b
Dei erga nos mira benignitas. 29.a b
Dei verbum in nobis habitare quid. 67.b
Dei verbum incarnatum, inſitum. 155.a
Dei verbũ vt ſeruetur. ibidẽ.b
Deum non propter deum colentes, 35.b
Diabolus piſcator aſtutus. 69.b
Diaboli dolus aduerſus mortales. 163.b
Diaconorum officium. 43.b
Dies triplex. 5.a
Dies domini. ibidem.b
Dies gloriæ. ibidem.
Dies gratiæ. 5.a b
Dies iræ. ibidem.
Dies viſitationis. 145.b
Diffidentiæ filij. 110 b
Dilectio Chriſtiana qualis eſſe debeat. 46.b.& 47.a b
Dilectio mutua fidelibꝰ neceſſaria. 43.a
Dilectionis fundamenta. 47.a
Dilectione proximi quomodo intelligatur lex impleri. 62.a
Diligere, quid ſit. 87.b
Diligere vt ſe quiſque debeat. 63.a
Diſcipulorum culpa in doctorem redundat. 97.a
Diſcretio obſeruanda. 36.a b & 37.a
Diſpenſator fidelis ſit. 22.b
Diſpenſator inſipiens. 23.b
Diſpenſatores boni & fideles. 167.b
Diſplicentiæ ſui vtilitas. 10.a
Diuina bonitas per lucis proprietates intelligitur. 151.b
Diuinitas in Chriſto nõ ſolùm animæ, ſed etiã corpori vnita eſt. 28.b
Ducis actio qualis eſſe debeat. 146.b
ad Diuinatores recurrẽtiũ perfidia. 51.a
Docendum humiliter ſine arrogantia. 168.b
Docere in eccleſia nemo teme rè præſumat. 41.a b
Doctores populi quales eſſe debeant. 44.a b
Dogma ſanum & corruptum differunt. 41.b

Donum

Donum dei optimum. 150.b
Donum perfectum, donum imperfectum. ibidem.b
Dono quiſque ſuo à deo accepto contentus eſſe debet. 43.a
Dona à Deo accepta an aliis manifeſtanda. 58,b
Dona dei vt diſtinguantur. 149.b
Dona gratiarum cætera, ſine charitate nihil proſunt. 89.a
Dona in primis à deo petenda. 165.a
Donorum dei in nos cauſa. 65.a
Dormientium incommoda. 4.a b.5.a
Dormitabundi facilè opprimũtur. 163.a

E

EBrietas vetita. 8.a
Eccleſia Gentium ſterilis. 113.b
Eccleſia vt coadunata ſit, mundata, viuificata, corroborata, & cætera. 128.a
Eccleſiæ miniſtri vitiis pleni. 13.b
Eccleſiæ multiplicatio pręnunciata. 113.b
Eccleſiæ prælati ſerui & miniſtri Chriſti. 22.b
Eccleſię vnitas non deferenda. 13.a b
Eccleſiam vnum eſſe corpus. 42.a
Eccleſiaſticorum munerum diſtinctiones. 41.a
Eclypſis vt fiat. 55.b
Electi tribus modis vincunt. 113.a
Electorum & reproborum lex. 114.a b
Elementa mundi quàm intelligantur. 27.b
Errantium cæca peruerſitas. 151.a
Errare contingit per duo. 21.a
Errare in veſtigiis dei. 150.b
Error intellectus & voluntatis. 21.a b
Euangelicæ doctrinæ gratia. 96.a
Exaudiuntur quidam in orationibus ſuis ad malum ipſorũ. 87.a
Ex deo vt naſcantur fideles. 129.b
Ex deo renatorũ nutrimentũ. 131.a
Exaltatio humilitatis. 125.a
Exemplũ multitudinis non excuſat. 53.a
Exemplum ſe nobis propoſuit Chriſtus. 30.b.137.b
Exercitiorum piorum genera. 89.a
Exhortatio qualiter exhibẽda, 45.a
ad quos ſpectet. ibidem.

F

FAllentes ſemetipſos. 156.a
Falſi Apoſtoli vt abutantur à ſe deceptis. 75.b

Falſi prophetæ. 44 a b
Fama bona conſeruanda. 80 a
Famæ macula. 44.b
Fatalem horam nulli nō impēdere. 29.a
Fatum Chriſti nullum erat. 29.a b
Fenenna fœcūda, Anna ſterilis. 113.b
Feris immaniores homines. 59.a
Fermentum & in bonam partē & in malam accipitur. 126.b 127.a b.129.a
Feruor ſpiritualis quid conferat. 50.a
Feſtum ſemper eſt Chriſtianis. 129.a
Fides, humilium eſt, non ſuperborum. 116.b
Fides noſtra de Chriſto qualis eſſe debeat. 133.b
Fides operibus atteſtāda. 156.a
Fides recta. 54.b
Fides, res ardua. 112.b
Fides, ſpes, charitas. 94.b
Fidem haberi poſſe ſine charitate. 89.b
Fidei cauſa odiis perfidorū anteponenda. 55.a
Fidei Chriſtianæ gratia. 95.b
Fidei eſt victoria de mundo. 132.b
Fidei mēſura nō omnibus vna. 41.a
Fidei ſapientia nō eſſe abutendum. 40.b
Fidei vnitatis commendatio. 121.a
Fidem ſolam ſine operibus, nō ſufficere. 95.a
Fideiuſſor noſter Chriſtus. 136.b
Fidelis diſpenſator myſteriorū Chriſti quis ſit. 22.b.23.a
Fideles omnes vnum in Chriſto. 60.b
Fideles omnes vnum vt fiant. 69.b.& dein.
Fideles verbo veritatis deo gignuntur. 152 b
Figura Eccleſiæ & Synagogæ. 113.b
Figuræ cum veritate concordia. 74.a
Figuræ ex Pentateucho. 40.b
Figuræ Hebræorum. 131.b
Figurata olim fuerunt quæ nūc nobiſcum aguntur. 115.b
Filij improperium in patrē redundat. 10.b
Filij dei vt fiamus. 31.a
Filij regni Iudæi. 28.b
Filium ſuum vnigenitum pater ad nos miſit. 29.b
Filios dei duo probant. 31.b.& 32.a
Fimbrias in veſtib⁹ cur deferebant Iudæi. 103.b
Flendum cum flentibus. 49.b
Fœcunda ſterili nihil improperare debet. 113.b
Formica, prudentiæ magiſtra. 16.a
Fornicatio triplex. 103.a b
o rnicationis deſiderium prohibetur. 104.a
Fornicationi affinia. 108.a

Fornicator Corinthius diabolo cur traditus. 127.a
Frater etiam onerosus sustinendus. 107.a
Fratrem honorare & tibi vtile est, & illi. 47.b
Fraternæ charitatis vis. 32.b
Fructus lucis in quibus cõsistit. 111 a.
Fructus quem debem⁹ afferre. 95 b
Frui & vti. 88.a
Fugiendum quãdo sit pastori, & quando non. 82.a

G

GAllinæ sollicitudo de pullis. 46.a
Gaudendúmne sit peccatoribus de aduentu domini. 18.b
Gaudentibus congaudendum, sed quibus. 49 a
Gaudium fidelium de bonis à deo iam acceptis, & etiã de repromissis. 17.a
Gaudium haberi non potest sine pace. 16.a
Gaudiũ in quibus & de quibus habendum. ibidem b
Gaudiũ sanctum quomodo seruandum. 17 a b
Generationis spiritualis à carnali discrimen. 129.b
Generationis spiritualis filij vt alãtur, & vt mũdũ vincãt. 131 a
Generatione spirituali fideles ex deo nasci. 129.b
Gentiũ confessio. 15.a. in Christo exultatio. ibidem.
Gentiles elementis mundi seruiebant. 27.b
Gentiles olim tenebræ. 111 a
D. Gertrudis à Niuella. 109.b
Giezi lepra. 105.a
Gladius à Christo missus, non pax. 16.a
Gladius principis quid signet. 60 a
Gloria solida & inanis. 24.b
Gloriãdum ne sit de donis dei. 85.a
Græcorum hæresis. 13.a
Grati beneficiis dei vt simus. 67.a
Gratia qua excolimur, qua lapsi erigimur, qua rigamur. 96.a b
Gratia quadrifaria. 95.b
Gratiæ nomine quid veniat. 96
Gratiã vt in te cognoscas. 145.a
Gratiam dei multiformẽ in ecclesia esse expedit. 168.a
Gratiæ agendæ tam pro aduersis quàm prosperis. 20.a
Gratiæ dei quas hominib⁹ elargitur multiformes. 43.a
Gratiarũ actiõis materia. 108.b
Gratuitò nos deus in filios adoptat. 152.a

H

HAeredi adhuc paruulo populus vet. test. cõparatur. 27.a
Hæreditas fidelium. 32.a
Hæretici vnde maximè fiant. 40.b
Hæretici cauendi. 4.a
Hereticorũ cõfutatio. 12.b. 13.a
Hæreticorũ conuictio de obedien-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI GENOVA

dientia prælatis debita ſub peccati vinculo. 144.a
Hæreticorum dogma quid ſapiat. 127.a
Hæreticorũ errores circa Chriſti incarnationem. 29.b
Hęreticorum modernorum errores. 110.a
Hæreticorum vix vllus reſipiſcit. 40.b
Hebræi non omnes Iſraelitæ. 76.b
Heliu verboſus. 123.a
Hilariter dádũ inopibus. 45.b
Hisboſeth dormiens interficitur. 5.a
Holofernis ferocia. 149.a
Homo de tribus ſollicitus eſſe debet. 19.a
Homo nouus, & homo vetus. 63.b
Homo tot⁹ vt peruertatur. 21.b
Hominis valor ac precium vnde ſumatur. 25.a
Homines feris crudeliores. 59.a
Homines ſic diligédi vt eorum vitia oderimus. 148.b
Hominibus obediédũ eſſe propter Deum. 146.a
Honor ꝓximo deferẽdus. 47.b
Horam fatalem nulli eſſe. 29.a
Hoſpitalitas exercenda. 48.b
Hoſtes animarum. 4.a
Hoſtes humani generis. 102.b
Hoſtia Iudaica mortua, noſtra viuens ſit. 35.a
Hoſtiæ laudes. 33.a b
Hoſtia noſtra ſit deo placẽs. 35.a
Hoſtiæ immolãdæ legitimus ritus. 34.b
Hoſtię Iudaicę deteſtabiles. 34.
Hoſtiæ pellis detrahitur. ibidẽ.
Hoſtias illas carnales cur ſibi Deus offerri voluerit. 36.a
Humana figura ſurſum erecta, non deorſum preſſa. 141.a
Humanitas Chriſti duplici argumento probatur. 134.a.& 135.b.136.a
Human⁹ dies, homo mortalis. 23.b
Humiles ſoli à deo liberantur. 51.a
Humilia de ſe cogitandi ratio. 148.b
Humilitas erga proximũ vt ſeruanda. 65.b
Humilitas vera. 122.a
Humiliter in eccleſia miniſtrãdum eſſe. 168.b
Humilitatis exemplar Chriſtus 121.b.123.a
Humilitatis modi tres. 121. b & 146.b
Humilitatis virt⁹ vt placeat deo 121.a
Hypocritarum ſimulatio. 35.b & 51.b
Hyſſopus quid ſignificet. 116 b

I

IAcob paſtor. 45 b.
Ad Idololatriam proni Iudęi. 36.a
Ieiunium mentis malum. 141.b
Ieiunia Pauli. 97.b
Ieiunia ſuperſtitioſa. 109.b
Ieſus à quibus nõ credatur eſſe deus. 130.b

Ieſus & eius mater pœnitēti comites aſſumendi. 6 a
Ignis in lege, charitatis ſeu ſpiritusſancti typus. 120.a
Ignauiæ ſe poſt virtutem dedētes. 4 b
Ignis ſacrificiorum, figura Chriſti. 116.b
Ignoſcendum etiam peccatum non agnoſcenti. 66.a
Ignoſcere proximo vt debeamus. ibidem.
Illecebris ſeculi abſtinēdū. 71.b
Imago dei in quouis homine venerāda. 148.a
Imago dei quę ī viro ineſt. 64.a
Imitanda nobis Chriſti benignitas & beneficentia. 139 a
Imitanda dei quæ ſint. 107.a b
Impatientiæ malum. 50.b
Imperia ſeuera & ſuperba pernicioſa. 32.b
Impudicitia quid. 8.b
Immolandæ hoſtiæ legitimus ritus. 34.b
In nouitate ſenſus reformari quid ſit. 38.b
In vacuum gratiā quis accipiat. 97.a
Inanis gloriæ vanitas. 24.b
Inania verba quæ ſint. 109.
Incarnationis Chriſti tempus. plenitudo temporis. 28.b
Incarnatiōis verbi vtilitas. 30.b
Indignatio. 106.b
Indiſcretionis vitium. 36.b
Indigena huius mundi qui ſit. 142.b
Inebriatiuo omni abſtinere debebāt deo cōſecraturi. 143.b
Infamia acerrimè mordet. 99.b
Infirmi ſupportandi. 9.b
Infirmitas ad perfectionē adminiculum eſt. 87.a
Inflari quid ſit. 91.a
Inflati honores ambiunt. ibidē.
Ingratorum perditio. 121.b
Inimicus vt tractandus Chriſtiano. 57.a
Initium boni operis ab inuocatione Chriſti nominis auſpicandum. 86.a
Iniuriam acceptā an vlciſci poſſumus. 53.b. 56.a b
Iniuriam ſuam Chriſtus vlciſci noluit. 138.b
Iniuſtitiæ onus. 70.
Innocentiæ cōmendatio. 161.a
Innocētia Chriſti nobis imitāda. 138.a
Innouationes duę. 63 b
Inopia pauperum vt ſubleuanda. 45.b
Inquināt hominum genus duo vitia. 103.a
Inſitum verbum. 155.a
Intellectus error. 21.a
Intelligere, cogitare & ſentire differunt. 122.a
Intentio hominis occulta. 26.a
Intentio hominis varia. 36 a
Intentio ſancta domino famulatur. 50 a
Intentio ſyncera. 54.b
Interceſsio ſanctorū pro nobis ad deum aſſeritur. 20.a
Interpellat pro nobis Chriſtus tribus modis. 118.a

Inuentus habitu vt homo Chriſtus. 124.a
Inuidiæ furor. 8 b
Inuidiã charitas dupliciter triumphat. 91.a
Ioſeph etſi venundatus, tamen liber. 147.b
Ioſeph ſublimatus Chriſtũ pręfigurauit. 126.a
Ira quid. 106.b
Ira dei in filios diffidentiæ. 110.b
Ira dei ſuper omnia formidanda. 111.a
Ira iuſtitiam dei non operatur. 154.b
Ira quorundam commendata. ibidem a
Ira dei, ſignum in omnibus ſecundum carnẽ proſperè agere, & impunè. 16.b
Iracundia per temulentiã proditur. 8.b
Iſaac, eccleſiæ filiorum typus. 114.a
Iſmahel, reproborum typus. ibidem.b
Iſmaëlis imitatores. 115.a
Iſraëlis de Aegypto liberatio, figura noſtrę liberationis. 131.b
Iſraëlitę non continuò ſunt qui Hebræi ſunt. 76.b
Iſraëlitarum ingratorum perditio. 128.b
Iudæ Machabæi fortitudo. 17.b
Iudę proditoris voluntas. 107.b
Iudæi legem propter temporalia bona obſeruabant. 35.b
Iudæi veſtibus à Gẽtibus differunt. 74 b
Iudæorum Apoſtolus Chriſtus & miniſter. 14.b
Iudæorũ dux Moyſes, Chriſtianorum Chriſtus. 71.a
Iudęorũ ingratitudo. 28.b.37.b
Iudęorum iniquitates, & etiam vltio. 110.b
Iudæis veritas exhibita, gentibus miſericordia. 15.a
Iudaicę hoſtię delectabiles. 33.a deo deteſtabiles. 34.a
Iudaica ſacrificia abrogata. 33 b
Iudex deus ſummè formidandus. 25.a
Iudex mortalis cur minus formidandus. ibidem.b
Iudex ſui debet eſſe vnuſquiſque. 23.b
Iudicium dei formidabile. 25.b
Iudicare proximum non debemus. ibidem.a
Iudicium proprium de nobis ipſis duplex. 24.a
Iudicium temerarium de proximo ferre non debemus. 26 a
Iudicia temeraria de nobis, cõtemnenda. 23.b
Iudicium firmum de nobis ferre nec ipſi poſſumus. 24.a
Iuge ſacrificium quod fuerit. 36.b
Iugum Chriſti quare dicatur leue. 98 a
Iurgia ſummè cauenda. 55.b
Iuſtis peculiariter ꝓpe eſt deꝰ. 19.a
Iuſtitiæ viuendum eſſe. 140.b

Lætatur

L

LAetatur iuſtus cùm videt vindictam. 56.b
Lætitia peccãtium. 16.b
Lachrymæ ad quid à natura datæ. 49.a
Lachrymæ Chriſti. 135.b
Lachrymæ crocodili. 47.a
Lamech. 36.b
Latro quis ſit. 164.a
Latronũ in medio cur mori voluerit Chriſtus. 122.b
Laudare ſe quãdo liceat. 80.a b
Legata nobis à Chriſto. 120.b
Lex bonorum operum. 7.b
Lex Iudęis pædagogus erat, tutor, & actor. 28.a
Lex libertatis, & lex ſeruitutis. 158.a
Lex libertatis vnde liberat. 158.b
Lex ſpiritualiter intelligenda. 34.b
Lex reproborum & electorum. 114.a b
Legis auditores ocioſi. 156.b
Legis tantùm auditores fallun tur. 101.b
Legis tempore longè ſalus aberat. 6.b
Legi Chriſtus ſubdivoluit. 30.b 31.a
Legi ſubditi, tanquã paruuli hęredes. 27.a b
Liber fieri quis dicatur, 112.b
Liber reuelationum Pauli apocryphus. 185.a
Libertas fidelium. 147.a
Libertas mala. 148.a
Libertas ſeruitute deterior. 158
Libertas vera, & libertas falſa. 147.b
Lingua angelorum quid. 89.a
Lingua quàm multa mala deſignet. 159.b
Linguæ clauſtra. 160 a
Linguæ cur ceſſabunt. 93 a
Locus iræ dandus. 55.b
Locꝰ mũdus extra caſtra. 117.a
Locuturo, tria obſeruãda. 153.b
Loquacitas vitioſa. 151 a
Lucis fructus in quibus conſiſtit. 111.a
Lucis vſus. 151.b
Luctus gaudio ſpirituali nõ repugnat. 17.b
Luminum pater. 153 a
Luſus maioris ad minorem, illuſio eſt. 114.b.115.a
Luxurioſos malè perdit deus. 104 b

M

MAceratio corporis quãta eſſe debeat, 36.b 37.a
Machabæi conſilium. 72.a
Macula conſcientiæ. 44.a
Magorũ oblatio nobis imitanda. 33.b
Maledicentiæ vitium. 48.b
Malefactorũ vindices reges ac duces. 164.b
Malitiæ abundantia quid. 154.b
Malitiæ velamen libertas eſſe non debet. 147.b
Malum malo non reddendum. 53.b

Malum pati præſtat, quàm eſſe malum. 54.a
Malorũ poteſtate benevti deũ. 59.a
Malos etiam prophetaſſe. 89.b
Mandatum magnum. 62.b
Manichæorum error. 12.b
Manifeſta crimina iudicare quorum ſit. 26.b
Manna cur prima ſabbati datũ. 73.b
Manna & aqua de petra, quorũ typus. 73.a
Manib⁹ ſuis cur laborarit Chriſtus. 97.b
Marchionis error. 123.b
Mare æneum cum ſpeculis. 157.a
Maria iure Chriſti mater. 29.b
M. Curij conſulis exemplum. 100.b
Mediator noſter Chriſtus. 118.b & 120.b
Medium vbique ſeruandũ. 37.a
Memores paſsionis ſuę nos eſſe vult Chriſtus. 137.a
Mendacia præſentis ſeculi. 38.a b
Militum munus. 61.a
Miniſterium incõceſſum nemo ſibi vendicet. 41.a
Miniſtrandum in eccleſia humiliter. 168.b
Miniſtri Chriſti qui intelligantur. 44.a
Miniſtri Chriſti, mundi eſſe debent. ibidem.
Miniſtros eccleſiæ quales eſſe decet. 43.b
Miphiboſethis vltio. 106.a
Miraculorum ſuorum mentionem cur nullam faciat Apoſtolus. 80.a
Minus accepiſſe quibuſdã vtile eſt. 43.a
Miſericordia qualiter inopi impendenda. 45.b
Miſericordiæ Dei ſignum. 16.b & 32.b
Miſericordiæ cõmendatio. 65.a
Modeſtiæ commendatio. 17.b & 18.a
Modeſtiæ virtus. 65.b
Moyſes à domino ſepultus. 140.a
Moyſes Chriſti typus. 134.a
Moyſes soceri ſui Ietro conſiliis vſus. 52.a
Moyſes ſolùm in aqua venit, Chriſtus in ſanguine & aqua. 134.a
Moyſi commendatio. 132.b
Mola ſuperior & inferior moraliter. 18.a
Mori peccato ſeptem gradibus perfectè poſſumus. 139.b
Mortẽ crucis cur elegerit Chriſtus. 125.a
Morticinium tangere quis dicatur. 117.a. 119.b
Mortificationis ſacrificiũ. 33.b
Mos ſceleratorũ ſub paſchę tẽpus proſcribẽdorum nõ improbandus. 127.b
Motus, vitæ ſignum. 140.b
Mugitus vaccarum quid. 144.b
Mulier etiam de virgine dicitur. 29.b
Mul-

Multitudinis exemplũ non excuſat. 53 a
Mundi amatorũ figuræ Ruben, Gad, Manaſſes. 143.
Mundi illecebrjs abſtinendum. 71.b
Mundi inſtabilitas & vanitas. 38.a
Mundum qui vincere dicantur & eorum figura. 131.b.132.a
Mundanorum hominum mutabilitas 38.a
Munus ſibi indebitũ nemo obeat. 41.a
Myſteria dei fideliter diſpẽſanda quę ſint. 21.a

N.

NAſo grandiore præditi, ſacerdotes eſſe non poterant. 40.b
Naſcuntur fideles ex deo generatione ſpirituali. 129.b
Naturam noſtram cum defectibus ſuis cur aſſumpſerit Chriſtus. 30.a
Neceſsitatibus piorum ſubueniendum eſſe. 48.a
Nemo ſibi ſoli natus eſt. 167.b
Nobilitas carnis vanè iactatur 75.b
Nomẽ Chriſti in initio boni operis inuocandum. 68.a
Nomẽ ſuper omne nomẽ deus 125.b
Non plus ſapiendũ quàm oportet ſapere. 40.a
Nos ipſos deo offerre debemꝰ 34.a
Noſſe voluntatem dei optandum eſt. 39.a
Nouitas vitæ. 120.a
Nouitates non ſectandæ. 14.a
Nouum teſtamẽtum. vide teſtamentum nouum. 120.a
Nouus homo quid. 63.b
Nox & dies myſticè. 7.a
Nox ſpiritualis. 95 b
Nox teſtamentum vetus: dies, nouum. 6.b
Nubes & columna ignis. 99.a
Nutus dei. 88.b

O.

OBediendum poteſtatibus. 60.,b.146.a
Obedientiæ legi nemo eximitur. 58.a
Oblatio Chriſti ex tribus commendatur. 120.a
Oblatio munda quę ſit. 34.a
Obſecrare quid ſit. 19.b
Ocij mala. 133.a
Ocioſi auditores qui ſunt. 157.a
Oculi in corpore eccleſiæ. 42.a
Oculus ſimplex, & oculus nequam. 54.b
Occurrere aduenienti Chriſto qui debeant, & qualiter. 20.a,b
Odium quorundam hominum contemnendum. 55.a
Offenſio nemini danda. 97.a
Onus irrequietæ conſcientiæ. 71.a
Onus triplex deponendũ. 70.b
Onera ciuilia eſſe perſoluenda 61.b
Opes iniquæ, mola aſinaria. 71

Opus bonum nullum ſine charitate prodeſt. 90.a
Opera bona à nobis de° requirit 155.b
Opera bona & à Chriſti nominis inuocatione auſpicanda, & cum gratiarum actione finienda. 68.a
Opera bona aſſeruntur. 155 b
Opera pietatis facienda. 2.a,b
Opera ſua quando cui laudare liceat. 80.a b
Opera virtuoſa cur arma lucis. 7.b
Opera videntur, latet intentio. 26.a
Opę um valor penes charitatē 90.a
Operarij confuſibiles. 23.a
Operationis bonæ ſacrificium. 33 b
Orandum cum gratiarũ actione. 20.a,b
Orandum eſt cum intentione. 19.b cum obſecratione. ibid.
ad Orandum tria inducunt. 165.a
Orantibus non ſemper expedire vt exaudiantur. 86 b
Oratio deſperationi obſtat. 51.a
Oratio ſacrificiũ eſt, & vnguentum. 164 a
Orationis facilitas. 166.b victoria. 133 b. vigilia. 164.a
Oratione quid præcipuum petendum ſit. 20.b
Orationes noſtræ vt angelis innoteſcant. 20.b
Os & manus in corpore eccleſię. 42.a
Ouis errabundæ quinque mala 141.a,b
Ouum myſticum. 166.a

P.

Panis charitas. 166.a
Parabola elegans. 94.a
Paradiſus ad quem raptus fuit Paulus. 84.a
Parendum eſſe prępoſitis. 58.a
Parua contemnenda non ſunt. 160.a
Paruulis in hac vita ſimiles ſumus. 93 b
Paſchalis ſolennitatis reuerentia. 127.b 128.a
Paſsionis Chriſti cauſę quatuor. 136.b
Paſsionis Chriſti ſymbolũ, Euchariſtia. 136 b
Paſsionis Chriſti immemorum ingratitudo. 136.a
Paſtor animarum & epiſcopus Chriſtus. 142 a
Paſtor de quibus ſollicitus eſt gregi. 45 b
Paſtori quando fugiendum, & quando non. 82.a
Pater, & græcum & latinũ verbum. 32.a
Pater luminum deus. 151.a
Patris teſtimonium de Chriſto 135 a
Patientes charitas efficit 90.b
Patientia diſcipulorum Chriſti quanta eſſe debeat. 67.b.
Patientia ſimulata. 90.b.
Patientiæ commendatio. 50.b
Patientiæ deus. 11.b

Patien-

Patientię munimentum aduerſus mala. 66.a
Patiētiam & innocētiā Chriſti imitari debemus. 9.a. 138.a,b
Patientiam qui optimè ſeruent 24.b. qui citò amittāt. ibid.
Paulus apoſtolus & pſeudo apoſtoli diſsimil iter ſe commēdāt. 74 b
Paulus & Petrus in aquis periclitati. 77.b
Paulus cur de ſe parcè loquatur 85.b
Paulus cur laborauit manibus ſuis. 97.b
Paulus pauper, pauperes tamē ſuſtentat. 100.b
Paulus probatus miniſter Chriſti 78.b
Paulus quæ mala & pericula euaſerit. 81.a
Paulus quorum typum geſſerit. 77.b
Paulus ſe pſeudo apoſtolis nūc æquat, nunc præfert. 76.a.b
Pauli apoſtoli benigna ſuadela 32 b eximia ſapientia. 40.a
Pauli Apoſtoli naufragium. 77.b
Pauli bona fama & infamia. 99.a
Pauli conuerſio. 81.a
Pauli perſecutiones & labores. 77.a. 78.a
Pauli ſollicitudo pro omnibus eccleſiis. 79.a
Paulum & Moyſen deum vidiſſe. 84.a
Pax à Chriſto non miſſa, mala pax intelligitur. 16.a
Pax Chriſti differēs à pace mūdi 67.a
Pax cum omnibus ſeruari non poteſt. 55.a
Pax dei quæ intelligatur. 21.a
Pax mala. 16.a
Pax neceſſaria ad eccleſiæ conſtitutionem. 67.a
Peccator more ſomniantis vanis terretur. 3.a
Peccatores an de aduētu domini gaudere debeant. 18.b
Peccatorum differentiæ. 166.a
Peccatum Chriſtus non aſſumpſit 30.a
Peccati virus 102.a
Peccati ſomnꝰ quatuor modis excutitur. 3.b
Peccato mori vt perfectè poſsimus. 139.b
Peccata cur opera tenebrarum 7.a
Peccata ſua defendentes eccleſiā errare criminantur. 158.a
Peccatis duobus maximè inquinantur homines, auaritia, & luxuria. 103
Pedes proximorum lauandi ſpiritualiter. 66.b
Pelicano ſolitudinis Chriſtus comparatus. 139.b
Peregrinus quis ſit. 142.b
Peregrini lex. 71 b
Perfectionis adminiculum, infirmitas. 87.a
Pericula fugienda. 81.b
Pericula quàm multa Paulus ꝓ Chriſto adierit. 78.a

Perſecu-

Perſecutio vitanda? 81.b
Perſecutionum ſufferẽtia filios Abrahæ probat. 114.a
Perſeuerantia in curſu. 71.b
Petitiones noſtræ vt innoteſcāt apud deum. 20.b
Petrus & Paulus in aquis periclitati. 77.b
Phariſæorum fermẽtum. 126.b
Philautia, ancilla ſtultitiæ. 10.a
Pictorum delineationes. 62.b
Pigritia excutienda. 2.b. 8a 102.a
Piſcis, fides. 165.b
Placere proximis in bono iubemur. 10.a
Plagæ ſupra quadraginta delinquentibus non inferebantur apud Iudęos. 77.a
Plauſtrum nouum quid. 144.
Plenitudo temporis. 28.b
Pœnas ſermone & opere apud homines quis meretur, non item corde. 138.a
Pœnitentiæ via grandis. 6.a
Pontifex noſter Chriſtus. 117.b 118.b
Popularis aura. 24.b
Poteſtas malorum etiam laudẽ bonis affert. 147.a. à deo eſt 59.a
Poteſtas non eſt bonis formidini. 60.a
Poteſtas ſuccurrit eccleſiæ laboranti. 60.b
Poteſtates à deo eſſe. 58.b
cur inſtitutæ ibid.
Poteſtatibus cur debeantur tributa. 61.a
Præcepta Pauli quæ & qualia. 103.a
Præceptoris honor, eius doctrinam commendat. 99.a
Præcipi & prohiberi quæ poſſint. 102.a
Præcipuum in oratione petendum quid ſit. 20 b
Præconum Chriſti longa ſeries præmiſſa. 29.
Prędicationis mun⁹ temerè prę ſumendum non eſſe. 41.b
Prælati, Chriſti miniſtri, non Chriſti fidelium domini. 22.a
Prælatis & præpoſitis obediendum. 58.a,b
Præueniendus honore proximus. 47.b. 48a
Primogenitus dei filius Iſraël. 131.b
Prope eſt deus omni creaturæ. 18.b
Prophetiæ donum. 43.b
Prophetiæ euacuabuntur. 93.a
Propria complacentia quot vitia pariat. 10.a
Proprio ſenſui non nimis fidẽdum. 40.a
Proſperè ſemper impunè agere, irę dei ſignum. 16.b
Proſperitatis mundanæ mala. 49.b
Proximus quatenus amandus. 62.a
Proximus non offendendus. 97.a
Proximum amare quid ſit. 88.b

Proximum iudicare non debemus. 25 a.26.a
Proximo nos commendantia. 55.a
Proximum ſuſcipere vt debeamus 14.b
Proximi cur honorandi. 148.b
Proximorum pedes ſpiritualiter lauare. 66.b
Prudentes aliis, non ſibi. 162 a
Prudentes apud noſmetipſos eſſe non debemus. 52 a
Prudentia formicæ, & ſerpẽtis 162.a
Prudentia ſpiritualis. 161.b
Prudentiæ ſanctæ commendatio. ibidem
Pſeudoapoſtoli accipiendis muneribus intenti. 75. a. niſi inſipientes. 74.b. iactabũdi & arrogantes. 75.b
Pſeudoapoſtoli redarguentur. 41.b
Puritas multiplex. 6.a
Pythagoricorum ſilentium. 153.a

Q

QVADRAGINTA nec plures plagas infligebant delinquentibus Iudæi. 77.a.

R.

RAdix, Ieſſe: arbor, Dauid: virga, Maria: flos Chriſtus 15.b
Rapinam eſſe nõ arbitratus eſt Chriſtus ſe eſſe æqualẽ deo. 123.a
Rapinis abſtinendum. 73.a
Raptores & violenti taxantur. 104 b
Raptus apoſtoli in tertium cœlum. 83 b
Rationabile debet eſſe obſequium noſtrum. 36.a
Rechabitarum continentiæ exemplum. 143.b
Rectè cũ deo diuidere quid ſit. 39.b
Redemptionis noſtrę precium. 30 a,b
Reformari in nouitate ſenſus quid ſit. 38.b
Regenerationis ſpiritualis impedimenta. 153.a.& 154.b.
Regnum Chriſti & dei. 108.b
à Regno dei alieni. ibidẽ
Reipublicæ onera portanda. 61.b
Religionis prætextu adumbrata mala. 109.b.110.a
Religioſi nunc quibuſdam poſſeſsionibus ſuis ſpoliantur. 168.a
Religioſum verè, duo probant. 160.b
Religioſum ſe fruſtra putat eſſreni lingua homo. 159 b
Remiſsius imperãti meli⁹ obeditur. 32.b
Renaſci ex deo vt poſsimus. 31.a
Renouari ſecũdum imaginem dei, quid. 64 a
Reprobi cur electis infeſti. 114.a
Reproborum omnium lex. ibidem.

Repro-

Reproborũ ſignum euidentiſſimum ſuperbia. 65 b
Reproborum ſucceſsib⁹ electi non inuideant. 114.a
Reproborum typus, AEgyptij 115.a
Retributionis modus quadruplex. 53.b
Reuelatio & viſio differunt. 82.b
Rex prędo, tandem præda. 105 a
Regibus obtẽperandum. 149 b
Roboam ſuperbè imperans amiſit regnum. 101.b
Rogari cur velit deus. 19.b
Romanæ eccleſiæ mos antiqu⁹ 12 a

S

SAcerdos cum ſanguine ingrediens templum. 117.a
Sacerdotum imperitia & auaritia. 110 a
Sacerdotale miniſteriũ nemo prophanus attentet. 41.a
Sacrificare in excelſis quid. 141a
Sacrificium Chriſti præfigurarunt. 36, b
Sacrificium deo debitum quintuplex. 33 a
Sacrificium laudis. ibidẽ
Sacrificia Iudaica abrogata 31.b cur deo placuerint. 36.a. eorum ritus. 116.b
Sal diſcretionis. 36.b
Samuel ſeipſum laudãs. 80. a, b
Sancti virtutes ſuas nõnunquã ipſi laudant. 80.b
Sanctorum fletus de quo ſit. 49.b
Sanctorum neceſsitatibus ſubueniendum. 48.a
Sanctorum inteceſsio ad Deũ pro nobis, aſſeritur. 20.a
Sanctorum prætextus in auaritia. 109.b
Sanctificatio noſtra qualis eſſe debeat. 106.a
Sanctificari cur & qualiter debemus. 105.b
Sanguis Chriſti. 134 a. ſæpe fuſus. 135.b
Sapiens & ſtultus quid differãt. 35.b
Sapientia quid ſit. 43.b
Sapiẽtia vera qualiter acquiratur. 52.b. 159.a
Sapiẽtiæ fultus arrogãtia. 49 b
Sara & Agar, teſtamentum nouum & vetus. 112.b
Sara, gratiæ nouæ legis typus. 113.a
Saul cupidus vani honoris. 34.a
Saulis teſtimonium de Dauide. 57.b
Scandalizari quis dicatur. 79.b
Scandoloſi manifeſto crimine, tollendi. 117.a
Schiſmata ſuſcitantium ſcelus. 13.b
Scientia deſtruetur. 93.a
Scientia humana imperfecta. 93.b.
Scientiæ ſcripturarum vtilitas. 98 a
Scientiam verbi dei practicam eſſe. 155.b
Scorpio myſticus. 166.a

Scor-

Scorpionis riſus. 46.b
Scriptura ſacra non ſuperficialiter legenda. 159.a
Scripturæ conſolatio. 11 a
Scripturarum cognitionis vtilitas. 98.a
Scripturarum interpretatio nō cuiuis permiſſa. 41.b
Scurrilitas. 108 a
Scutum fidei. 144.a
Seculi amatores falluntur. 38.b
Seculi conditiones. 37.b
Seculi huius pollutio. 161 a
Seculi nomine quid intelligatur. 37.b
Secularis poteſtas, dei vires exequitur. 60 b
Seculariū rerum quanta inſtabilitas. 37 b. 38.a
Semei qualiter placarit Dauidem. 2.a
Senectus tacitè nobis obrepit. 69.a
Senſus, vitæ ſignum. 140.b
Sentire, cogitare & intelligere differunt. 122.a
Sepelitio myſtica. 140 a
Sermonis vnitas reuocāda. 93.a
Serpens, infidelium incredulitas. 166.a
Serpentis renouatio. 162.b
Serpentis prudentia triplex. 162.a b
Serui boni munus. 22 a
Seruus Chriſti quid ſit. 22.a
Serui Chriſti, prælati & prædicatores 22.a
Serui in forma venit Chriſtus. 124.b
Seruorum inſtitutio. 147 a
Seſe vt quiſq; diligere debeat. 63.a
Seueritas nimia imperantium, mala. 32.b
Sex paſſus poſt Chriſtum ambulandi. 137.b
Similia 2.b. 9 a.b. 17 b 19.b. 26.a b. 35.b 36.b. 37.a. 43.a. 50.a.b 53.a. 54 a 56.b. 62 b. 65.b. 66.b 67 b 69.a 85.a. 86.b 90 b. 92 b. 93.b. 101.b. 105.b. 108.a.b. 123 a. 130. b 141.a. 144.a 148.a. 154.a. 159.a. 160 a. 161 b. 164.a. 165.b. 167.a
Similitudo duplex. 123.b
Simon magus. 105.a
Sizara dormiens trucidatur. 5 a
Sola fide non ſaluari permanētem in peccatis. 72.b
Solatij deus. 11.b
Solis deſcenſus per decem gradus quid figurarit. 124.a
Sollicitæ mentis vigilantia. 162.b
Sollicitum hominem quæ faciant. 50.a
Sollicitus eſſe debet homo de tribus. 19.a
Somnolentiæ malum. 4.a b
Somnus torporis excutiendus. 2.b
Somno comparatur vita peccatrix. 3.a
à Somno quatuor modis animal excitatur. 3 b
Speculator vt obmuteſcat. 4.a
Speculatori tria neceſſaria. 3.b 4.a

Speculorum vſus. 157.a
Spes per duo paratur. 11.a
Spes,puſillanimitatis remediũ. 50.b
Spei deus. 15.b
Spiritus vitæ vt veniat in oſſa arida. 67.a
Spiritus alendi qui ex deo nati ſunt. 131.a
Spiritus Chriſti,ſpiritus ſanctꝰ. 32.a
Spiritum noſtrũ deo ſacrificiũ offerre debemus. 37.b
Spiritus ſanctus, donũ optimũ eſt. 150.a
Spiritus ſancti atteſtatione ꝓbantur filij dei. 31.b
Spiritus ſancti de Chriſto teſtimonium. 135.a b
Spiritus ſancti plenitudo quando data. 29.a
Spiritualis regenerationis impedimenta tria. 153.a b.154.b
Stadium in quo mortales currunt. 69.b
Sterilis mulieris cum fœcunda contentio. 113.b
Stimulus carnis Paulo datus. 86.a
Suauitas in ſpiritu ſancto 98 b
Subiicere in altari ignem. 35.a
Suiipſius diſplicentia,quãta pariat bona. 10.a
Summum bonum quærendum. 150.b
Superbia à maioribus abeſſe debet,& à minoribus inuidia 42.b
Superbia, euidentiſsimum reproborum ſignum. 65.b
Superbia ex rebus bene geſtis. 86.a
Superuacua omittenda. 71.a
Superſtitionum abuſus. 109.b
Surgendum de ſomno propter varias cauſas. 5.a.6.a
Suſpicari, humanæ tentationis eſt. 26.b
Suſpicionum malarum origo. ibidem.
Synagoga Iudæorũ Agar. 113.b adultera. 126.a
Synceras res quæ dicatur. 129.a

T

Tabernaculũ peramplius. 118.b
Taciturnitatis commendatio. 153.a
Taciturnitatis mala. 153.b
Temeraria de nobis iudicia cõtemnenda. 23.b
Templum nõ manu factũ quod ſit. 118.b
Tempus acceptabile. 95.a
Tempus omne feſtiuum Chriſtianis. 129.a
Temporis opportunitas non amittenda. 1.a
Temporis quadruplicis obſeruatio in mundanis. 95.b
Tẽtationibus nonnunquã gaudendum. 97.b
Tẽtationibus vltro nos offerre non debemus. 81.b
Tentatis deum adeſſe. 87.a
Tertium cœlum. 83 b
Teſtamentum nouum cur dicatur.120.a.quomodo confirmatum.

matum. ibidem.b
Teſtamenti noui teſtes, & hæredes. 120.b
Teſtamẽti noui & veteris figura Agar & Sara. 112.b
Teſtimonium Chriſto reddunt aqua & ſanguis. 134.b
Teſtimonium Chriſto qui reddant. 135.a
Teſtimonium dei in ſe quis habeat. 136.a
Theriaca ex veneno conficitur. 86.a
Thobias dormiens cæcatur. 4.b
Torporis ſomnus excutiendus. 2.b
Trãſitus myſticꝰ à vitiis ad virtutes. 128.a
Tria ad orandum nos inducũt. 165.a
Tria nos poſſunt efficere beatos. 69.b
Tribulationes exẽplo Chriſti patienter ferendæ. 11.a
Tribus modis fideles vnum efficiuntur. 69.b
Tributa cur debeãtur poteſtatibus. 61.a
Turpiloquia. 108.a
Turpitudo. ibidem
Tutores hæredis paruuli. 27.ab

V

Vacillantium cõfirmatio. 19.b
Valentiniani error. 13.a
Valor hominis vnde ſit. 25.a
Valor hominis penes charitatem eſt. 90.a
Vanitas ſeculi præſentis. 38.a
Vas noſtrum quid. 103.b
Venenum veneno fugatur. 86.a
Vepres & ſpinæ myſticè. 141.b
Verbi teſtimonium de Chriſto. 135.a
Verbum Dei adulterantes. 44.b
Verbũ dei alij aliter accipiunt. 157.b
Verbi dei defectus mala. 96.a
Verbo veritatis fideles deo gigni. 152.b
Verboſitas mala. 160.a
Veritas triplex. 92.a
Vermes terræ, carnales homines. 130.a
Veſtigia dei. 88.b
Vetus homo quid. 63.b
Victimas cur ſibi à Iudæis offerri voluerit Chriſtus. 36.a
Victoria de mundo, ex fide eſt. 132.b
Vigilandum tribus de cauſis. 163.ab
Vigiliæ Pauli. 97.b
Vim vi repellere an liceat. 55.b
Vinci à malo. 57.b
Vincula quibuſdam afferre ſalutem. 147.b
Vindictæ genus egregium. 53.a
Vini vſus malus non eſt. 8.a
Vir mundus quis intelligatur. 117.a
Virga aurea, & virga ferrea. 15.b
Virtus nulli impoſsibilis. 64.b

Virtutis fama offendi quoſdá. 55.a
Virtutes aliquas in patria euacuari. 93.a
Virtutes ſuas ſancti nonnũquá ipſi commemorant. 81.a
Virtutes triplices. 66.b
Viſio & reuelatio differũt. 82.b
Viſio intellectualis. ibidem a
Viſionem corporalem & imaginariam etiam mutis animátibus ceſsiſſe. 83.a
Viſionũ tria genera. 82.b.83.a
Viſitationis dies. 145.a
Vita peccatrix ſomno cõparatur. 3.a
Vitæ tria ſigna moraliter. 140.b
Vitia deteſtanda, nõ homines. 26.b
Vitula rufa quo ritu immolabatur. 116.a
Vituli domi recluſi quid. 144.b
Viuendum eſſe iuſtitiæ. 140.b
Vlciſci iniuriá ſuam an liceat. 53.54.a
Vltio iniuriæ deo deferenda 56.a
Vltionem quomodo petát ſancti. 56.b
Vnanimes eſſe debẽt fideles in tribus. 12.a
Vnanimitas in opere. 14.a
Vnctus cur dicatur Chriſtus. 117.b.133.b
Vnguẽtum quale charitas. 91.a
Vnguenta boni odoris. 118.a
Vnitas eccleſię non deſerenda. 13.a b
Vnum vt fiant fideles omnes. 69.a
Vnus vt ſit homo, aut vagus & diſperſus. 70.a
Vocatione ſua quenque debere eſſe contentum. 42.a
Voluntas, animę potentiæ princeps. 52.b
Voluntas bona coronatur vbi non eſt operis facultas. 33.a.
Voluntas bona, vitæ ſpiritualis ſignum. 140.b
Voluntas dei triplex, bona, beneplacens, & perfecta. 19.a b
Voluntas diuina immutabilis. 151.b. humana quare mutabilis. 152.a
Voluntas mala punitur. 107.b
Voluntas non peruertitur niſi peruerſo intellectu. 21.b
Voluntatis error. 21.b
Vt cognoſcas in te gratiam. 145.a
Vultus natiuitatis noſtræ 157.a
Vxor maleſuada. 106.a

Z

ZELVS Pauli quantus fuerit. 79.b

FINIS.

# Homiliæ in

## EPISTOLAS DOMINICAles iuxta literam, per F. Iohannem Royardum ordinis fratrum Minorum, editę, ac nunc demum per eundem recognitę, terſæ, & emendatæ.

### Dominica prima aduentus.

Rom. 13.

FRATRES, *ſcientes quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.*

¶ Quum pręmiſiſſet apoſtolus de mutuæ charitatis conſeruatione documentum, dicēs, Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit, nā dilectio proximi malum non operatur: Et intuliſſet, Plenitudo ergo legis eſt dilectio, mox hortatur vt hanc dilectionis legem auribus & mente ſuſcipientes, ad ipſius impletionem promptis animis accingamur, dicens: Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. In qua lectione primò facit generalem monitionem. Secundò ſubiungit huius monitionis rationem. Tertiò adnectit dictæ monitionis explanationē. Primum facit à principio lectionis Secundum ibi: Nunc enim propior eſt noſtra ſalus. Tertium ibi: Abiiciamus ergo, &c.

¶Circa primum duo facit. Primò inducit ad cōſiderationem opportuni temporis. Secundò monet ſurgere à ſomno torporis. Quoad primum dicit, Hoc ſcientes tempus. q.d. Vellem vos huius temporis opportunitatē ſollicitius adnimaduertere. Poteſtis enī in eo & de priſtinis erratis remiſsionem cōſequi, & gratiam in futurū. Indeficienter proinde quod bonū eſt factitādo, ac per ſyncerā proximi dile-

*Conſydera qualitatem huius temporis.*

dilectionem Dei legem implendo, cibum operari qui nõ
*Ioan.6.* perit, ſed qui permanet in vitã æternã Recolit enim hoc
tẽpore ſancta mater eccleſia inæſtimabile diuinæ digna-
tionis beneficiũ, incarnationis ſcilicet & aduẽtus filii dei
in hunc mundũ. Ad cuius conſyderationem ab ingratitu-
dinis & negligẽtię ſomno euigilantes, mẽtis oculos ape-
rire nos cõuenit, quatenus & huiuſce viſitationis noſtræ
tempus agnoſcamus, & quantas poſſumus tantorum bo-
norum clementiſsimo largitori hinc gratias referamus,
exemplo Prophetæ, qui ait: Miſerationum domini recor-
dabor. Laudem domino ſuper omnibus quæ reddidit no-
*Luc.19.* bis, ne ſuperueniat ingratis diuinæ iudicium vltionis,
de quo ad ciuitatem ſanguinum loquens Dominus ait: Et
*Aduẽtum* quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi, nũc autem abſ-
*domini co-* cõdita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & cir-
*gnoſcere* cundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & co-
*nolẽtium,* anguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te &
*pœna.* filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem
ſuper lapidem, eò quòd non cognoueris tempus viſitatio
nis tuæ. Vbi planè conteſtatur propter ignorantiæ & in-
gratitudinis peccata, promeritum excidium, impiæ genti
ſuperuenturum. Quòd non cognoueris, inquit, tempus
*Luc.1.* viſitationis tuæ.

¶ Quum ergo dominus ipſe ꝑ viſcera miſericordię ſuę
nos exules, miſeros, captiuóſq; ſedẽtes in tenebris & vm
bra mortis oriẽs ex alto viſitare dignat⁹ ſit, quatenus ex-
*Heb.2.* inde dirigantur pedes noſtri in viã pacis, quomodo effu-
giemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quin potius, vt
Propheta monet, venite & præoccupemus faciem eius in
confeſsione, procidamus & adoremus ante Deum, plore
mus coram Domino qui fecit nos, tempus viſitationis no
ſtræ & piiſsimi aduentus ſaluatoris noſtri Dei cum omni
pietate & gratiarum actione ſuſcipientes, ne ſi oblatã ſa
lutem neglexerimus, & ipſi à Domino reprobemur.

*Amos.4.* ¶ Pręparate, inquit Propheta, in occurſum dei tui. Quòd
*Mich.6.* ſi quæras & dicas, Quid dignè offeram Deo meo, pręſer-
*Exod.23.* tim quum ipſe dicat: Non apparebis in conſpectu meo va
*Simile.* cuus? Ea propter aduertẽdum eſt, quòd ſicut principi ma-
gno, & ſubditum ſibi populum clementer moderanti, in
aliquam ſuarũ ciuitatũ venturo occurrere triplex homi-

num

num genus ſolet,rei ſcilicet & exules cum ſupplicationi- *Trifariũ*
bus,ciues cũ muneribus, denique familiares & amici cũ *genus ho-*
amplexibus:ita nimirum & in hoc tempore ſacro,quo no *minũ quid*
bis ſummi atque clementiſsimi principis Chriſti nuntia- *offerat.*
tur aduentus,properare debent in occurſum illius.

¶Primò hi qui ſe à Dei regno prauis facinorib⁹ fecerũt *Occurrãt*
extorres. Occurrant,inquam,& non formident,quomo- *peccatores*
do formidaſſe domini conſpectum legimus generis no- *cũ fiducia.*
ſtri principes,poſt peccatum.Hi enim quum poſt præua- *Geneſ.3.*
ricationem cœleſtis imperii vocarẽtur ab ipſo(nimirum
ad pœnitentiam & delicti confeſsionem) timore perter-
riti abſcõdere ſe conati ſunt,eò quòd & nudos ſe & reos
eſſe cognoſcerent.Nunc autem quis vocem eius audiens
timeat,quum per eam & mortui ſuſcitẽtur?Qui audierit *Ioan.5.*
inquit,nimirum vocem filii hominis,viuent.Quin potius
id maximè curemus , vt ſi vocem eius(ad recõciliationẽ
vocantis) audierimus,non obduremus corda noſtra. Sed
nec vereatur ipſe peccator,ne quemadmodũ fluit cera à *Luc.9.*
facie ignis,ſic & ipſe pereat à facie Dei.Non enim venit *Luc.5.*
animas perdere,ſed ſaluare:nõ iudicare,ſed iudicari:vo- *Luc.19.*
care non iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiã:venit quæ-
rere & ſaluum facere quod perierat.

¶Exemplo nobis ſit Semei filius Gera, qui quũ eſſet gra *2.Re.19.*
uiſsimæ in Dauid regem Dominum ſuum offenſæ ſibi cõ *Semei qua*
ſcius,eidem in regnũ redeunti properauit occurrere,nul *liter pla-*
lũ aliud munus placando regi præ ſe ferens,quàm ſui cõ *cauit Da-*
feſsionem delicti,dicẽs: Agnoſco hodie peccatũ meum, *uid.*
ideo deſcendi in occurſum domino meo regi.Deſcende
ergo & tu anima peccatrix filia Babylonis de ſolio ſuper- *Eſa.47.*
biæ,& ſede in puluere,cinerem & puluerẽ te eſſe cogno-
ſcendo,& feſtina per humilem cõfeſsionem hunc placa-
re,quem diffitendo delictum, te noueris ad vlciſcendum
amplius prouocare.

¶Secundò properare in occurſum venienti domino ſtu- *Occurrãt*
deant ciues & ſubditi cum muneribus,id eſt,iuſti,quique *iuſti.*
in virtutũ animi profectu iã conſtituti, hi nunc eleemoſy
nis,orationibus & ieiuniis ſolito copioſius incũbant.Nõ
enim ſatis eſt mala non agere,niſi etiam pietatis operib⁹
fidelis quiſque in hoc præſertim tẽpore diligentius intẽ-
dat,quatenus augmentum gratiæ conſequatur.Nam ſicut

oblatione munerum ampliorẽ principis ſui gratiá ciues
*Simile.* promerẽtur, ita vt cum multo fœnore in eos ſua munera redundent, ſic & modo piis operibus iuſti recipiunt incrementa gratiarum. Non enim Deo, ſed nobis opera noſtra bona fructificant.

*Occurrãt præfecti.* ¶Tertiò cogniti & familiares occurrant cum amplexibus ſynceri amoris, cum actione gratiarum & voce laudis, cum lætitia & admiratione de tanta gratia & tam benigna dei dignatione. Huiuſcemodi deo familiarium ille
*Exod. 33.* vnus erat, cui dictum eſt à domino: Teipſum noui ex nomine, inueniſti enim gratiam coram me. Occurrant, inquam, tantam illius charitatem admirantes, & dicant: Tibi domine gratias agant cœlum, terra, & omnia quæ in eis ſunt, quòd à regalibus ſedibus, è cœleſti cardine, noſtram ſortem miſeratus, in has exilii noſtri calamitates, noſtras leuaturus ærumnas, miſericorditer adueniſti.

*Canti. 3.* ¶Egredimini itaque filiæ Sion, animę fideles, videte regem veſtrum pacificũ, mitem & humilem corde, máſuetum & pium, æternę pacis conciliatorem in natura veſtrę humanitatis (qua nimirum hũc veſtiuit virgo mater) iam
*Apoc. 14.* fratrem vobis effectum, & adorate eum qui fecit cœlum
*Deut. 32.* & terram, mare & fontes aquarum. Ipſe enim eſt domin' Deus tuus qui poſſedit, fecit & creauit te, qui & nunc venit redimere, reparare & ſanare te. Cõuenit ergo (inquit Apoſtolus) vos eſſe ſcientes hoc tempus, ne ſi opportunitate cõtempta ſalutem veſtram neglexeritis, ipſa etiam opportunitas vos iuſtè contemnat.

*Monet ſurgere à ſomno torporis.* ¶Secundò nos monet ſurgere à ſomno torporis, dicens: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. hoc eſt, de obliuioſa diſsimulatione diuinæ erga nos dignationis, de negligẽtia propriæ ſalutis, de torpore & ignauia vitę carnalis, de
*Mat. 13.* quo ſomno ſcriptum eſt: Dum autem dormirẽt homines, venit inimicus & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Nam etſi bonum ſanę doctrinæ ſemen in humani cordis agro ſparſum eſt, negligens tamẽ atque oſcitabũdus omni vitiorum genere repletur. Vnde pigrum hunc Salomõ
*Prouer. 6.* excitat dicens: Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus tuas vt dormias, & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Hac pauper-

paupertate laborabāt ii de quibus Ieremias ait:Pauperes ſunt & ſtulti, & ignorantes viam domini. *Iere. 5.*

¶Sed huiuſcemodi ſomno deditos diligentius conſyderantes,aduertere eſt quæ inſomnia dormitantem apprehendant & inquietent.Vanis enim fantaſmatibus conſueuit ipſe terreri , quæ tamen mera ſomnia ſunt . Verum ſi latro domum ingreſſus , mucrone ſtricto immineat iam capiti dormientis,nō ab illo,ſed à ſuis vanis ſomniis terretur . Sic nimirū terretur & trepidat homo vanus & excors,vbi nō eſt timor.Timet enim à ſuis prauitatibus reſipiſcere,timet pro prꝫteritis delictis agere dignos fruct⁹ pœnitentiæ,timet ad ea quæ ſalutis ſuæ ſunt,ſe cōuertere,Verùm quod maximè timendum eſt, iudicium dei nō formidat. Quoniā ergo in peccati ſomno repletur homo vitiis(quomodo ager bono ſemine ſeminatus ſuperinſeminatis zizaniis vitiatur)rectè nos monet Apoſtolus ab hoc tam damnoſo negligentiæ & peccati ſomno ſurgere & euigilare, dicens : Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. *Peccator ad morem ſomniātis, vanis terretur.*

¶Congruè verò ſomnus vitam quæ in peccatis ducitur plures ob cauſas moraliter ſignificat. Tum videlicet,quia ſomnu s imago mortis eſt, &(vt philoſophi dixere)medius eſt inter vitam & mortem, quòd dormiēs homo nec plenè viuat(eò quòd ſe ignoret viuere)nec tamen plenè ſit mortuus,quòd adhuc veſcatur laura,tametſi id neſciat: Ita & peccator nec plenè viuit,nec plenè mortuus eſt.Nō enim viuit Deo,ſed inter mortuos ſeculi cōputatur.Nec tamē adhuc corpore mortuus eſt,nec adhuc ex toto(quaſi de eo ſpes nulla ſit reliqua) deploratus . Etſi quippe qui tametſi nunc dormiat,adiiciet tamē vt reſurgat.Tū proinde ſomnus peccatricem vitam ſignificat,quia ſicut dormiēs ab opere vacat, ita peccator ab opere bono ꝙ ꝗternæ vitæ prꝗmio dignum ſit,eſt otioſus. Tum quia ſicut vanis inſomniis dormiens inquietatur (vt dictū eſt)ita peccator deſideriis inutilibus & nociuis,& affectionibus vanis diſtrahitur animo & perturbatur.Tum quia ſicut dormiens nocturni latronis inſidias minimè pertimeſcit , vt dictum eſt,etiam ſi domum eius ingreſſus ſuo iam capiti immineat:ita & peccator diaboli īſidias nec aduertit,nec metuit.Tū denique propter varios expergiſcēdi à ſomno *Vita peccatrix,ſomno comparatur*

modos vitam peccatoris ſomnus, vt dictum eſt, per ſimilitudinem non immeritò ſignificat.

*A ſomno quatuor modis animal excitari.*

¶A ſomno quippe ſuo animal quodlibet modis quatuor poteſt excitari. Calore ſcilicet, frigore, clamore, fame. Ad cuius ſimilitudinem à peccati ſomno homo poteſt excitari vt reſipiſcat ad virtutẽ, vel calore dilectionis dei, circa ſe beneficia conſyderando: vel frigore timoris, dei vindicis iudicia expauendo: vel clamore prædicantis, dei legem audiendo: vel certè fame inopiæ, concupitas delectationes in peccatis (prohibente Deo) non amplius reperiendo. Siquidem de filio prodigo in Euangelio dicitur, quòd cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, id eſt, delectationibus immundarum voluptatum, & nemo illi dabat. Quamobrem ipſe tandem in ſe reuerſus, dixit: Quanti mercennarii in domo patris mei abũdant panibus? ego autem hîc fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & dicam: Pater, peccaui in cœlum & coram te, & cætera quę ſequuntur. Itaque hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

*Luc.13.*

¶Alias ꝓinde cauſas agnoſce, ꝓpter quas de hoc lethali ſõno, de hac lethargia mẽtali ſurgere debem⁹, videlicet,

Primò, propter vigilem ſeu ſpeculatorem excitantem.

Secundò, propter terrorem ſollicitantem.

Tertiò propter diem appropinquantem.

Quartò, propter opus grãde, & laborem nobis inſtãtẽ.

*Iere.31.*

De primo dicit Ieremias Propheta: Clamabunt cuſtodes, Surgite, aſcendamus in Sion ad dominum Deum noſtrũ. Cuſtodes iſti prælati ſunt, & paſtores ouium Chriſti, & præcones verbi cœleſtis.

*In ſpeculatore tria requiruntur*

¶Tria autem in huiuſcemodi cuſtode ſeu ſpeculatore requiruntur, videlicet Circunſpectio, Denuntiatio, Fidelitatis conſeruatio. Quid enim prodeſſet ſpeculator cæcus, mutus, vel infidus? Non mediocre diſcrimen immineret ciuitati, ſi hoſtilium inſidiarũ tẽpore cęcus aliquis aut mutus, aut (quod deterius eſt) proditor infidus ſpeculatoris ſeu vigilis munus obiret. Vigilare nempe & circũſpicere decet eum, qui ſeruãdis cæteris in ſpecula conſtitutus eſt. Et quidem primùm ſuper ſemetipſum, deinde ſuper commiſſum ſibi populum. Paſtor enim ſeſe primũ à lupo tuetur,

tur, deinde oues. Alioqui qui ſibi nequam, cui bonus erit?
¶Secundò requiritur in ſpeculatore denuntiatio. Vnde *Eccle. 3.*
ad Ezechielem à Domino dictum eſt: Fili hominis, ſpe- *Ezec. 3.*
culatoré te dedi domui Iſrael, & audies de ore meo ver-
bũ, & annũtiabis eis ex me: Si dicẽte me ad impiũ, morte
morieris, non annuntiaueris ei, neque loquutus fueris vt
auertatur à via ſua impia, & viuat ipſe impius in impieta
te ſua morietur, ſanguinem autẽ eius de manu tua requi-
ram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit
cõuerſus ab impietate ſua, ipſe quidem in impietate ſua
morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Nihil ergo ꝓ-
deſt muti ſpeculatoris circunſpectatio.
¶Efficitur autem mutus hic ſpeculator, vel ob culpam *Speculator*
propriam, vel propter humanum timorem, dum videli- *per hæc*
cet mortales homines adeò veretur, quod ꝓpter eos ſub- *mutus ef-*
ticet veritatem, ne hanc denuntiando incurrat eorum of *ficitur.*
fenſam, vel etiam propter ſpem lucri tẽporalis. Canis e-
nim obmuteſcit à latratu, ſi fur illi offã in os ꝓiiciat. Ca
nibus autem obtumeſcẽtibus, liberum & opportunum eſt
lupo in oues graſſari, & vacat prædonibus eas quorſum
volunt abigere. Vnde & ſpeculatores ineptos Dominus *Eſa. 56.*
accuſans, per Eſaiã clamat, dicens: Omnes beſtiæ agri ve
nite ad deuorandum vniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores
eius cæci omnes, neſcierũt vniuerſi, canes muti non valẽ
tes latrare, videntes vana, dormiẽtes & amantes ſõnia &
canes impudentiſsimi neſcierunt ſaturitatem. Et poſt pau
ca: Omnes in viã ſuam declinauerũt, vnuſquiſque ad aua
ritiam ſuam, à ſummo vſq; ad nouiſsimum. Venite ſuma-
mus vinũ, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic
& cras, & multò amplius.
¶Tertiò requiritur in ſpeculatore vt ſit fidelis, nullam
prorſus conuentionem pactionem̀ve habens cum hoſti-
bus. Porrò hoſtes animabus noſtris pernicioſi, imprimis
ſunt ſpiritus maligni, exinde homines corrupti & praui, *Hoſtes a-*
cæterúm & ipſi corruptores & ſeductores fraudulẽti, ver- *nimarum.*
ſipelles & ſubdoli, hęretici videlicet, de quibꝰ nos Domi *Mat. 5.*
nus cautos reddẽs, dicit: Attẽdite à falſis ꝓphetis, qui ve-
niunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt
lupi rapaces. Hoſtes proinde gregis Chriſti ſunt raptores
& tyrãni, violẽti & impii, de quibꝰ ſcriptũ eſt: Leo rugiẽs

Prou.28. & vrſus eſuriẽs, princeps impiꝰ ſuper populum pauperẽ.
Vitia denique & peccata quę militant aduerſus animarũ ſalutem hoſtes damnoſos, patimur. Itaque quicũque ſpeculatoris occupans locum, cũ his aut aliquibus horũ fœdus habet, nec ad ſuiipſius, nec ad gregis Chriſti tuitionẽ eſt cuſtos fidelis, ſed proditor impius & damnoſus.

Ionæ.1. Tob.2. Iudic.4. Iudith.13. 2.Reg.4.

¶Secundò ſurgendum eſt propter terrorem ſollicitantẽ. Vnde ad Ionam in periclitanti naui dormientem à ſollicitis dictũ eſt: Quid tu ſopore deprimeris? Surge & inuoca deum tuum. Magna quippe ſunt in peccati ſomno pericula, formidines multæ, ſicut nos exempla multorum docuerunt. Legimus enim Ionam dormientem in naui, vt iã dictum eſt, periclitatum. Tobiam iuxta parietem dormiẽtem, oculorum fuiſſe lumine priuatum. Sizaram, Holofernem, & Hiſboſeth dormientes, fuiſſe inſidiis interemptos.

*Ionas dormiẽs periclitatur.* Eſa.18.

¶Porrò per Ionæ dormiẽtis naufragium docemur, quòd dormientes in peccatis, aduerſitatum & tribulationũ tẽpeſtate quatiũtur & afflictãtur temporaliter, vt vexatione intellectum dante redeant aliquãdo in viam: quomodo vel quodlibet ſubiugale mutum quum cęditur, videtur agnoſcere cædentis domini voluntatẽ. In viam enim redit ſi ab illa iam declinauerat, aut certè graditur celerius ſi à recta non diſceſſerat.

*Tobias dormiens cæcatur.* Ioan.12.

¶Verùm per Tobiæ dormientis excæcationem, inſtruimur excæcari ſpiritualiter peccatores. Quam cæcitatem quiſquis effugere deſiderat, audiat conſilium dicẽtis: Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Ambulate inquit, de virtute in virtutem proficientes, ne forſan ab operibus bonis vacãtes, à peccatorum tenebris comprehendamini. Nonnunquã enim poſt multa bene geſta contingit quoſdam virtutis ſtudium vſque adeò derelinquere, vt multò amplius quàm ſi virtuti pri operam nõ dediſſent, peccatis excæcentur, de quibus per Ieremiam dicitur: Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius, occidit ei ſol quum adhuc eſſet dies. Dies ſcilicet vitæ præſentis, in quo nos oportet inſtanter operari vſque ad veſperam mortis, ſicut Salomon monet dicens: Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſciẽtia, nec ſapiẽtia eſt apud

*Quoſdam ignauiæ ſeſe dare.* Iere.15. Eccle.2.

inf

inferos,quò tu properas.Itaque horum ocioſorum excæ-
catio bene per Tobiæ cæcitatem deſignatur. Is enim à *Tob.2.*
mortuorum ſepultura(pio nimirum opere)feſſus, reſolu
tus iacuit iuxta parietem, vbi hirundinum calida ſtercora
illius oculis illapſa,cæcitatem ei intulerũt.Quid autem
aliud per ſtercora,quàm vana huius ſeculi gaudia, & car
nalium voluptatum illecebræ deſignãtur?Omnia, inquit *Phil.3.*
Apoſtolus, detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt
Chriſtum lucrifaciam.Hæc equidem ſtercora ab operib'
bonis ocioſos mundi huius ſectatores lumine mentis pri
uare noſcuntur.

¶Per Sizaram autem & reliquos illos, qui dormiẽtes in- *Sizara*
terempti fuiſſe leguntur,myſticè nobis innuitur,in pecca *dormiens*
to dormientes ſpiritualiter interire .Sanè duo eorũ quos *trucidatur*
dormientes periſſe legimus, videlicet Sizara & Holofer
nes,poſt potum ille lactis,iſte vini ſopiti,manu fœminea
interempti ſunt. Expergiſcimini ebrii(clamat Propheta) *Ioel.1.*
& flete. Obdormiunt plurimi ſopiti à lacte carnalis volu-
ptatis, obdormiunt alii à vino & calice Babylonis, diui-
tiarum videlicet,pomparũ,& cęterarum huius ſeculi va-
nitatum.Vnde per Ieremiam dicitur:Calix aureus Baby- *Iere.51.*
lon in manu domini inebriantis omnem terram, de vino
eius biberunt omnes gentes,& inde commotæ ſunt.
Quòd autem viri iſti fortiſsimi,& ſuo ſeculo cæteris for
midabiles ſopiti , fœminea manu perierunt , quid alius
nobis inſinuat,quam in peccatis ſopitos amiſſis animi vi
ribus , muliebriter effœminari , & omni prorſus virtute
deſtitui?

¶Denique per Hiſboſeth(quod vir confuſionis interpre *2.Reg.4*
tatur)qui meridie dormiens à duobus latronum principi *Hisboſeth*
bus interfectus eſt,illi nõ incongruè deſignãtur,qui pro- *dormiens*
priam negligentes ſalutem,in tempore acceptabili & in *interfici-*
die ſalutis (quando bene operandum erat)ociantur.Hoc *tur.*
eſt enim meridie dormitare,quod vtique prępoſterum &
maximæ confuſionis eſt.

¶Tertiò ſurgendũ eſt à peccati ſomno propter diem ap- *Surgendũ*
propinquantem. Et poteſt tribus modis intelligi dies,qui *ꝑpter diẽ*
nos ad hoc inducat. Eſt enim dies gratiæ,eſt dies iræ, eſt *appropin-*
dies gloriæ.De primo dicit Apoſtolus:Ecce nunc tempus *quantem.*
acceptabile,ecce nunc dies ſalutis. Hoc die operari nos
oportet

oportet cibum qui non perit. Ortus eſt enim nobis ſol iuſtitię, vt in hoc die exeat homo ad op⁹ ſuum & ad operationem ſuam. Siquidem gratiæ & miſericordiæ tēpus nūc
*2. Cor. 6.* eſt, iuſtitiæ tempus poſtea erit. Venit enim nox mortis &
*Dies gratiæ.* properat, quando nemo poterit operari. Itaque dum tempus habemus, dū gratię dies illucet nobis, operemur bonum.
*Ioan. 9.*
*Gala. 6.*
¶De die iræ accipi poteſt quod in Heſter ſcriptum legimus. Vna dies vltionis per omnes prouincias conſtituta eſt. De qua die per Sophoniam dicitur: Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies calamitatis & anguſtiæ, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. In tempore illo ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Dies autem ille, dicitur Dei exercituum dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis. Rectè autem dies ille, dies Domini dicitur, quòd tunc (redigente in ordinem cuncta Deo) nullus erit imperitæ querelæ locus, quādo nullis niſi bonis erit bene, & nō niſi malis erit malè. Nunc autē & bonis pleriſque malè, & malis bene eſt. Abundant enim tabernacula prædonum, & tacet Domin⁹ conculcante impio iuſtiorem ſe. Sed pauliſper expecta. Quum accepero tempus (inquit) ego iuſtitias iudicabo. In hunc itaque diem intenta mente nobis vigilandū eſt, & debitum ante rationis diem ſollicitè pręmeditandum, & agnoſcendū humili confeſsione, ſupplicandum proinde, & qui nobis apud iudicem illum patrocinentur, amici parandi ſunt, qui & in æterna nos recipiant tabernacula.

*Dies iræ*
*Heſter. 8.*
*Sopho. 1.*
*Quur iudicii dies, dies domini dicitur.*
*Iob 12.*
*Abac. 1.*
*Luc. 16.*

¶Denique de die gloriæ ſcriptum eſt, dicente Propheta: Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. In illum diē veſtimenta virtutum ſeruanda ſunt, ſicut in Apocalypſi ſcriptum eſt, Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimēta ſua: aut certè ſi iam illa non ſuppetunt, cum omni ſollicitudine ſunt parāda. Non enim fas erit indutum ſacco aulam æterni regis ingredi, vbi omnes domeſtici veſtiti ſunt duplicibus, videlicet exterius probitate morum, & interius decore virtutum. Byſſus (inquit) & purpura indumentum eius. Vbi per byſſum puritas, per purpurā charitas accipi poteſt

*Dies gloriæ.*
*Pſal.*
*Apoc. 16.*

poteſt. Puros enim in illum diem eſſe oportet: Puros in- *Heſter.4.*
quam à duplicitate, à ſimulatione, à fallacia, puros à mali *Prou.vlt.*
tia, puros à luxuria, puros à ſuperbia, puros ab omni ini- *Ibidem.*
quitate & iniuſtitia.

¶Quartò ſurgendum eſt à peccati ſomno propter labo- *Surgēdum*
rem inſtantem. Vnde ad Heliam in deſerto dormientē *propter la*
ab angelo dictū eſt: Surge, comede, grandis enim tibi re- *borem in-*
ſtat via. Hæc eſt via pœnitentiæ quæ cuique eò grandior *ſtantem.*
reſtat, quò prauis facinoribus plures ad gehēnam dietas 3.Re.19.
ambulauit. Ad hanc viā alacres & prompti ſurgere & ac-
cingi debemus, & viæ nobis comitem adſciſcere Chriſtū,
illud nobis dictum eſſe putantes, quod ab angelo in terra
AEgypti dictū eſt ad Ioſeph: Surge, & accipe puerum & *Mat.2.*
matrem ei⁹, & vade in terram Iſrael. Per Ioſeph enim in
AEgypto, non incongruè peccatorem moraliter accipi-
mus, qui diuinitus admonetur, vt à peccatorum tenebris
ad lucem gratiæ duce Ieſu, & Marię ſuffragiis, reuertatur. *Ieſum &*
Non enim in huiuſcemodi via nobis comes & cuſtos eſſe *matrē eius*
dedignatur: Ait enim olim ad Iacob: Ero cuſtos tuus quo- *comites aſ*
cunque perrexeris. Petierat ille ſocium viæ ſuæ dominū *ſumendos.*
fore, dicens: Si fuerit mecum dominus. Petierat eius præ- Gene.28.
ſidium, dicens: Et cuſtodierit me in via hac. Petierat via-
ticum, dicens: Et dederit mihi panem. Poſtremò & veſtē.
Vbi per panem, refectio gratię, per veſtē, cōuerſatio ſan-
cta moraliter deſignatur.

## HOMILIA SECVNDA

Roma.13.

N*Vnc enim propior eſt noſtra ſalus, quam quum credidi-
mus.*

In præcedentibus Apoſtolus dedit generalem monitionem, hîc conſequenter proſequitur ſuæ dictę monitionis rationem, dicens: Nunc enim propior, &c. Et facit duo. Primò ponit dictam rationem. Secundò ſubnectit dictæ monitionis explanationem, ibi: Abiiciamus ergo, &c.

¶Circa primum dicit: Nunc enim proprior, &c. Quia enim illi quibus ſcribit in fidei primordiis maiorem de ſe diligentiam & feruorem præſtiterant, & deinceps proceſſu temporis refrigerant, dixit: Nunc propinquior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus. q. d. Magis hoc tempore fu-

re futuro ſeculo propinquamus, quod nomine propioris
ſalutis expreſsit. Siquidem nobis peccantibus, tempus il
lud non ſaluti, ſed exitio fuit. Quum ergo ad illum diem
propinquiores accedamus, maiori ſtudio eſt incumben-
dum. Appropinquat enim reſurrectio & Dei iudicium:
quapropter neceſſe eſt vt ab ignauię & torpedinis ſomno
excitemini, promptioréſque ſitis & parati ad opera quę bea
ta reſurrectione ſint non indigna. Salus enim noſtra ęter-
na nunc propior eſt, quantum erat quum primùm credi-
dim⁹. Manifeſtum eſt enim, quia poſt lauacrum babtiſmi
aliquis bene operans & ſtudēs charitati, vicinior eſt æter
næ vitæ, quā tū erat quum primum crederet. Bona enim
& bene acta vita, ſignum eſt & cauſa ſalutis futurę. Deni-
que baptiſm⁹ eſt ad veniam, vita bona etiam ad coronā.
Quia ergo credidimus, turpe nobis eſt, niſi etiam ſurga-
mus, & inſtāter quod bonū eſt operemur. Vel (ſicut prius
dictum eſt) quia nūc morti propinquiores ſumus, per quā
ad ſalutem æternam perueniamus.

¶Quidam hunc locum & aliter exponunt. Nunc, id eſt
tempore Euangelicæ gratiæ, poſt exactum Moſaicæ le-
gis curſum, propior eſt noſtra ſalus, quia per Chriſtū oſtiū
*Apoca.3.* nobis in cœlo datur apertum, quod tempore legis clau-
debatur. Ideò ſubdit, quàm quum credidimus, ſcilicet an-
te Chriſti aduentum, quando credebamus venturum, quod
necdum apparuerat, videlicet mundi ſaluatorem. Et hæc
dicens, connumerat ſe priſtinæ illius fidei Eccleſiæ. Lon-
gè quippe illo tempore ſalus adhuc aberat, dicente Pro
*Eſa.28.* pheta: Qui crediderit, non feſtinet. Longè adhuc aberat
patrum illius temporis ſalus: quippe qui non ignorabant
ſe poſt exactam mortalē vitam (tametſi eam ſine quere-
la peregiſſent) deſcenſuros ad inferna, ſicut eorum vnus
ait: Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem, e-
*Gene.37.* ruet animā ſuam de manu inferni? Hinc & Patriarcha Ia
cob lugēs, quem mortuum putabat Ioſeph filiū ſuum, ait
Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.
*Nox, teſtamentū vetus: Dies, teſt. nouū.* Sequitur,

*Nox præceßit, dies autem appropinquauit.*

¶Nox, id eſt, veteris illius & figuralis legis obſcuritas,
*Coloſ.2.* quæ duntaxat vmbra fuit venturi in hunc mundum ſalua
toris. Vnde quum alio loco Apoſtolus de quibuſdam illi

legis præceptis diſſereret,oſtẽdẽs illa per Chriſtum eſſe euacuata,dixit.Hęc vmbra ſunt futurorum,corpus autem Chriſti.Dies,inquit, appropinquauit.id eſt,claritas reuelatæ veritatis in Euangelio nobis innotuit.Dixerit ergo Apoſtolus. Quum per lumẽ ſolis iuſtitiæ Chriſti quid vobis ad conſecutionem ſalutis ſit agendum cognoueritis, non eſt iam vltra dormitandum in peccatis,ſicut prius , quando ignorantes Chriſtum in tenebris fuiſtis.Nã poſtquam Euangelii lux vobis orta eſt,in die eſtis. *Nox & dies moraliter.*

¶Potes etiam per noctem, mortalem hanc vitam:per diẽ verò appropinquantem,vitam æternã accipere,vt ſit ſenſus,Nox præceſsit,hoc eſt,ad finem ſuum mortalis hęc vita feſtinat.Exempli gratia.Cõcedamus horis.xii.produci noctem , è quibus decem exactis, dici poteſt breui fore, vt nox finiatur, quia in auroram iam vergit.Aliis proinde rationibus per noctem, hanc vitam mortalem poſſumus accipere : Tum videlicet,quòd in ea plerique delictorum verſentur in tenebris : Tum etiam quòd ſingulorum ſit vita obſcurior : Tum quia ſicut lux illa quæ vel à luna vel à ſtellis in nocte lucet,diurnæ luci collata, modica eſt. ita & notitia quã in hac vita de ſummo bono, id eſt,de Deo habemus,per exigua eſt ad illam lucem veritatis cõparata,quæ cœleſtis regni ciuibus illucet.Ciuitas *Apoc. 21.* enim illa non eget ſole neque luna, quoniã claritas Dei illuminat illam.

¶Poteſt etiam per diem de quo dicit: Dies appropinquauit,futurum intelligi iudicium,quòd in eo ſint iuſti ſplendorem & gloriam habituri,& quę adhuc occulta ſunt hominum merita, tunc omnibus cuncta patebunt.

¶Circa ſecundum principale dicit.

*Abiiciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis, ſic vt in die honeſtè ambulemus.*

¶Hic ponit ſuæ præmiſſæ monitionis explanationem, dicens.Abiiciamus ergo,&c.Vbi tria facit.Primò dicit opera tenebrarum eſſe abiicienda.Secũdò arma lucis eſſe aſſumenda . Tertiò ,ipſius Chriſti inſtituta inſinuat eſſe ſectanda, Secundum ibi,Et induamur.Tertium ibi,Sed induimini,&c. *Peccata quur opera tenebrarũ*

¶Circa primũ aduerte quòd peccata vocat opera tenebrarum,(quum dicit: Abiiciamus ergo opera tenebrarũ)

plures

plures ob cauſas. Tum videlicet quòd è tenebris ignorā-
tię & malitię proficiſcuntur, nam omnis malus ignorás.
Vel à malignorum ſuggeſtione dæmonũ, qui & ipſi tene-
*Lucæ.22* bræ ſunt, Vnde eſt illud : Hæc eſt hora veſtra & poteſtas
*Ioan.3.* tenebrarum. Tum quia in tenebris fiunt. Omnis enim qui
malè agit, odit lucem, & nõ venit ad lucem, vt nõ arguan
tur opera eius. Tum quia ipſa peccata in animas delin-
quentium excæcationis tenebras vſque adeò nonnun-
quam inducunt, vt quum in conſuetudinem venerint, nõ
eſſe peccata putentur. Tum quia ad tenebras gehennæ,
*Matt.22.* peccatrices animas deducunt, dicente iudice & de pecca
*Similia* tore terribiliter decernente. Ligatis manibus & pedibus
proiicite eũ in tenebras exteriores. Debemꝰ itaque, ſi ſa-
pimꝰ huiuſcemodi tenebrarũ opera, à nobis abiicere nõ
minus diligenter, quàm fur aliquis quem miniſtri iudicis
inſequuntur, eam quam furto ſuſtulit, abiicit à ſe ſarciná,
ne in operibus manuum ſuarum comprehẽſis coram iu-
dice conuincatur.

*Opera virtuoſa quur arma lucis.* ¶Circa ſecundum vbi arma lucis dicit eſſe aſſumẽda, ait:
Et induamur arma lucis. Vbi eſt aduertẽdum quòd opera
virtutum hac ratione arma vocantur, quòd quicũque illa
ſunt adepti, ſecuriores redduntur & tuti, & armorũ ſunt
loco. Dicũtur autẽ non quæcunque arma, ſed arma lucis.
Tum quia adferunt claritatem & gloriam coram Deo &
hominibus. Vnde & de anima fideli ſub nomine mulieris
*Prou.vlt.* fortis ſcriptum eſt. Laudent eam in portis opera eius. Tũ
*Ioan.3.* quia ad notitiam, quaſi ad lucem deduci nõ veretur. Qui
enim facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur o-
pera eius, quia in deo ſunt facta. Tum quia boni exempli
*Matth.5.* lucem præferũt. Luceat, inquit, lux veſtra coram homini-
*Philip.2.* bus. Et vnde rurſum per apoſtolũ fidelibus inter impios
piè viuẽtibus dicitur, In medio nationis prauæ & peruer-
ſæ lucetis ſicut luminaria in mundo, verbũ vitæ continẽ-
*Ioan.15.* tes. Tum quia à luce gratiæ cœleſtis proficiſcũtur, dicẽte
*Matt.24* ipſo gratiæ authore domino: Sine me nihil poteſtis face-
re. Tum quia copioſius gratiæ lucem in animã operantis
inducũt. Seruus enim qui in modico inuẽtus fuit fidelis,
ſuper multa cõſtituitur. Tum quia ad lucẽ æternę fœlicita
tis quę neſcit occaſum, perducũt. Cõfitetur enim eccleſia
catholica, dicẽs: Qui bona egerũt, ibunt in vitam æternã.

Induamur

¶Induamur, inquit, arma lucis. Sed quo fine? Reſpondet. Sic vt in die honeſtè ambulemus, id eſt, vt per arma lucis non modo tuti, ſed etiam ornati & honeſti reperiamur in die domini, ſiue illa ſit dies gratiæ, ſiue dies iræ, ſiue dies glorię, de quibus dictum eſt. In iis enim diebus virtutis & bonorum operum decor effulget. Poſſumus & per hunc diem domini imminētem ſacratiſsimę Chriſti natiuitatis ſolennitatē accipere. Nam & ſi illa iam annis multis tranſierit, permanet tamen illius gratia apud deuotos per omne tempus in futurum. Explicat ſubinde apoſtol⁹ quędam ex operibus tenebrarum, vt illa abiiciamus, dicens:

*Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.*

¶Hęc enim vel maximè repugnant honeſtati. Ponit autem ex genere peccatorum carnalium quatuor, videlicet Comeſſationes, Ebrietatem, Pigritiam & Impudicitiam. Ex genere verò peccatorum ſpiritualium duo, Contentionem ſcilicet & AEmulationem.

¶Igitur primo loco damnat comeſſationem, quę aſsiduitatem conuiuiorum importat, cui plerique vſqueadeò dediti ſunt, ac ſi ad nihil aliud ſint nati. Sed quanta mala ex hoc vitio, quaſi ex fonte ſuo ſcaturiunt? Filii Iob comeſſationibus aſſueti, & comedentes die quodam, bibentes vinum in domo fratris ſui primogeniti, à ruina domus oppreſsi ſunt. Abſalon in conuiuio fratrem ſuum Ammō ebrium interfecit, nec quicquam vel illis, vel iſtis profuit quòd eſſent filii ſanctorum. *Comeſſatio quanta pariat mala.* *Iob. 1.* 2.Reg.13

¶Secundo loco damnat ebrietatem, quæ eſt immoderatus vſus vini, vel cuiuſlibet potus ſenſum & intellectum hominis perturbare valentis. Nec tamen vini potum Apoſtolus prohibet, quū ipſe Chriſtus hūc admiſerit, quin Timotheo ſcribens temperatum vini vſum etiā ſuadet dicens: Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & propter frequentes tuas infirmitates. *Ebrietas prohibetur* 1.*Tim* 5.

¶Quoniā autem ex comeſſationibus pigrities dormitationis plerūque naſcitur, quum huius vitii cauſam intercidiſſet, mox etiam vitioſum interdicit effectum, dicens: Non in cubilibus. q. d: Non ambuletis in exemplis eorum qui *Pigrities dānatur.*

Prou.20. qui ſectantur cubilia pigritãtium, de quibus per ſapienté dicitur: Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ſic piger in lectulo ſuo. Oſtium inter cardines ſuos motum, & ſi crepitet, tamen illis permanenter inhæret. Iſtum verò & ſi increpitans conſcientia exagitet, manet tamen ignauiæ & pigritiæ ſuæ captiuus & adſtrictus.

¶Rurſus quoniam ex huiuſce vitiis procedere cõſueuit concupiſcentia carnis & inordinata libido, ideo quum ve-

*Impudicitia.* tuiſſet in cubilibus pigritiam, dicens: Non in cubilibus, mox ſubſequutus adiungit, Et impudicitiis. Impudicitia nempe commeſſationes, & ebrietates, & cubilia ſequi cõſueuit. Nec tamẽ prohibet Apoſtolus quod eſt legalis cõiugii, ſed alterius ſexus quemlibet inconceſſum & illegitimum vſum.

¶Porrò quum ex prædictis vitiis, & præſertim hoc vltimè memorato, videlicet impudicitia, diſſenſiones & offidicula plerũque ſuboriãtur, opportunè Apoſtolus ſubiũxit: Non in contentione & æmulatione. Vbi ex paupertib tenebrarum, duo (vti paulo antè dictum eſt) ſpiritualia vi-

*Ex æmulatione cõtentio.* tia reſecat, quæ ſunt, AEmulatio ſeu inuidia, & contenti inuidiæ cognata. Vbi enim eſt æmulatio, mox illic & contentio adeſſe ſolet. Itaque contentionem Apoſtolus ſubl turus, ad æmulationem ſeu inuidiam (vnde illa ſumpſ originem) decurrit.

¶At quia ratione & conſilio plerunque vitia premuntu quum autem per temulẽtiam rationis lumen extinctum & mens cæcata fuerit & ſopita, tunc furor inuidiæ qua ſanies ex apoſtemate veteri per contentionem erump (vix enim quippiam adeò prodit iracundiam vt ipſa temulentia) idcirco ne inuidiæ ſeu æmulationis ſanies p contentionem erumpens ſuper alios ſe effundat, ſed ſu imperio rationis coerceatur, ipſaque ratio ſuum mun expleat, prudenter Apoſtolus hanc (vt dictum eſt) cohi turus, non modò inuidiam (vnde ipſa egreditur) ſuſtul ſed imprimis comeſſationes & ebrietates, quę rationẽ ſuo munere fungatur, impediunt & detinent quodammo do captiuam, putauit eſſe ſubmouendas.

Circa tertium ſubiecit

*Sed induimini Dominum Ieſum Chriſtum.*

Vbi Chriſti domini noſtri inſtituta inſinuat eſſe ſecta

da. Quum enim nos ſordidis veſtibus exuiſſet: vt optimis ornet, non vltra lucis armis nos induit: ſed (quod honorabilius eſt) pro veſte Chriſtum largitur. Hoc ſi quis fuerit obductus, omnem prorſus eſt virtutem adeptus. Nam Chriſtum induiſſe, eſt ipſius moribus & doctrinis eſſe imbutum & decoratum.

¶Porrò duobus modis contingit Chriſtum induere, fide ſcilicet & moribus. Fide Chriſtum induit, qui ſe totũ illi reſignat, intellectum ſuum ſecũdum fidei regulam In obſequium Chriſti captiuando, & ſtabili nihilominus atque inconcuſſa ſpe, pleniſsimè de ipſo confidendo: ac ſi ægrotus quiſpiam fideli medico ſeſe cõmittat, ſalutare exiſtimans quicquid iuſſerit ille: vel ſi ſe paruulus ſuo patri, vel reus aliquis in cauſám vocatus, amiciſsimo & fideliſsimo ſe credat aduocato.

*Chriſtum induere.*

*Similia.*

¶Opere verò Chriſtũ ſeu moribus induit, qui ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ſtudet ambulare. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ãbulauit, & ipſe ãbulare. Quid autem de Chriſti moribus & cõuerſatione beatus Petrus dicat, aduerte: Sequamini, inquit, veſtigia eius, qui peccatũ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non maledicebat: quũ pateretur nõ comminabatur. Vbi proponit nobis pro exemplo ad imitandum, Chriſti Domini noſtri innocentiam & patientiã, vt ipſius ſectando veſtigia, ſtudeamus cõuerſari ſine querela & proximorum offenſione. Offenſi verò ſeu læſi, nequaquam noſmetipſos vlciſcamur, vt aut opere reddam[9] malum pro malo: aut ſermone, maledictum pro maledicto. Nam Chriſtus, quem iubemur per imitationẽ induere, neminem aliquando læſit: nec opere, quia peccatũ nõ fecit: nec ſermone, quia nõ eſt inuẽtus dolus in ore eius, nec per impatientiam de inimicis (quum poſſet) ſe vindicauit. Nam quum malediceretur, non maledicebat: quũ pateretur quę minimè commeruit, nulli tamen eſt cõminatus. Huius itaque veſtigia ſectemini, & ſic induimini Dominum Ieſum Chriſtum.

*1. Ioan. 2.*

*1. Petr. 2.*

*Chriſti nobis imitanda eſt innocentia & patiẽtia.*

# DOMINICA SE-
## cunda Aduentus.

*Q Væcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcri-*
*ta ſunt.*
Roma.15. ¶In hac lectione (adiunctis quæ in liter
à capituli principio præmittuntur) tria no
docet Apoſtolus. Primũ eſt, vt fratres infi
mos morib⁹ feram⁹. Secũdum eſt, vt in hi
quę ſunt fidei, idipſũ omnes ſapiam⁹. Tertiũ eſt, vt pro
mos omnes in charitatis vnitatẽ recipiamus. Primũ fac
à principio capituli. Secundum ibi: Deus autẽ patiẽti ę
ſolatii. Tertium ibi: Propter quod ſuſcipite inuicem, &
¶Circa primum quatuor facit. Primò ponit intentum
Secundò remouet impedimentum. Tertiò ponit ad
Chriſti exemplum. Quartò ſcripturæ teſtimonium. S
cundum ibi: Et non nobis placere. Tertium ibi: Etenim
Chriſtus. Quartum ibi: Quæcunque ſcripta ſunt.
*Infirmos eſſe ſupportãdos.* ¶Circa primum dicit. Debemus autem nos firmiores, i
becillitates infirmorum ſuſtinere. Firmiores, inquit, fid
maturiores ætate, perfectiores virtute, prudentiores int
lectu debemus ſuſtinere, non abiicere, nõ cõtemnere,
à charitate noſtra excludere quaſi iã deploratos, eos q
minus firmi ſunt, ſiue in fide, ſiue in moribus, imò poti
fouere illorum adhuc imbecilles animos, vt euadant fi
*Simile.* miores, vti quũ vnũ è corporis mẽbris dolet, tametſi m
bris cæteris illius ſit dolor moleſtus, nõ tamẽ propter h
cõtinuò reſcinditur, quũ adhuc de illi⁹ curatione nõ d
ſperetur, futurum eſt enim vt adhuc ſit vtile corpori. N
ſecus ſperare debemus de his qui adhuc ſpiritu & mori
*Simile.* ſunt imbecilles. Plantæ arboris adhuc tenellę & vacill
ti, valida ſtipes adhibetur, ne vel proprię pondere con
vel ipſa ventorum vi impellatur ad caſum. Et ſimiliter
tis ſi non validis fulta lignis ſuſtentetur, propria lenti
dine in terram delapſa inutilis efficitur, ſuſtẽtata verò f
*Simile.* cit fructum. Proinde ſuſtinendi ſunt paſsione aliqua pr
uenti non ſecus, ac frenetici, qui dum morbo ſęuientes
riunt, non referiuntur, ſed ſupportantur & ſeruantur.
Cir

¶Circa ſecundum dicit: Et non nobis placere, ſubaudi, debemus. Propria ſui complacētia græco vocabulo dicitur Philautia, & eſt vna de ancillis ſtultitiæ. Ipſa vel maximè impedit ſupportationem infirmorum. Is enim qui ſibi placet, proprię obtemperat voluntati, ſemper ea quę ſua ſunt quærens, nō quæ aliorum, ſuæ ſemper conſulit vtilitati, etiam interdum cum iniuria cæterorum. Sic enim facit quod ſibi bonū videtur, vt non curet ſiue placeat, ſiue diſpliceat proximo. Qua ſuperbia quid proteruius, quid inſolētius, quid arrogantius eſt? Apoſtolus ergo vt nos ab hoc vitio coerceat ſubiecit:

*Philautia ancilla ſtultitiæ.*

¶Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonū ad ædificationem. Et ne fortè dicat aliquis: Sufficit mihi teſtimonium conſcientiæ meæ. Bonum eſt enim quod ago, licet per hoc infirmior offendatur. Reſpōdetur tibi, quòd agis perperam. Nam & ſi quod agis rectum ſit, quia tamē minus opportunè fit, vel indebitè, & non quomodo, vel quando fieri debet, ad culpam tibi, non ad meritum reputabitur, cuiuſmodi eſt intempeſtiua proximi delinquentis vel nimis acerba correptio, quæ nihil ædificat, ſed ex prauo plerunque reddit deteriorem. Et rectè quidem quum monuiſſet proximum, ſupportare propriam complacentiam vetuit. nam quiſquis ſibi ipſi placet, is vtique nō facilè proximum ſupportauerit. Citò nempe ſe lædi, citò cōtemni exiſtimat: graue illi videtur quicquid in ſe committitur, nec vllo modo ferendum.

*Placere ꝓximis in bono iubemur.*

*Propria cō placentia quot vitia pariat.*

¶Proinde qui ſibi placet, errata propria non agnoſcit, ſed magis ea defendit, merita ſua mirum in modū extollit, ſenſui ſuo pluſquam ſit æquum fidit: & quum ſe facillimè lædi putet, vt dictum eſt, nemini tamē læſionem aut iniuriam inferre ſe credit.

¶Contrà verò is qui diſplicet ſibi, vtique ſapiens eſt, ſiquidem errata ſua agnoſcit, de propriis meritis nihil præſumit, facilè in ſe peccātibus ignoſcit, nec reputat ſibi iniuriam fieri in eo quod ſe credit meruiſſe. Iſte quantò magis ſibi diſplicet, eò citius poſt delictum Domino reconciliatur. Exemplo ſunt Phariſæus qui ſibi placuit, & proximum cōtempſit: & publicanus qui ſibi diſplicuit, & placuit Deo. Itaque ſibiipſis placentes, nec proximum ſuſti-

*Suiipſius diſplicētia quanta pariat bona.*

*Luc. 18.*

nere,nec Deo placere poſſunt. Quod ſi nobiſmetipſi di
ſplicemus, vtrunque poterimus , videlicet & proximum
ſupportare,& placere Deo.

*Pſal.68.* ¶Circa tertium dicit : Etenim Chriſtus non ſibi placuit
ſed ſicut ſcriptum eſt,improperia improperātium tibi ce
ciderunt ſuper me . Chriſtum producit in medium,vt ar
guat eius exēplo nobis eſſe viuendū.Illi licebat ſuppete
batque ſeſe à quouis opprobrio & cōtumelia vindicare
neque ea quę paſſus eſt perpeti,ſi placere ſibi maluiſſet,
*Chriſtus non quæ ſua ſunt quæſiuit.* quod ſuum erat quæſiſſet. Sed ſuo iure repudiato, cruci
tur,& tormēta ſuſcepit,quum tamen hæc ſuſtinendo o
nionē nō bonā de ſe multitudini ingeſſerit, quippe quo
impotēs eſſet,& nullius momēti videretur,haberetúrque
*Mat.27.* pro malefico & ſeductore. Alios,inquiūt,ſaluos fecit,ſe
ſum nō poteſt ſaluū facere. Exprobrātiū,inquit, impro
ria tibi patri in veteri teſtamento obiecta, in me filiū t
reciderūt: Vnde fit vt nil nouum mihi obtigiſſe viſum
*Chriſtum nō ſibi placuiſſe.* ¶Itaq; Chriſtus non ſibi placuit, id eſt , vt carni placer
non fecit:ſicut de ſe loquitur,dicēs: Deſcendi de cœlo,
vt faciā voluntatem meā,ſed volūtatē eius qui miſit m
ſed patris ſui honorem & noſtrā ſalutē per proprias i
quæſiuit iniurias. Paſſus eſt enim ſe audire : Samaritan
es,& dæmonium habes : Homo vorax, potator vini,p
blicanorum & peccatorum amic⁹. Item illud de ſe dic
*Ioan.9.* blaſphemātibus ſuſtinuit : Non eſt hic homo à Deo .
*Luc.11.* beelzebub principe dæmoniorum,eiicit dæmonia . R
*Ioan.9.* ſum &illud:Nos ſcimus quoniam hic homo peccator e
Quia ergo in filio inhonorato , exhonoratur & pat
ideo,inquit,improperia,o pater,improperantium tibi
dæorum, ceciderunt ſuper me , id eſt , cauſa fuerunt o
preſsionis meę,quum facerem volūtatē tuā Deus,in h
quòd eieci malos de templo,quod cōuerterāt ipſi in ſp
luncam latronū,& in omnibus aliis Iudæi mihi impro
ria ingeſſerunt,dicentes me peccare in te , qui potius
recipiendo quem miſiſti,exprobrauerūt te,& peccaue
in te,non recipiendo me,& ideo me occiderunt,quaſi p
cantem in Deum. Et ſic factum eſt vt peccata peccan
in Deum,ſuper Chriſtum caderent,quandoquidem in
cens ipſe ab impiis quaſi blaſphemus occiditur.

Ci

Circa quartum dicit:

*Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.*

¶Ac ſi dicat: Hæc ideo ſcripta ſunt de Chriſti patientia, vt eã ſectemur & noſtras paſsiones ipſius paſsionis exẽplo æquanimiter feramus. Si quidem Chriſti vita, vitę noſtræ & morum eſt diſciplina. Per ea quippe quæ in diuinis libris de Chriſti & ſanctorũ pœnitẽtia ſcripta ſunt, docemur & nos à proximis pati, vt interim exemplo Chriſti conſolemur, ſperantes & nos illud conſequuturos, quod ſuis ipſe paſsionibus conſequutus eſt.

¶Oſtendimus nihilominus æquanimiter tolerãdo, ſpem
nobis vegetam & ſtabilẽ ſupereſſe. Is enim qui ſuſtinet,
ſperare futura bona videtur. Cõtrà verò, qui impatiẽtior
eſt, ab ipſa ſpe cõuincitur excidiſſe. Porrò ſpes ipſa nobis
inter hæc temporalia mala vel maximè neceſſaria eſt. Et *Spes per*
haberi poteſt per hæc duo, quæ ſunt Patientia & Conſola *duo.*
tio ſcripturarum. De primò Apoſtolus ad Romanos ſcri-
bens, ait: Tribulatio patientiam operatur, patientia verò *Rom. 5.*
probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non cõfun
dit. Itaque beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam *Iacob. 1.*
quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: & ideo ſe
dicit gloriari in tribulationibus, quòd nimirum ſint arra *Rom. 5.*
futuræ beatitudinis & coronæ. Vnde & Dominus ipſe:
Beati inquit, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Et *Mat. 5.*
rurſum: Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium. *Ioan. 15.*

¶De ſecũdo, quod eſt Conſolatio ſcripturarũ, ait Prophe-
ta: Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dedi
ſti. Quid enim aliud ſonat Euangeliũ (verbũ vtique incar
nati Dei) niſi cõſolationem humilibus, pauperibus, man-
ſuetis, afflictis? Euangelium enim, bona annuntiatio eſt.
Multis quippe locis ſcriptura ſacra nos ſolatur, & horta- *Solatur*
tur ad ſpem. Exempli gratia: Capillus de capite veſtro nõ *nos ſcrip-*
peribit. Et iterũ: Nolite timere eos qui occidũt corpus, & *tura dupli*
poſt hoc nõ habẽt amplius quid faciãt. Et rurſus: Iuxta eſt *citer.* *Lucæ. 21.*
dominus his, qui tribulato ſunt corde. Hinc etiã de Chri- *Marc. 10.*
ſti martyribus hoc quod ſcriptum eſt canim⁹. Et ſi coram *Sap. 3.*
hominibus tormenta paſsi ſunt: Deus tẽtauit eos, tanquã
aurum in fornace probauit eos, & inuenit eos dignos ſe.

¶Solatur etiamnos ſcriptura,& ſpem ingerit,non mod
de perpeſsione aduerſorum,ſed etiá de remiſsione pecc
torum,& de adeptione cœleſtium præmiorum in futur
Quum ergo ſpes noſtra per virtutem patientiæ & conſ
lationem ſcripturarum fulciatur,quo pacto fieri poſſet,
is qui patientiam abiicit à ſe,& ſcripturarum nec quęri
nec ſentit conſolationem,ſecura poſsit ſpe gaudere?

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Deus autem patientiæ & ſolatii det vobis idipſum ſapere in terutrum ſecundum Ieſum Chriſtum.*

¶Hic docet in his quæ ſunt fidei, idipſum ſapere & con
cordare.Et facit duo . Primò dicit Deum patientiæ & ſ
*Deus pati* latii authorem.Secundò conciliat credentium concord
*entiæ qua* & vnitatem,ibi:Vt vnanimes.
*re dicitur.* ¶Circa primum dicit:Deus autem patientiæ & ſolatii.I
rectè quidem omnis patientiæ Deū appellat.Primò quo
ipſe eſt patientię dator,ſicut per Prophetam dicitur,De
ſubiecta eſto anima mea,quoniam ab ipſo patiētia me
Et rurſum:Quoniá tu es patientia mea Domine,Domi
ſpes mea à iuuentute mea.Congruè verò ſpem patient
Propheta cōiungit:nam(vt dictum eſt) ſpes noſtra qua
habemus in Deo patiētes nos reddit & fortes.Vnde &
*Apoc.2.* ſe ſuorum martyrum & patientia extitit & corona.
¶Secundò , quia ipſe eſt patientiæ noſtræ conſyderato
ſicut in Apocalipſi loquitur, dicens : Scio opera tua & la
borem & patientiam tuam.
*Mat.5.* ¶Tertiò , quia ipſe eſt patientiæ noſtræ remunerator
præmiator,ait enim:Beati eritis, quū maledixerint vob
homines,& perſequuti vos fuerint,& dixerint omne ma
lum aduerſum vos,mentiētes propter me.Gaudete in il
die & exultate , quoniam merces veſtra copioſa eſt in c
lis . Hinc rurſus oſtendens animæ lucrum in virtute pa
tientiæ conſiſtere:In patientia veſtra,inquit, poſsidebit
*Luc.21.* animas veſtras.Nec aliter quàm per patientiá perueni
*Heb.10.* poſſumus ad ſalutem,iuxta quod alibi per Apoſtolum di
citur:Patientia vobis neceſſaria eſt,vt voluntatem Dei f
cientes reportetis promiſsionem.
¶Proinde quod omnis ſolatii noſtri Deus author ſit
origo

origo, Apoſtolus affirmat, vbi ait: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Vnde etiam per prophetam dicitur: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Hinc iterum virgo ſancta graui tribulatione afflicta ad Dominum in oratione loquitur, dicens: Hoc habet pro certo omnis qui colit te, quia vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiá tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tēpeſtatem trāquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Quum enim iratus fuerit, miſericordiæ recordabitur. Ipſe enim vulnerat & medetur: percutit, & manus eius ſanabūt. Futurum eſt etiam, vt abſtergat omnem lachrymam ab oculis electorum, quum videlicet eorum in gaudiū triſtitia cōuertetur. Rectè igitur vniuerſorum Dominum, patientiæ & ſolatii Deum appellat, quòd (ſicut iam dictum eſt) ipſe ſit noſtræ patientię & largitor & moderator, conſyderator & remunerator.

*Cōſolatione tribulatio cōpenſatur.* *2.Cor.1.* *Pſal.* *Tob.3.* *Abac.2.* *Iob.5.* *Apoc.21.*

¶ Optat ſubinde & comprecatur Apoſtolus, vt idem ſapiant in alterutrum fideles, & ea quæ ſunt proximi, ex ſemetipſo quilibet intelligat, & non ſecus illi quàm ſibiipſi velit. Hoc enim certioris eſt dilectionis indicium. At verò quoniam alius eſt amor, quo ſe amatores huius mundi cōplectuntur, intulit dicens: Secundum Ieſum Chriſtum, hoc eſt. Vt illa ſapiatis, quę Chriſto Ieſu placita ſunt, & nihilominus ſecundum ipſius inſtitutum, vnus ſentiat de fidei dogmate quemadmodum & alter. Vnde & ſubdit credentium concordiam & vnanimitatem dicens:

*Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

¶ Vbi conciliat credentium concordiam & vnanimitatem, oſtendens quòd fidelium vnitas & concordia eſſe debet in corde, in ore, in opere. Primúm innuit in verbo, Vnanimes, quo vult, vt eiuſdem voluntatis & animi ſint fideles, eiuſdē fidei & ſpei. Huiuſcemodi enim vnanimes Deus habitare facit in domo illa, in qua nō habitabit qui

*Vnanimes eſſe debēt fideles in tribus.*

facit ſuperbiam .Vnanimes ſanè erant,de quibus ſcripti
*Actu.4.* eſt:Multitudinis credētium erat cor vnum & anima vna.
Et ſimiliter illi quorum adgaudemus triumphis canēte
Sancti dei perſtiterunt in amore fraternitatis, quia vnu
fuit ſemper ſpiritus in eis & vna fides. Ad hanc vnitatem
*1.Cor.2.* ſectandam nos alio loco hortatur Apoſtolus dicens,Sit
autem perfecti in eodem ſenſu,& in eadem ſententia.

¶Secundum datur intelligi quum dicitur : Vno ore,ho
eſt,Eadem vocis confeſsione,quod vnanimiter corde cr
*Ibidem.* ditis,confiteamini.Sicut iterum ibidem ait : Obſecro au
tem vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti: v
idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſciſmata.q
Fidem veſtram ad ſalutem confitendo vnus dicat ſicut
ter:ſinguli,vt omnes.Sicut enim ex multorum confeſsi
nis vnitate conſtituitur Eccleſia catholica,ita & ex van
profeſsionis diſcrepantia ſectæ naſcuntur , & conflant
ſynagogæ ſatanæ.

¶Vnde & ab antiquo illud fuit in ſancta Romana eccl
*Romanæ ecclesiæ mos antiquus.* ſia ſeruatum, vt adult⁹ quiſque baptiſmi lauacro regen
rādus, prius coram omnibus in eccleſia per ſeipſum pr
nuntiaret ſymbolum catholicæ atque Apoſtolicæ conf
ſionis, in quo ſi quidpiam aliquis variare præſumpſiſſe
nequaquam ad baptiſmi ſacramentum admittebatur.
hinc permanſit in eadem ſancta Romana eccleſia ſym
lum vniforme,& fides interrupta . Verum in eccleſia
rientali non ſic,vnde & in nonnullis locis quo ad aliq
& ſi non varientur fidei articuli,tamen propter errore
hæreſes ſubintrantes, communis confeſsio fidei rece
additiones.

¶ Vnde propter hæreſim Manichæorum , duo re
principia aſſerentium ,vnum bonorum , aliud maloru
*Cōtra manichæos.* vnum rerum viſibilium,aliud inuiſibilium : vnum cor
ralium rerum,alterum ſpiritualium : additum fuit ad
uinæ vnitatis articulum : Viſibilium omnium & in
ſibilium rerum, vnicum eſſe principium & creator
Deum.

*Contra Arrium.* ¶Contra Arrium blaſphemum in Chriſtum , menti
tem hunc eſſe minorem patre,vtpote puram creatur
additum fuit per concilium Nicenum , Chriſtum do
ni

num conſubſtantialem eſſe Patri per quem Chriſtũ deum verum, omnia facta ſunt.

¶Rurſus aduerſum Manichęos aſſerentes Chriſtum non verum, ſed phantaſticum habuiſſe corpus, confitemur dicentes: Et homo factus eſt, & reliqua quæ ad paſsionẽ & mortem, & reſurrectionem eius pertinere noſcuntur. *Iterum cõtra Manichæos.*

¶Contra Valentinianũ hæreticũ dicentem Chriſti corpus de cœlo eſſe allatum, non autem aſſumptum è Maria virgine, ſed per eam duntaxat tãquam per canale aliquot traductum, ad communem fidei commiſsionem per ſanctum Athanaſium additum eſt: Homo eſt ex ſubſtãtia matris in ſeculo natus. *Cõtra Valẽtinianũ.*

¶Porrò aduerſus Appollinarem hæreticum fingentem Chriſtum rationalem animam nõ habuiſſe, ſed animę loco diuinitatem illi fuiſſe, additum eſt per eũdem catholicæ veritatis inſuperabilem defenſorem: Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. *Aduerſus Appollinarem.*

¶Aduerſus errorem Græcorum aſſerentium ſpiritum ſãctum ex ſolo patre, & nequaquam etiam ex filio procedere, additum fuit per dictum concilium Nicenum: Qui ex patre filiòque procedit. *Cõtra errorẽ Græcorum.*

¶Rurſus contra perfidiam Macedonii blaſphemantis ſpiritum ſanctum ſeruum eſſe patris & filii, additum fuit in eodem concilio: Qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur, quo ſpiritus ſancti diuinitas, & eiuſdem cum patre filio coęqualitas aſſeueratur. Nec his & huiuſmodi additionibus ad Apoſtolicę confeſsionis ſymbolũ opus fuiſſet, ſi iuxta hãc Apoſtoli regulam idipſum dixiſſent omnes, ſi fuiſſent vnanimes, & vno ore honorificaſſent deũ & patrem. Quod qui ſuperbia inflati facere noluerunt, ſectas, & hæreſes condiderunt. *Cõtra Macedonium.*

¶Caueamus ergo & nos ne ſcindamus vnitatem. Cautos nos eſſe voluit, qui ait: Tunc ſi dixerint vobis, ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce illic, nolite credere. Vbicunque enim fuerit corpus, ibi cõgregabuntur & aquilæ. Corpus illud vel ipſa vera & catholica eccleſia, vel ipſe Chriſtus Dominus noſter intelligi poteſt, cuius corporis vmbram legem fuiſſe Apoſtolus teſtatur. Aquilæ, ſancti & cœleſtes homines ſunt, perſpicacis oculo fidei iuſtitiæ ſolem *Non eſſe diſcedendũ ab eccleſiæ vnitate. Mat. 24. Luc. 17. Col. 3.*

Deum

Deum intuentes,& in altum ſe conuerſatione cœleſti leuantes. Hi ſanctam Romanam Eccleſiam ſemper hactenus ſunt ſequuti, fidem ipſius incorruptam & ſeruantes& confitentes.

*Eccleſiaſticã vnitatẽ deſerentes*

¶Deſerunt autem illam inſipientes & maligni, coruis vtique non aquilis conferendi. Cadauer quippe mortuum ſequuntur, cæcati ſenſu carnis ſuæ. Tu autẽ ne deſeras catholicam vnitatem, ſi non vis ſeparari à Chriſto, qui huius vnitatis eſt author, qui ad hoc venit in mundũ, & mortem paſſus eſt, vt filios Dei qui erant diſperſi cõgregaret in vnum. Quiſquis autem cum illo nõ colligit, diſpergit. Denique non alibi quàm in vna eccleſia, (vna inquam & indiſciſſa) Chriſtus poteſt reperiri, quæ idipſum & credit & confitetur.

*Ioan. 11.* *Luc. 11.*

*Suſcitãtiũ ſchiſmata ſcelus.* *Diſceſsionis cauſſæ friuolæ.*

¶O quàm nepharium & impium eſt, hanc per ſciſmata & hæreſes diſsipare & ſcindere incõſutilem veſtem Chriſti, diſpergere ipſius gregem, Chriſti corporis diſcerpere membrorum vnitatẽ. Nec illud te moueat, quod fortaſſe quoſdã vides in eccleſia ſublimi etiam ſede fultos, moribus perlucere corruptis, vt propter hoc dicas in corde tuo: Longè eſt Deus ab impiis, nec fieri poſſe vt in illa ſit eccleſia Deus, vbi ſuperbit impius, & incenditur pauper, vbi negotiatur auaritia, vbi Giezi vendit, & Simon emit, vbi regnat ambitio, vbi nidum ſibi inuenit luxuria. Iudicabit illos Deus. Nec horum peccata tibi imputabuntur, vbi vnuſquiſque onus ſuum portabit.

*Galat. 6.* *Mat. 23.*

*Grego.*

¶Quid ad te, ſi in cathedra Moyſi ſedeant ſcribæ & phariſæi? Audis dicentem: Quęcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum vero opera eorũ nolite facere. Dicũt enim & non faciunt. Quantò contemptibilior præſidet, tantò magis placet humilitas obedientis. Quòd ſi diſceſſeris, quia vides prauos poſitos in ſublimi, ſcias profectò quòd illic longe deteriores inuenies quò te transfers.

*Deum nõ niſi abvnanimis honorificari.*

¶Sed quæris fortaſſe, & dicis: Quid mercedis aut emolumenti conſequemur, ſeruantes corde & ore ſecundum Apoſtoli pręſcriptum, dictã eccleſiaſticam vnitatem? Grandem audi hinc tibi prouenientem vtilitatem: Honorificabitis enim Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quaſi dicat: Id efficies ad quod te creauit Deus, qui tui &

omnium creator & conſeruator eſt . Et Chriſti Domini noſtri pater eſt natura, tibi auté per adoptionis gratiam pater eſſe dignatur. Hunc inquam honorificabitis idé ſapientes. Nec tamen ſat eſt idem ſapere quomodocunque, ſed ſecundum Ieſum Chriſtum, inquit, vt videlicet veſtrá concordiam & vnitatem Chriſti fides, non autem carnalis amor conciliet.

¶Et in hoc vtique cóſiſtit vnitas & concordia opere, quæ tertio loco requiritur (vt iam dictum eſt) quatenus cócordi cultu Deo ſimul omnes ſeruiatis. Nec quiſquam ſacrificare preſumat ſeorſum in excelſis. Nam diuina lege, reꝰ eſt, quiſquis extra locum qué ad ſuum cultū ſelegerit Deus, præſumpſerit ſacrificare. Siquidem victimæ impiorum abominabiles Domino. Sed quæ maior eſſe poſsit impietas, quàm ſacroſanctæ catholicæ Eccleſiæ ritu contempto, impias & prophanas nouitates ſectari, quandoquidem obedientia victimis præferatur, & quaſi arioládi crimen & idololatriæ ſcelus ſit non acquieſcere?

*Vnanimitas in opere.* *Sacrificantes in excelſis.* *Deut.* 12. & 16. *Prou.* 15. 1. Re. 15.

¶Circa tertium principale dicit:

*Propter quod ſuſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei.*

¶Hic monet vt inuicem in charitatis vnitatem recipiamꝰ dicens: Propter quod ſuſcipite inuicem &c. vſque ad finem lectionis. Vbi tria facit. Primò ad perſuadendum efficacius intentum adducit Chriſti exemplum. Secundò refert miſericordiam factam à Deo, tá in Iudæorū quàm in Gentium populum. Tertiò comprecatur fidelibus donorum ſpiritualium incrementum. Secundum ibi: Dico enim. Tertium ibi: Deus autem ſpei.

¶Circa primum dicit: Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei, q.d. Vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, inuicem ſuſcipite, inuicem opem ferte, id enim Deo in gloriam cedet, & dicemini laudabilis populus, quem Dominus exercituum benedixit, & laudabilis erit ipſe Dominus in vobis. Veſtra népe huiuſcemodi animorum cóiunctio proculdubio Deo laudem adfert, ſicut econtrario morum veſtrorum (quod abſit) improbitas, Dei nomen ab infidelibus face-

*Vt inuicé in charitatis vnitatem recipiamus.*

ret

*Eſa.1.* ret blaſphemari,ſicut per Eſaiam loquitur,dicens:Domi
natores populi mei iniquè agũt,& iugiter tota die nomẽ
meum blaſphematur.Itaque vnitatem hanc conciliãs A
poſtolus:In hoc,inquit,cogniturí ſunt omnes, quòd deu
ipſe me miſit , ſi in vnum cõuenietis , quemadmodum e
contrario veſtra diſsidia Deo blaſphemiam pariunt . N
& infideles quum vident Chriſtianos inter ſe factionibu
concertare,fidem ipſam criminantur & culpant.

¶Ergo ſuſcipite inuicem, non modò in corda per ſynce
ram dilectionem,quin & per amicabilem alloquutionẽ
& ſi neceſſe fuerit,etiam per adminiculi exhibitionẽ.Su
cipite autem non ſolum de vobis bene meritos,ſed eti
non meritos,ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos de via iniqui
tatis veſtræ,nihil improperans,ſed donans . Suſcipit au
tem vos corde per dilectionem,etiam quum adhuc inim
ci eſſetis.Ore ſuſcepit vos per inſtructionẽ & conſolati
nem.Opere , per ſuorum in vos beneficiorum collatio
nem,redemptionis ſcilicet,conſeruationis,iuſtificationi
& ſimilium.

*Proximũ ſuſcipere quomodo debemus.*

¶Debitum autem ſuſcipere proximum,non intuitu com
modi temporalis,ſed ſicut nos ille ſuſcepit qui bonorum
noſtrorum non eget,videlicet in honorem dei . Per hoc
enim(vt dictum eſt)deus honoratur.Ignoſce ergo illi qu
in te peccauit, & ſuſcipe eum non ob gratiam interuẽto
rum mortalium hominum,veritus illorũ offenſam incur
rere,ſi quod petunt facere recuſaueris , ſicut multi faci
unt,nec propter pretium laudis humanæ,ſed propter de
quem tu verè honoras,quum propter illum ſuſcipis pro
ximum,vt dictum eſt.

¶Circa ſecundum dicit:

*Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis pro pter veritatem dei,ad confirmandas promiſsiones patrum,gentes au tem ſuper miſericordia honorare deum.*

*Chriſtus Iud. quare miſſus. Mat.15.*

¶Verè Chriſtus ſuſcepit infirmos , quia & Iudæos ſuſce
pit & gẽtes.Iudęos enim ſic ſuſcepit,vt eſſet miniſter eo
rum,hoc eſt prędicator & Apoſtolus.Ad illos quippe cor
poraliter ipſe venit.Nõ ſum miſſus,inquiens,niſi ad oue
quæ perierũt domus Iſraël,& hoc ad cõfirmãdas & adim
plẽdas promiſsiones patribus Iudęorũ à deo factas . ha

enim

enim per ſemetipſum verificauit. Pollicitus enim fuerat deus Abrahæ,dicens:In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terrę. Exinde ipſi Dauid,ſicut ſcriptum eſt:Iurauit dominus Dauid veritaté, & non fruſtrabitur eum:de fructu vétris tui ponam ſuper ſedem tuam. Iudæis ergo quibus fuerat facta promiſsio,veritas exhibita eſt,Gentibus auté quib⁹ erat nulla promiſsio,miſericordia pręſtita eſt. ¶Ecce duo parietes,quos in ædificium eccleſiæ ſuæ Chriſtus lapis angularis in ſe coniunxit & copulauit,alter ex circuncisione,alter ex gentibus. Ille pertinet ad veritatem,iſte ad miſericordiam.Gentes, inquit, ſuper miſericordia dico honorare debere deũ, qua eas ipſe ſuſcepit, nec illis promiſſus,nec ad eos miſſus. Proinde de gẽtium vocatione & earum illuminatione,nonnulla diuinæ ſcripturæ conſequenter adducit Apoſtolus teſtimonia,& primùm de gentium confeſsione,dicens: Gene.22. Pſal. *Iudæis veritas,Gentibus miſericordia facta eſt.*

*Sicut ſcriptum eſt,Propterea confitebor tibi in gentibus domine & nomini tuo cantabo.* Pſal.17.

¶Prophetico teſtimonio gentium, de quibus minus videbatur ſuſceptionem confirmans,Propterea,inquit,confitebor tibi in gentibus,id eſt,de gentibus faciam tibi cõfitentes,non modò confeſsione peccatorum, ſed ea quæ eſt præſtantior,fidei ſcilicet & laudis dei. Et nomini tuo cantabo,id eſt,faciam cantantes tibi canticum nouum,& cum lætitia te laudantes,vt ſint verba filii ad patrem. Secundum teſtimonium eſt de gentium in Chriſto exultatione,quod ſubiungit dicens: *De gentiũ cõfeſsiõe.*

*Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius.*

¶Iterum,inquit,dicit ſpiritus ſanctus,in ſcriptura diuina loquens:Lætamini gentes cum plebe eius,quaſi dicat:O vos gentes,quia in vnitatem dominici corporis(quod eſt eccleſia)aſſumptæ eſtis, lætamini, quòd ad numerum filiorum Abrahæ admiſſæ eſtis, & participes effectæ promiſsionis à deo illi factæ. Tertium teſtimoniũ eſt de dei per gentes laudatione. Vnde dicit: 2.Reg.2. *De gentiũ in Chriſto exultatione.*

*Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi.* Pſal.116.

¶Cauſam laudis annectit, quum ſubdit:Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini *De dei per gentes col laudatiõe.*

manet

manet inæternum. Nam(vt ſupra dictum eſt) gentibu
Deus miſericordiam fecit, eas ad Chriſti fidem vocando.
Et quoniam eccleſiæ de gentibus pro maiori parte con-
gregatæ fides non deficiet, conſeruante hâc deo vſque ad
finem mundi, rectè Dei miſericordiam ſuper ſe cōfirma
tam gentes collaudant. Iudæis autem quoniam veritat
Gene. 22. fecit promiſſa adimplendo, bene in dicto gentium cant
co ſubditur: Et veritas domini manet inæternum. Adie
ctis quippe gentibus, auxit deus numerum filiorum Abr
hæ & Iſrael, prout olim ſub atteſtatione inſiurandi poll
citus eſt Abrahæ. Quartum teſtimonium eſt de gentiū i
Chriſtum ſpe & fiducia ſalutis, quod ſubdit dicens:

*Et rurſum Eſaias ait: Erit radix Ieſſe, & qui exurget rege*
Eſa. 11. *gentes, in eo gentes ſperabunt.*

¶Ieſſe qui & Iſai dictus eſt, pater fuit Dauid. Ipſe auter
*Radix* Ieſſe radix erit, inquit, Dauid arbor: quæ arbor per rami
*Ieſſe, Da-* id eſt, virginem Mariam, quā idem Propheta virgam vo
*uid arbor,* cat de radice Ieſſe egredientē, fecit fructū, videlicet Chr
*virga Ma* ſtū. Dico igitur quòd Ieſſe erit radix, & ex hac radice er
*ria, flos* ille qui exurget regere gentes. Exurget, inquam, ſcilicet
*Chriſtus.* mortuis reſurgere omnes gentes. In virga nēpe charit
*Virga au-* tis aurea reget bonos, in virga autē ferrea, ſeueritatis
*rea & fer* iuſtitiæ ſibi rebelles & impios, & tanquam vas figuli co
*rea.* fringet eos. Itaque ſperent in eum qui nouerunt eū, qu
Thre. 3. bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quæren
Eſa. 43. illum. In eum, inquit, gentes ſperabunt. Calamum nēp
quaſſatum non conteret, & lignū fumigans nō extingue

¶Circa tertium conſequenter dicit:

*Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credend*
*vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti.*

¶Comprecans credentibus ſpiritualium incrementa bo
norum, dicit: Deus autem noſtræ ſpei, ſcilicet author, & i
quem tota ſpes noſtra tendit, iuxta quod Propheta cum
dixiſſet: Conſyderabā ad dexteram, & videbā, & non er
qui cognoſceret me: Periit fuga à me, & non eſt qui req
rat animam meam: ſubiecit tādem & ait: Dixi, Tu es ſp
Roma. 5. mea, portio mea in terra viuentium. Hęc ſpes non cōfu
dit. Quis enim ſperauit in domino, & derelictus eſt ab e
Eccle. 2. ¶Ipſe, inquit, Deus omnis ſpei noſtræ repleat vos om

gaudi

gaudio, vt ſeculi triſtitia quæ mortem operatur, & amaru 1.Cor.9.
ſentia omnis nullum in vobis locum reperiat. Vt autem hoc gaudium & certius cõſtet, & duret permanẽtius, adiecit: Et pace. Non enim niſi ex pace gaudium conſurgit. Porrò ſicut ex iuſtitia pax, ita & ex pace gaudiũ habetur. Vbi enim non eſt iuſtitia, pax illic eſſe quomodo poſſet? Vbi verò pax non eſt, illic profectò nec ſtabile gaudium eſt. Quoniam verò plerique pacẽ inter ſe malam habẽt, deterius ſua pace gaudentes (de qua ad ciuitatem ſanguinum à domino dictum eſt: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi) quam vtique pacem nõ venit in terrã mittere Christus, ſed gladiũ verbi dei, quo pax illa mala ſoluatur: ideo ne quis putet de quacunq; pace loquutũ fuiſſe Apoſtolũ, quum dixiſſet: Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace: mox addidit in credendo.

*Gaudium haberi nõ poteſt ſine pace. Eſa.32. Pax mala Lucæ.10.*

¶ Quaſi dicat: Hoc exopto, & vobis comprecor, vt per illam pacem quam credentes in Chriſtum ob conſimilem fidem inter vos habetis, ſtabiles vos dominus efficiat in gaudio, & per iſta abundetis in ſpe, certiores de veſtra futura fœlicitate. Et abundetis nihilominus in virtute ſpiritus ſancti, hoc eſt, in virtute fortitudinis, quam ſpiritus ipſe largitur. Et bene poſt gaudium virtutem ſubiungit. *Nehe.8.* Gaudiũ enim domini, eſt fortitudo noſtra. Sed gaudio ſancto & pace repleri non aliter poſſumus, quàm credendo. Proinde fides ipſa ad hoc etiam nobis profutura eſt, vt abundemus in ſpe, ſperantes futura bona, aduerſa & grauiora per illam fortiter tolerantes. Operatur enim in nobis ſpes ipſa fortitudinem, quam hîc Apoſtolus virtutem ſpiritus ſancti appellauit.

## DOMINICA TERtia Aduentus.

*Gaudete in domino ſemper.* *Philip.4.*

¶ In hac lectione Apoſtolus primò hortatur fideles ad ſanctam in domino lætitiam. Secundò, eiuſdem lætitiæ aſſignat cauſam & rationem. Tertiò, dictæ lætitiæ impedimen-

tum remouens,hortatur ad preces & orationem . Primũ facit à principio lectionis. Secũdum ibi, Dominus propè eſt. Tertium ibi, Nihil ſolliciti ſitis,&c.

¶Circa primum duo facit. Primò enim facit intẽtum, exhortans ad ſanctum & ſpirituale gaudium . Secũdò tradit circa idem gaudium vtile documentum,ibi:Moleſtia.

¶Circa primum dicit,Gaudete in domino ſemper. In do-
*In his gaudẽdum nõ eſt.* mino,inquit,non in vobis,non in hominibus, non in huius ſeculi pompa, non in carnis deliciis atque voluptatibus,non in pecuniæ theſauris, non denique in ruina inimici,aut in facinoribus prauis, ſicut hi de quibus per Sa-
*Prouer.2.* lomonem dicitur:Gaudent cùm malefecerint,& exultãt in rebus peſsimis,quorum viæ peruerſæ,& infames greſ-
*Pro.14.* ſus eorum. Quorum riſus dolore miſcebitur, & extrema
*Eccle.2.* gaudii luctus occupabit. Riſum hunc,inquit,reputaui errorem , & gaudio dixi , quid fruſtra deciperis ? Hinc ipſe
*Lucæ.6.* iudex cunctos præmonens : Væ vobis, inquit, qui ridetis nunc , quia plorabitis & flebitis . Væ illis quorum in hac vita ad inſtar puncti eſt in peccatis gaudium, vt eorũ tandem careat fine ſupplicium.

*Lætitia peccantiũ.* ¶Quorum lætitia, quid aliud eſt, quàm impunita nequitia?luxuriari,videlicet in ſpectaculis, nugari in vicis,diſſolui iocis,eneruari deliciis,fœtere libidinibus,putreſcere carnis voluptatibus, euaneſcere honoribus,in rerũ naturæ abundantia, in pace carnis opprimi, in mala mentis ſecuritate cęcari. Ecce gaudium huius ſeculi omni veneno lethalius,per ſui atque dei ignorantiam,& obliuionẽ, ſopitam reddens mentem,ſenſum tollens,ingerens tandem deſperationem . Gaudium hoc, laqueus venantium eſt,& retiaculum in quo cadunt peccatores,quòd ſuarum voluptatum amatores effecti,Dei legem contempſerũt, de quibus bene per Prophetam à domino dicitur : Non audiuit populus meus,&c. Et ſequitur:Et dimiſi eos ſecũdum deſyderia cordis eorum.

¶Magna & formidanda ira dei eſt , dimitti in hoc fallaci gaudio impunè. Econtrà verò,magnæ dei miſericordię munus eſt,quòd impunitam in hac vita nequitiam hominum non reliquit,ne totum eorum gaudium ſit in hac vita, vt extorres poſtmodum habeantur ab æterno gaudio

in futura

in futura vita. Sanè paterna pietate errantibus deus ipſe tum ſubuenit, quum aduerſitatum moleſtiis ab erroribus ſuis peccatores ad viam iuſticię reducit. Nam ſicut abigẽdis pecoribus ſolent fures pabulum ſpargere, ita & paſtor verus, atque proprii gregis poſſeſſor, cõſueuit errantia pecora flagello ad gregem reuocare. Sciẽs itaque Apoſtolus hominẽ ſine gaudio eſſe nõ poſſe, & huius ſeculi gaudia eſſe homini pniciosa, hortatur in domino gaudere, dicẽs: *Simile.*

*Gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete.*

¶Gaudete, inquit, ne vos opprimat triſtitia ſeculi (vt dictum eſt) ipſa enim mortem operatur. Bis autẽ dicit, Gaudete, vt innuat gaudẽdum eſſe fidelibus, & de bonis à deo iam acceptis, & etiam de repromiſsis. Nam bona quæ iã perceperũt tanta ſunt, ꝙ iis nullum precium valeat cõparari, incarnatio ſcilicet filii dei, noſtra per illius exempla & doctrinã informatio, per illius paſsionẽ & precioſam mortem redemptio, per illius aſcenſionem in cœlum ſpei noſtræ erectio, noſtri per illum apud patrem recõciliatio & adoptio, vt meritò quilibet fidelis dicat cum Propheta: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. Et cũ Eſaia dicat: Gaudẽs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me veſtimẽto ſalutis, & indumẽto iuſtitię circundedit me, quaſi ſpõſũ decoratũ corona & quaſi ſponſam ornatã monilibus ſuis. *2. Cor. 7.* *Quare gaudemus in domino* *Abac. 2.* *Eſa. 61.*

¶Repromiſſa verò bona, de quibus nobis eſt in domino gaudendũ, tanta ſunt, vt de illis dicat Apoſtolus: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit dominus his qui diligunt illum. Ad tantam quippe ſumus adoptati hæreditatem, tam deſyderabilẽ expectamus fœlicitatẽ, vt non immeritò iubeat nos Apoſtolus eſſe ſpe gaudentes. *1. Cor. 1.* *Roma. 11*

¶Deniq; non mediocris eſt huius gaudii fructus, imò verò precioſus & multus, quum ob multa, tũ quia per illud efficimur ſtrenui ad labores, ſicut econtrario per nimiam mentis triſtitiam viribus deſtituitur, iuxta illud: Exultatio iuuenũ fortitudo eorum. In mœrore autẽ animi deiicitur ſpiritus. Tum quia in afflictione & cruciatu reddit patientes, ſicut de Apoſtolis Lucas refert, dicens: Ibant gaudentes à conſpectu cõcilii, quoniam digni habiti ſunt pro no- *Gaudium ſanctũ ad quid vtile* *Prou. 20* *Prou. 15.* *Actu. 3.*

*2.Cor.1.* mine Ieſu contumeliam pati. Conſolatur nos, inquit Apo
ſtolus, in omni tribulatione noſtra. Tum quia nos facit in
certamine contra hoſtem antiquum fortes, quomodo de
*Iudas Ma-* Iuda Machabæo viro fortiſsimo ſcriptum eſt, quòd præ-
*chabeus.* liabatur prælia Iſrael cũ lætitia. Proinde Philiſtiim audiẽ
*1.Mach.3* tes gaudentem populum Iſrael, quũ veniſſet arca domini
*1.Reg.4.* in caſtra, ingemuerunt dicentes: Væ nobis. Non enim fuit
tanta exultatio heri & nudiuſtertius in Iſrael. Væ nobis.
Quis nos ſeruabit de manu deorum iſtorum ſublimium?
¶Sed fortaſsis quærat aliquis, & dicat: Si gaudium adeò
*Math.5.* commẽdatur, quur ergo dicit dominus beatos qui lugẽt.
Sed ille luctus non repugnat huic gaudio. Non enim ſine
gaudio luctus ille eſt. Ipſi enim qui lugent, ideo beatifici
tur, quia conſolabuntnr, nimirum gaudio in domino. Qui
enim manet in domino, etſi torqueatur & laceretur, gau-
dio ſemper afficitur, ſicut per Prophetam dicitur. Secun-
dum multitudinem dolorum meorum in corde meo, con-
*Ioan.15.* ſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et dominꝰ
ipſe ſui gratia afflictis gaudiũ nõ promittit, dicẽs: Mũdus
gaudebit, vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra
vertetur in gaudium. Quoniam autem preſſurarum & tẽ-
tationum vis grauior eſt, iteratione hac, iterum dico gau-
dete, vt omnino gaudeamꝰ exhortatur. Cuiꝰ lætitiæ mo-
legem & modum aſsignat conſequenter dicens:

*Gaudium ſanctum quomodo ſeruãdum*

*Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.*

¶Hîc tradit circa dictum gaudium vtile documentum.
Poſſet enim fieri, vt gaudendo quis affluat, & per inſolen
tiam diſſoluatur. Itaque modeſtiam præcipit, quæ eſt hu-
*2.Cor.6.* ius gaudii lex, & quędam ſancta diſsimulatio, quã & ali-
*Simile.* bi docet dicens: Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.
Gaudet qui theſaurum inuenit, ſed ne palàm gaudendo
theſaurum inuentum prodat & perdat, gaudiũ ſuum pru-
denter diſſimulat: ſibi gaudet, gaudium ſuum cordis arca-
no recondens, vt non minuatur, ſed totum ſeruetur. Nam
quo magis euaporat extrinſecus in oſtẽtatione, eò magis
*Boetius.* decreſcit in mente, ſicut quidam ſapiens ait: Minuit enim
quodammodo ſe probantis conſciẽtiæ ſecretum, quoties
*Simile.* oſtendendo quis factum, recipit famę pretium. Nã ſicut
odor aromatum, quum non incluſus euaporare permit-

tur euaneſcit:ſic gaudium ſanctum, ſi nō ſub modeſtię lege ſeruetur, minuitur, & tandem prorſus deficit & perit. ¶Porrò modeſtia hæc ex timore naſcitur & humilitate, ſicut econtrariò, inſolentia ex ſuperbia & præſumptione procedit. Quum ergo proſperis rebus & gaudio ſancto diuino munere cōfouemur, meminiſſe tum nos oportet & præteritorum peccatorum, & præſentis noſtræ ſemper ad lapſum pronę fragilitatis. Quum autē rebus aduerſis premimur, & tum ſpe nos ſuſtētari neceſſe eſt, ſicut per Sapientem dicitur: In die bonorum, nō immemor ſis malorū, & in die malorum, nō immemor ſis bonorum. Vnde & in lege ꝓhibetur creditor tollere loco pignoris à Debitore ſuperiorem molam, aut inferiorem. Mola nēpe ſuperior quæ deorſum premit, timorem ſignificat, qui mēti noſtræ incumbens, quo minus extollatur per ſuperbiam hāc premit. Sicut vir ſanctus ait: Sēper enim ſuper me quaſi tumentes fluctus timui deū, & pondus eius ferre nō potui. Spes autem per inferiorē molam idcirco deſignatur: quia pondus ſuperioris molæ, id eſt timoris, ſuſtētat. Quum ergo debitores ſummo creditori deo ſimus, vtranque hanc molam apud nos ſeruare debemus, aliter enim panē vitę æternæ operari non poſſemus. Nam ſine ſpe timor per deſperationē deprimit. Spes verò ſine timore per deſperationē deprimit. Spes verò ſine timore per præſumptionem euaneſcentes mortalium mentes extollit.

*Modeſtia vnde naſcitur.*

*Eccle. 11.*

*Deut. 24.*

*Mola ſuperior & inferior moraliter.*

*Iob. 31.*

¶Quum ergo nos Apoſtolus in domino gaudere monuiſſet, gaudio rectè modeſtiam cōiunxit, dicēs: Modeſtia veſtra, id eſt, ſobrietas veſtra, & honeſtas morū nota ſit omnibus hominibus. Nō ait: Gaudiū veſtrum notum ſit omnibus hominibus, ſed modeſtia veſtra omnibus nota ſit, vt exemplo veſtro à ſuis vitiis reuocati, hāc imitētur, ſiue fideles hi fuerint, ſiue credētes, ſiue mali, ſiue boni. Vt fideles & boni habeant quo imitentur, & mali non habeant quod criminentur, ſed potius quò conuertantur. Quum enim lucebūt opera veſtra coram hominibus, nō deerunt qui imitentur.

¶Circa ſecundum principale dicit.

*Dominus prope eſt.*

¶Dicti gaudii aſſignat cauſam & rationem, quòd videli-

cet ideo ſit gaudẽdum ſemper in domino, quia ipſe domi
*Num ſit gaudendũ peccatori de aduẽtu domini.* nus prope eſt. Sed quid? Fortaſsis ſeruus piger & malus &
conſcius ſibi de ſuo domino malè ſe meruiſſe, audiens ip
ſius aduentum, & hunc iam prope eſſe, formidabit potius
quàm gaudebit, ne quemadmodũ fluit cera à facie ignis,
ſic pereat & ipſe à facie dei. Siquidẽ deus noſter ignis cõ
*Deut. 4.* ſumens eſt. Vnde & ipſe protoplaſtus poſt diuini mãdati
præuaricationem audiens vocantem ſe dominum, & ipſe
ſibi malè cõſcius, ait: Vocem tuam domine audiui in para
*Gene. 3.* diſo, & timui, eo quòd nudus eſſem, ita nimirũ & ipſe pec
cator deprehenſus in crimine, audiens adeſſe dominum,
forſan à facie eius pauebit, potius quàm gaudebit.
*Lucæ. 9.* ¶Propter hoc audi ô peccator, audi quod gaudeas. Non
*Lucæ. 19.* venit iudicare, ſed iudicari: non animas perdere, ſed viui
*Lucæ. 3.* ficare. Venit quærere & ſaluum facere quod perierat. Ve
*Matth. 9.* nit vocare non iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.
*1. Pet. 2.* Venit medicus malè habentibus opportunus. Nõ venit
peccatorẽ ferire, ſed patri reconciliare. Non ſupplicia
reis exigere, ſed ea quæ non rapuit exoluere, & peccata
noſtra portare in corpore ſuo ſuper lignum crucis. Itaque
ſi hodie vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ve
ſtra, ſed præoccupate faciem eius in confeſsione, & à vo
ce eius ne paueatis. Siquidem vox eius non comminãtis,
ſed vagientis, eſt miſeranda potius quàm timenda.
*Quam prope eſt deus omni creaturæ.* ¶Dominus, inquit, prope eſt. Prope eſt omni creaturæ
generaliter per intimam præſentiam implẽtis omnia ſuæ
deitatis. In ipſo enim (teſte Apoſtolo) viuimus, mouemur
& ſumus. Sicut enĩ anima præſẽs intima eſt corpori quod
*Actu. 17.* viuificat, & illi infuſa per totum: & quomodo lux ſolis
aeri præſens, imò & penetrãs eſt aerem ipſum quem illu
minat: & color præſens eſt lanæ quam tingit & imbuit: ſic
penetrat vniuerſa rerum omnium creatrix, atque conſer
uatrix deitas: nec eſt, aut eſſe poteſt locꝰ, aut creatura ali
qua, cui præſens non ſit deus.
*Quomodo deus prope eſt hominibus.* ¶Specialiter autem prope eſt hominibus per humanita
tis aſſumptionem, ſicut Eſaias prænunciauit, dicens: Vo
cabitur nomẽ eiꝰ Emmanuel, quod interpretatum ſonat
Nobiſcum deus. Cui conſonat quod Pſalmiſta ait: Domi
*Eſa. 7.* nus virtutum Nobiſcum. Vtique nobiſcum vt viæ dux
errãti-

errantib⁹,vt cum diſcipulis ſuis doctor,vt medicus cum ę
grotis,vt recōciliator cum reis,vt cum captiuis redēptor,
vt cum ſuo paſtor bonus grege,vt vita cum moriente.
¶Denique peculiariter prope eſt iuſtis & piis, ſicut ipſe
ait:Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cō *Peculiariter prope eſt iuſtis.*
ſummationē ſeculi. Et vbicunque duo vel tres fuerint cō
gregati in nomine meo,inquit,ibi ſum in medio eorū.Et
de tota credentium eccleſia in apocalipſi ſcriptum eſt:Ec Mat.vl.
ce tabernaculum dei cum hominibus,& habitabit cū eis. Mat.18.
Et ipſi populus eius erunt,& ipſe deus cum eis erit eorum Apoc.21.
deus.Quia ergo nobis Dominus prope eſt, cū omni mo-
deſtia,in ipſo & de ipſo gaudeamus,ſeruientes illi in ſan
ctitate & iuſtitia coram ipſo,omnibus diebus noſtris. Luc.1.

¶Circa tertium principale dicit:

*Nihil ſolliciti ſitis,ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione,petitiones veſtræ innoteſcant apud deum.*

¶Hic Apoſtolus dicti gaudii impedimentum tollens,hor
tatur ad orationem,dicens: Nihil ſolliciti ſitis, ſiquidem
anxietas & ſollicitudo,gaudio vel maximè obſiſtunt. An *Sollicitus eſſe ſolet homo de tribus.*
xius autem & ſollicit⁹ eſſe ſolet homo, vel ne fortè nō-
dum ei vetera dilicta condonata ſint, vel ſi confidat illa
ſibi eſſe dimiſſa,tum denuo propriæ fragilitatis ſibi con-
ſcius,ſollicitus eſt ne fortè nō perſeueret in futurum, ſed
culpæ recidiuo rurſum periclitetur·Præter hæc, de ſuis tē
poralibus & corporalibus neceſsitatibus plerunque plus
ęquo ſollicitus eſſe ſolet.Quia verò huiuſcemodi ſollici-
tudo mētem humanam triſtitiæ & puſillanimitatis nebu-
lis aſtrictam detinet,quo minus in ſpirituale gaudium aſ-
ſurgat,ideo iubet Apoſtolus nō debere nos plus iuſto ſol
licitos eſſe de his & de cęteris huiuſmodi, dicens : Nihil
ſolliciti,ſitis, ſed firmiter, inquit, credite omnia vobis à *Confitendum eſſe domiuo.*
deo per pœnitentiam delicta eſſe dimiſſa. Quin & ſpera-
re debetis veſtris neceſsitatibus & infirmitati auxilium
dei non defuturum. Vnde & alio loco ait:Confido hoc ip Phil.1.
ſum,quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet. Nō 1.Tim.2.
enim illi volūtas deeſſe poterit,qui vult omnes homines
ſaluos fieri:nec etiam ſapientia,vel facultas, quum de eo Iob.12.
ſcriptum ſit: Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo. Et ite- Eiuſdē.2.
rum : Sapiens corde eſt & fortis robore. Huic ergo, in-

quit,cum omni fiducia voſipſos totos committentes,in ipſo gaudeatis.

*Confirmãtur vacillantes.* ¶Nec moueat vos,ſit amatores huius ſeculi in voluptatibus carnis ſibi gerere morem cõſpiciatis,nihil ob hoc ſitis ſolliciti,dubitãtes vel,(quod abſit)diffidẽtes de ꝓmiſſione cœleſti ꝓpter illatas vobis preſſuras,quaſi de vobis cura non ſit Deo, ſed ęquo animo ferte, in proximo nẽpe eſt qui nouit pios de tẽtatione eripere,iniquos verò in diem iudicii reſeruare cruciãdos,magis autẽ eos,inquit Petr⁹, *1.Pet.4.* qui poſt carnem in concupiſcentias immũditiæ ambulãt, dominationẽmque contemnũt audaces,ſibi placẽtes.Imminet proĩde iudicium eius, quo quiſque ſit promeritam mercedem accepturus.Et illi quidem ſunt rationẽ reddituri ei , qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos & pœnas dabunt,vos perpetua ſecuritate gaudebitis.Videte ergo ne vos ſuperuacua ſollicitudo,ſeu puſillanimitas vlla, conturbet. Sed in omni oratione & obſecratione cum gratiarũ actione,petitiones veſtræ innoteſcant apud deũ.

*Quare vult deus rogari.* ¶Vult enim Domin⁹ à nobis rogari, vt illa largiatur quę ab æterno donare diſpoſuit, quatenus noſmetipſos & cognoſcendo & humiliando , & ſuæ gratiæ dona deſyderãdo & poſtulando,ſuam denique maieſtatem confitẽdo & honorando , quippe omnium bonorum noſtrorum originem,ipſius beneficiis reperiamur non indigni.

*Orãdum eſt cũ intentione.* ¶Docet autem nos Apoſtolus orare,cum hoſpitali & cæleſti intentione,cum rei ſacræ obteſtatione,cum laude & gratiarum actione.Primò enim neceſſaria eſt orãti mẽti intentio in deum erecta.Oratio enim aſcenſus mentis in deum eſt,& ideo cuius mens nõ fertur in deum, ſed cogitationib⁹ ſuis detinetur in imis, nequaquã orare cẽſẽdus *Simile.* eſt.Nam ſicut thus non redolet niſi in igne,& nõ niſi à vi ignis thuris fum⁹ ſurſum aſcendit:ſic nec ante deum oratio noſtra in ſublime dirigitur , niſi ignitis & intentis deſyderiis ſubleuetur. Hęc autem ſpiritualis intẽtio in Apoſtoli verbis deſignatur,quum dicit:In omni oratione.

*Quid orãtes obteſtari debeamus.* ¶Secundò orandum eſt cum ſacræ rei interpoſitione,ſeu obteſtatione. Quod innuit quum dicit : Et obſecratione. Eſt enim obſecrare ob ſacra rogare. Vt verbi gratia, quũ dicimus orantes:Per aduentum,natiuitatem, paſſionem,

crucem, vel mortem tuam libera nos Domine: vel quũ in oratione noſtra interponimus ſanctorum pietates, vtique & tunc obſecrare dicimur. Ob ſacra nempe & pia ſanctorum opera, quæ per ſpiritum ſanctum ad dei gloriã geſſerũt, domino ſupplicamus. Quòd autem hoc deo placitum ſit, & vtile nobis, & quòd ſic per ſãctos ſuos à nobis interpellatus deprecantes exaudiat, alioqui non exaud~urus, ſcripturę ſacræ teſtimoniis probatur, Si enim decem iuſti inuẽti fuiſſẽt in Sodomis, propter illos pepercisset dominus peccatoribus illis vniuerſis.

*Vtile nobis vt deũ per ſãctos precemur*

*Gen. 18.*

*Gen 20.*

¶Rurſus quũ peccaſſet Abimelech rex Gerare tollens Saram vxorem Abrahæ, & diceretur ei noctu per ſomnium oraculo diuino: Morte morieris ꝓpter mulierẽ quã tuliſti, habet enĩ virũ, & ille diceret ſe in ſimplicitate cordis ſui hoc feciſſe, & ignoraſſe quòd haberet virũ, dixit ad eũ deus: Nũc ergo redde viro vxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt, & viues, videlicet per interceſſum ei⁹, alioqui ob ſcelus tuum proculdubiò moriturus.

¶Denique quũ peccaſſent tres amici Iob loquẽtes quod non erat rectum ante deũ, dictum eſt illis à domino: Ite ad ſeruũ meũ Iob, & offerre holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, & faciem eius ſuſcipiam. Abierunt ergo, & fecerunt ſicut loquutus fuerat dominus ad eos, & ſuſcepit dominus faciem Iob. Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitẽtiam Iob, quum oraret ille pro amicis ſuis. Ex quib⁹ patet, quòd nõ vanè dei ſanctos interpellamus orãtes, vt nobis ſuffragẽtur ante deũ, tametſi furore ſuo cęci hęretici blaſphemãtes, dei ſãctos impotenter impugnent.

*Iob. 41.*

¶Tertiò orandum eſt cum gratiarum actione, quod Apoſtolus inſinuat, quum ſubiungit: Cum gratiarum actione petitiones veſtrę innoteſcãt apud deum. Sunt autem per nos deo gratiæ agẽdæ tam pro rebus aduerſis, quàm proſperis, ſicut alibi ait: In omnibus gratias agite. Accedunt autem & innoteſcunt apud deum petitiones noſtræ cum actione gratiarum in cœlum deſtinatæ. Qua nempe fiducia beneficia dei quiſpiam poſtulabit, qui pro iam acceptis, nihil gratitudinis præ ſe tulerit? Siquidem orationes noſtræ quæ ex animo grato prodeunt, notiora quodam-

*Orãdum cum gratiarum actione.*

*1. The. 5.*

modo faciunt deſideria noſtra ante deum. Ecõtrario verò quaſi incognita ſunt quæ aliter poſtulamus,

*Quare ſupplicãdum cum gratiarum actione.*

¶Proinde quum (vt dictum eſt) illæ preces apud deum innoteſcant, quæ ſunt vehementer & feruidæ, feruor autem & impetrãdi fiducia, ex præcedẽtiũ recordatione beneficiorum & gratiarũ actione procedãt, liquet nõ aliter quàm cum actione gratiarum ſupplicãdum eſſe Deo. Nec tamen eſt putãdũ, quòd petitiones noſtræ ſic apud deum innoteſcant, quaſi prius illi fuiſſent incognitæ, qui etiam priuſquã eſſent, iã eas ab æterno pleniſsimè nouerat, ſed nobis neceſſe eſt innoteſcant apud deum eſſe. Hæc autem notitia ſiue innoteſcentia aſsiduitate fit, totáque intẽtione orantis, ex quibus quaſi quædam humanæ mentis cum deo familiaritas ſancta cõſurgit. Sit itaque vobis ſatis, inquit, vt petitiones & orationes veſtræ, etſi nõ apud homines, innoteſcant apud deum, per acceptationem.

*Qualiter petitiones noſtræ innoteſcant deo.*

*Apoc.8.*

*Orationes noſtras angelis innoteſcere.*

¶Innoteſcant ſanè & angelis ſanctis qui ſunt ante deum vt eas offerãt deo. Vnde in Apocalipſi ſcriptum eſt, datæ fuiſſe incenſa multa angelo ſtanti ante arã templi, habenti thuribulum aureũ in manu ſua, & aſcẽdiſſe fumum incenſorum de orationibus ſanctorum in cõſpectu domini de manu angeli. Quæ incenſa & odoramenta, vt ibidem dicitur, ſunt orationes ſanctorum. Offerunt ergo ſancti angeli deo non ſuas, ſed noſtras lachrimas, labores & ſudores nõ ſuos, ſed noſtros. Vnde eſt illud ſancti Raphaelis archangeli ad Tobiam: Quando orabas cũ lachrymis & ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcõdebas per diẽ in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationẽ tuã domino. Quòd autem ſanctorum angelorum miniſterio internę illuminationes & cœleſtium gratiarũ dona ad nos deferantur, ex eodem loco colligitur. Ait enim: Et nunc miſit me dominus vt curarem te, & Sarã vxorem filii tui à dæmonio liberarem.

*Angeli ſãcti quid offerant deo*

*Tob.12*

*quid præcipuum ſit in oratione petẽdũ*

*Mat.8.*

*Luc.18.*

¶Cæterùm ſi quæras quid præcipuum ſit in oratione petẽdum. Profecto primùm petes à peccato mundari, cũ illo leproſo, qui procidens ante Ieſum ait: Domine, ſi vis, potes me mũdare. Deinde petes in notitia veritatis illuſtrari, clamans & ipſe cum cæco ad dominum, & dicẽs: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Cui quũ dixiſſet dominus: Quid

vis vt faciam tibi? Domine, inquit, vt videā. Petes nihilominus in bono confirmari & corroborari cum paralytico iacente in grabato, habēte iam annos triginta & octo in infirmitate. Tange dominum fide & ſpe, ſi cupis vt de illo virtus exeat, & ſanet te. Sic enim in Euangelio ſcriptū eſt: Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omēs. Et iterum alibi: Quotquot tāgebāt eum, ſalui fiebāt. Vt autē nobis ꝓſint ad ſalutē impetrata piis orationibus dona dei, neceſſe eſt quòd ea in ſancta pace poſsideamus, quam conſequenter Apoſtolus credentibus imprecatur, dicens: *Ioan.5.* *Luc.6.* *Mat.6.*

Et *pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.*

¶Pax illa qua deus ipſe per Chriſtum mediatorem nobis placatus eſt, omnē vtiq; exuperat ſenſum intellectus humani: ſolus enim Deus hanc planè nouit. Nec enim hanc quāta eſt per dei erga nos beneuolētiam & amorē noſſe poſſumus, imò nec angeli beati, quū ſit intellectus creati capacitas ſuis finibus limitata, vnde nec potis infinitā dei eſſentiā comprehēdere. Tanta nempe eſt illa in deo pax, quātus eſt deus ipſe, quum ſit pax illa ipſemet deus. Solus ergo deus nouit eam, vt dictū eſt, & ſuperat omnē intellectū præter diuinū. Et eſt ſenſus: Pax dei, quæ exuperat omnē ſenſum, id eſt, Deus ipſe qui eſt ſumma pax, quę humano ītellectu cōprehēdi nō poteſt, cuſtodiat corda veſtra. *Pax dei quæ exuperat omnē ſenſum*

¶Ab hac autem æterna & ineffabili atque incomprehēſibili pace pax alia, videlicet illa profecta eſt, quę nobis eſt ab ipſo deo miſſa, ab angelis in mediatoris noſtri Chriſti natiuitate nuntiata, & nihilominus ab ipſo Chriſto prædicata & cōmēdata. Ipſa cōciliat noſmetipſos nobis, intrinſecus conſcientias noſtras reddens tranquillas: cōciliat proinde nos proximo, conciliat deo. *Pax nobis a deo miſſa.* *Luc.2.* *Luc.10.* *Ibidem.* *Ioan.14.*

¶Quum autem optat Apoſtolus, vt hæc pax fidelium & corda & intelligentias cuſtodiat: per corda voluntates fidelium, per intelligentias autem intellectum accipimus. Errare nempe contingit mortales, tam in intellectu quā in volūtate, vel etiā in vtroq;. Errare enim poteſt intellectus (& quidē omniū periculoſiſsimè) in fide religionis, proinde etiam in his quæ ſunt morū & operum, videlicet *Errare cōtingit per hæc duo.*

in

in diſcretiõe veri & falſi,boni& mali,tẽporalis & ęterni
Rurſus in notitia ſui,putãs ſe aliquid eſſe,quũ nihil ſit.

Gal. 6. ¶Errare etiã poteſt volũtas, quę per ſimilitudinẽ cor ani
mę dicitur, quòd ſicut cor in corpore cæteris mẽbris vir-
tutẽ & motũ influit,ita & ipſa volũtas omnibus animę &
corporis potẽtiis principiũ motus dicitur, quòd illis pro-
*Error voluntatis.* prias imperet actiones. Erat autẽ cor,id eſt volũtas,mal
eligẽdo,dũ peruerſè illi cõſulit intellectus.Nõ enim per-
Num. 11. uertitur volũtas,niſi prius intellectus puertatur .Hinc de
illis qui AEgyptũ egreſſi,cœleſti paſcebãtur alimẽto (de
quo ingrati, AEgypti cibos,porrũ & cepas,& alliũ,& pe-
pones,& ollas carnium mẽte verſabãt,in AEgyptũ denu
horũ cupiditate redire meditãtes)de iis,inquã,dixiſſe do-
minũ Propheta teſtatur:Quadragĩta annis proximus fu
generatiõi huic,& dixi ſemper hi errãt corde,hoc eſt,per-
uerſa & peſsima in AEgyptum redeundi voluntate.

*Vt totus homo peruertitur.* ¶Quoniam ergo duabus iſtis animę potentiis,intelligen-
tia ſcilicet & volũtate errãtibus,illa in diſcernẽdo,iſta
eligẽdo totus homo peruertitur,vt in propriam tẽdit per-
ditionem,rectè cõprecatur Apoſtolus & optat,vt pax de
cuſtodiat corda & intelligẽtias noſtras,ne vel per intelle-
ctum malè diſcernendo,vel per volũtatem malè cõcu-
E a.5. ſcendo,pacem cũ Deo perdamus.Ne intellectus in rep-
bũ ſenſum traditus dicat bonũ malũ,& malum bonũ,p
nens lucẽ tenebras,& tenebras lucẽ . Seruari autẽ ab h
erroribus intellectũ noſtrũ per orationem poſſe, ſatis i
nuit in præmiſſis. Denique ne voluntas noſtra intellect
erroneo decepta in eligendo & amãdo præferat cœlo
ram,mortem vitæ,carnẽ ſpiritui,Deo creaturam,innoc
tiæ culpam,iuſtitiæ iniquitatẽ, rectè optat & cõpreca
eã à cœleſti pace dirigi &cuſtodiri.Quòd autẽ has dict
animę noſtrę potẽtias optat cuſtodiri,nõ quomodocũq
ſed in Chriſto Ieſu,hoc vtique inſinuat,vt nõ aliter ſapi
mus in his quæ fidei ſunt & morũ,quàm ſecũdum dog
Chriſti:nec aliter quàm nos ille vult velle, ipſi velimus.

## DOMINICA QVARTA Aduentus.

*Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* 1.Cor.4.

¶In hac lectione quatuor docet Apoſtolus. Primum eſt, vt nos dei eſſe miniſtros agnoſcamus. Secundum eſt, vt hominum de nobis iudicia temeraria contemnamus. Tertium eſt, vt deum iudicem noſtrum eſſe ſciamus. Quartum eſt, ne deo ſuum de hominibus iudicium præripiamus. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Mihi autem pro minimo eſt. Tertium, ibi: Qui autem iudicat me. Quartum, ibi: Itaque fratres.

¶Circa primum dicit: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. Ex ſubſequentibus patet, quòd de ſe & de Apollo apoſtolus hic loquitur, dixerat enim in præcedentibus: Hæc autem fratres in me tranſfiguraui & Apollo propter vos. Ac ſi dicat, Etſi per voluntatem dei ego & confrater Apollo, apoſtoli & paſtores veſtri ſumus nolo tamen vt eſſe aliud exiſtimemur, quàm miniſtri Chriſti & diſpenſatores myſteriorum eius, nequaquam verò veſtri dominatores, aut myſteriorum dei poſſeſſores. Vbi quāuis prelatos eccleſię præ cæteris ad humilitatis virtutem informare videatur, reuocās eos ad agnitionem ſui, vt ab arrogātia coerceat ſuo & coapoſtorum ſuorum exemplo, qui ſe populi credentis non dominos, ſed Chriſti dūtaxat miniſtros exiſtimabant, & tales ab aliis exiſtimari volebāt, nihilominus tamen inſtruit vniuerſos qui Chriſti fidem confitentur, quatenus ſe Chriſti ſeruos eſſe meminerint, & miniſtros, & acceptorum ab eo bonorum diſpēſatores duntaxat, nō autem quaſi propriæ rei perpetuos poſſeſſores, à quibus æquiſsimo iure ſubiectionē & miniſteriū requirit, quum ſit eorum & deus & dominus, creator & conſeruator. Hunc dominum quiſquis erubuerit coram hominibus, erubeſcet & ipſe illum coram angelis dei.

*Apoſtoli quid reputari volebant.*

*Ad humilitatem vt omnes inducuntur.*

¶Sed boni ſerui munus erga ſuum dominum aduerte. Debet enim quiſquis ſub iugo domini fidelis ſeruus eſt, primùm illi animo lubēti ſeruire, debet proīde fideli obſequio Domini ſui gratiā velle promereri, debet etiā laboris ſui prēmiū à ſuo domino præſtolari, ea denique quę

*Serui boni munus.*

Domini

Domini ſunt nullatenus ſibi vendicare,ſed fideliter in
cta cuſtodire,vt tandem aliquando audire mereatur: Eu
Mat.24. ge ſerue bone & fidelis,quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſ
pra multa te conſtituam.

¶Contra verò,quiſquis Chriſti famulatum erubeſcit,ve
*Seruus ma* nullo ſtudio Chriſto domino placere contendit, vel po
*lus & per* hanc vitam beatitudinis pręmium à Chriſto ſe acceptu
*fidus.* diffidit, vt ea ſolùm quæ ſua ſunt quærens,nõ autem qu
ſunt Chriſti,ſuam Domino gloriam non refundit, is pr
fectò ſi ſe Chriſti eſſe ſeruũ exiſtimat,ſemetipſũ planè d
Luc.12. riſerit. Verùm beati ſerui illi quos quũ venerit domin
inuenerit vigilantes, & in his quæ dicta ſunt,vigili ſtud
ſeſe exercentes , ac domini ſui aduentum ſollicitudi
ſancta præſtolãtes. Nã huiuſcemodi ſeruos fideles ſup
multa conſtituet.

Iob.11. ¶Porrò ſerui Chriſti non ſunt , qui vel ipſius humilita
comtemnẽtes in ſuperbiam erigũtur, & vt onagri pull
ſe liberos natos putant,vel qui domini ſui bona ipſor
credita diſpenſationi,ad eius voluntatem minimè exp
dunt,ſiue ea ſint quę dicuntur bona fortunę,ſiue bona
turæ,ſiue bona cœleſtis gratiæ: vel qui ſui domini volu
tati murmurantes, non exhibent ſe in omnibus ſicut D
miniſtros in multa patientia.

¶Et quanuis hìc generaliter vniuerſi fideles admone
tur,vt ſe Chriſti ſeruos eſſe meminerĩt,præ cæteris tan
eccleſię pręlati(vt dictum eſt)& doctores populi dei,q
peculiari modo miniſtri Chriſti & diſpẽſatores ſunt m
ſteriorũ dei,& eccleſiæ ſacramentorũ. Vt meminerin
miniſtros tantùm & diſpẽſatores,non autem dominat
res aut poſſeſſores eſſe myſteriorum dei. Vnde ſubdit:

*Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inveniatu*

*Vt fidelis* ¶Ac ſi dicat : Fidelis exigitur, ne videlicet ea quæ D
*ſit diſpen-* mini ſunt,diſpenſator habeat quaſi ſua,néve vt domin
*ſator.* illa pertractet,vt in illorum ſententiam abiiſſe videat
qui dixerunt :Hæreditate poſsideamus ſanctuarium d
quin potius non vt ſua,ſed domini ſui bona,& ab illo p
ſeſſa,ſibi verò tantùm ad diſpenſandum ſecũdum dom
ni voluntatem commiſſa,diſpenſet. Nec vllatenus ar
tretur eſſe propria quę ſub domini ſeruata ſunt poteſta
ſi

ſed contrà, quæ ſua ſunt, eſſe ſui domini arbitretur.

¶Inter cætera verò dei myſteria quæ prælati diſpenſare ad dei gloriam & ſalutem populi tenentur, pręcipua ſunt verbum dei, & eccleſiaſtica ſacramenta. Quum ergo ad fidelem pertineat diſpenſatorem, vt domini ſui bona, nec (quaſi propria ſint) vendat, nec quę diſpēſanda accepit, recondat aut includat, nec etiam paſsim illa vel indiſtinctè prodigat, ſed domeſticis ad ſui domini diſpenſet voluntatem, liquet profectò myſteriorū dei diſpenſatores minus fideles eſſe, qui vel eccleſiaſtica ſacramenta, vel verbum dei vendunt, vel doctrinam fidei & morum domeſticis dei abſcondunt, vel ipſa eccleſiaſtica ſacramenta (nō niſi dignis adminiſtranda) paſsim diſpenſant indignis. *Fideles diſpēſatores hos liquet non eſſe.*

¶Porrò miniſtri & diſpenſatores fideles ſunt, qui ſedulò dei gloriam quærunt, & quo ad poſſunt, procurant vigilāter ſalutem animarum. Rurſus, quicunque rectè tractant verbum dei, qui fideliter & inſtāter docent populum, qui ea quæ verbo docēt, opere prauo non infirmant, qui eccleſiæ ſacramenta mente & manibus tractant nō indignis, & fideliter diſpenſant, non immemores dominici mandati, quo eis dicitur: Gratis accepiſtis, gratis date. Qui in his ꝓbatus & perfectus inuentus eſt, erit illi gloria æterna. Sed quis eſt hic, & laudabimus eum? *Iſti fideles miniſtri ſunt.* *Mat. 10.* *Eccle. 31.*

¶Si verò (quod abſit) contrarium faciunt diſpenſatores, quæ ſua ſunt quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, prauè doceant: vel quæ rectè docuerunt, corruptis moribus cōfundant, vel de diuinis ſacramentis negotientur, tales profectò non diſpēſatores fideles, imò potius operarii cōfuſibiles, ſerui mali & perfidi iudicabuntur. Recipere quidē poſſunt (decernente Chriſto, & dicente, quia dignus eſt operarius cibo ſuo) ſtipendia victus à populo, non autem ſectari voluptates, ocia, delicias, vel theſaurizare ſibi in terra. *Operarii cōfuſibiles* *Mat 10.*

¶Habet ſanè dominus in ſua domo diſpenſatores bonos & malos. Bonus erat diſpenſator qui ait: Eſtote imitatores mei ſicut & ego Chriſti. Qui & alio loco ait: Nō ſubterfugi quominus annunciarem omne conſilium dei vobis. Mali verò diſpenſatores erant, de quibus dominus loquitur, dicens: Quæcunque dixerint vobis ſeruate & faci- *1. Cor. 4.* *Act. 20.*

te *Mat 25.*

Mat. 25. te ſecũdum opera verò eorum nolite facere, dicũt enim & non faciunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Proinde inſipiens Ille diſpenſator

Diſpenſator inſipiens. eſt, cui quum ſuppetat copia victus, aliis diſpenſat abũdè, ſeipſum verò necat inedia. Aliis demonſtrato vitæ fonte, ipſe moritur ſiccitate. Clauem fert, nec tamẽ ingreditur ipſe.

¶Circa ſecundum principale dicit:

Mihi *autem pro minimo eſt vt a vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum iudico.*

¶Hic docet vt hominum de nobis iudicia temeraria contemnamus, dicens: Mihi autem pro minimo, &c. Solent enim nonnulli (etiam quorum non intereſt) de myſteriorum dei diſpenſatoribus iniquè iudicare, diſpẽſatores fideles (ſi ita ſe habet eorum affectio) reprobãdo: inutiles autem & infideles immeritis laudibus extollendo, alios ſi ita libet, potiores, & vel doctrina vel vita cæteros anteire, alios verò pronuntiant longè illis poſthabendos. Fortaſsis enim viſus eſt Apoſtolus aditum prębuiſſe ſingulorum vitam diiudicandi quum dixit, quærendum eſſe inter diſpenſatores, quis fidelis reperiatur, quod certè gereret in populo diſsidia, ergo ab huiuſmodi iudicio reprimit eos, dicens:

¶Pro minimo mihi eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, id eſt, à quouis homine mortali, cuiꝰ ſentẽtia mori vnà cum ſuo iudice tranſit. Pro minimo, inquit mihi eſt

Temeraria de nobis iudicia eſſe contẽnenda. ſiue laude, ſiue vituperio à quouis homine vanè affici, quippe qui die domini non ab humano, id eſt, in pręſenti ſeculo venio iudicandus. Vnde ait B. Auguſtinus: Nõ debemꝰ curare aliena iudicia de nobis chariſsimi, ſiue bona ſiue mala, quia nec damnare iniuria, nec coronare poteſt

August. laus falſa. Quum ergo te quiſpiam laudat, iudex tuꝰ eſto memento, nec vnquam te laudãtibus magis quàm tibi de

1.Cor.2. te ipſo credideris. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui eſt in illo? Et tamen neſcit

Eccle. 8. homo de ſemetipſo vtrum amore vel odio dignus ſit, ſed omnia in futurũ reſeruãtur incerta. Vnde rectè ſubiecit Apoſtolus, ſed neque meipſum iudico.

¶S

¶Sed hic quærat aliquis & dicat: Iiſdem Apoſtolus Corinthiis ſcribēs hortatur vt vnuſquiſque ſeipſum iudicet, ſi dei iudicium cupit effugere, dicens: Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Quid ergo ſibi vult quod hic dicit: Sed neque meipſum iudico? Duplex itaq; attendamus eſſe iudicium: vnum abſolutionis de quo hic loquitur, alterum diſcuſsionis, de quo loquitur illic Iudicium abſolutionis nobis interdicit, quum ait: Sed neque meipſum iudico. Iudicium verò diſcuſsionis præcipit, vbi quod dictum eſt, ait: Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur, volens nimirum quòd propios mores ad examen iuſti iudicii exactè diſcutiamus, & de erratis noſtris contra noſmetipſos ſententiam proferentes, Deique vindicis ante ſui diſtricti iudicii diem partes exequētes de nobiſmetipſis pœnas ſumamus. Et licet forſá cor noſtrum non reprehenderit nos, nequaquam tamen noſipſos abſolutionis iudicio iudicemus. Nam ſubdit: 1.Cor.11. *Iudicium proprium de nobiſipſis duplex.*

*Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.*

¶Quaſi dicat: Ideo nec meipſum abſolutionis iudicio iudico, quia vtrum apud deum odio vel amore dignus ſim ignoro. Nam delicta quis intelligit? Tutius mihi eſt clamare cum propheta & dicere: Ab ocultis meis mūda me Domine. Quis enim corá diuinę puritatis maieſtate gloriabitur mundum ſe habere cor? Itaque & ſi nihil mihi cō ſcius ſum, timeo tamen ne forte (vt B. Auguſt. ait) egrediatur iuſtitiæ regula de theſauris illius, & inueniatur tortum quod videbatur rectū. Aliter enim homo, aliter deus iudicat. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor, & ideo iudicium eius (vt ait Apoſt.) eſt ſecundum veritatem. Iudicium illud formidabat qui ait: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuens. Vnde per Eſaiam dicitur, Facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus mēſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. *Auguſt.* 1.Re.16. Rom.2. *Eſa.64.*

¶Quum ergo noſipſos & ſi non plenè, intimius tamen veriuſq; cognoſcamus, qtàm ab aliis cognoſcim⁹: nec tamē ſufficiat ea notitia quā de nobiſipſis habemus ad hoc vt de nobis iudicātes ſentētiam iuſtam firmamq́ue proferamus, pro minimo nobis ſit vt ab homine quouis mortali *Iudiciū firmū de nobis ferre necipſi poſſumus.*

*Eſa.46.* tali iudicemur. Quòd ſi quis te ob culpā vituperauit, fe
*Patientiā qui optimè ſeruēt* æquanimiter quod meruiſti, dicens cum propheta: Ego ſ
ci, & ego feram: ſi autem afficiaris iniqua contumelia, ſ
latio tibi ſit innocuę teſtimonium conſcientiæ. Præſtat e
nim nos innocentes pati, quàm reos. Bonæ ſiquidem a
ſtatio conſcientiæ, patientiæ virtutem confirmat & adi
uat, ſicut de ſanctis Chriſti martyribus canimus, dicēte

Cæduntur gladiis more bidentium:
Non murmur reſonat, nec querimonia,
Sed corde tacito mens bene conſcia, conſeruat patienti

¶Contra verò quiſquis ſibi malè conſcius eſt, vel mod
*Patientiā qui citò amittunt.* cè læſus, mox prorumpit in impatientiam. Hinc nimiru
quòd apud homines gloriā quærens, concupitæ vanita
patitur detrimentum. Qui verò non apud homines, ſe
pud deum gloriam ſuam conſtituit, illi vtique pro mi
mo eſt vt ab homine quouis vanè iudicetur, aut vitupe
tur, eo quòd intra cordis arcana ſolidam habet gloria
quæ vituperiis hominum exſufflari nequaquam pote
*Gloria ſoluta & inanis.* Quiſquis autem ab hominibus gloriam quærit, ſui val
in hominum ore cōſtituēs, inanem gloriam ſectatur, q
vel laudantium verbis augeri, vel detrahētium ſerm
minui, vel certè penitus exufflari, & in ignominiam v
poſſe nō ignorat. Iſte nimirum ſui pretium (vt dictum e
non intra conſciētiæ ſecreta, ſed in re omnium incer
ma (videlicet ſermone vulgi) conſtituit, vt hinc ipſe v
magnus ſit, vel modicus, prout laudare vel vituperare
lentibus placebit, quaſi ipſe nullum aliud bonum no
niſi quod hominum ſermo commendat. Qualis ille e
*Perſius.* cui per quendam ſapiētem dictum eſt:

Tún' vetule auriculis alienis colligis auras?

¶Qui & poſt pauca ſcientiæ ſuæ iactabūdum arguēs,

Vſque adeóne
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?

¶Meritò quidem hunc irridet, qui ſcire ſuum nullius
*Iudicare de homine dei eſt.* menti eſſe credebat, ſi non illud aliis innoteſceret, &
inani gloria paſceretur.

¶Circa tertium principale dicit:

*Qui autem iudicat me, Dominus eſt.*

¶Hic docet, vt deum iudicem noſtrum eſſe agnoſcam

Ipſ

ipſius enim eſt de iis qui ſui ſunt iudicare. Nemo igitur cui datum non eſt, de proximo ſuo iudicare præſumat, dicente Apoſtolo: Tu qui es qui iudicas alienum ſeruum, quum nec de temetipſo iudicare ſufficias? Tanta nempe latet in humano corde profunditas, vt ipſum etiã lateat in quo eſt. Propriȩ infirmitatis profunditas latebat Petrũ, quando ſe vnà cum domino moriturum fortiter promittebat. Quum ergo de ſeipſo nemo firmam poſſit proferre ſententiam, quomodo de aliis præſumet iudicare? Qui iudicat me, inquit, Dominus eſt. Ipſe enim nouit abſcondita cordis. *Rom. 14. Luc. 22.*

¶A corde enim eſt hominum valor æſtimandus, non à viribus corporis, non à veſtibus, non à diuitiis, non ab huius ſeculi honoribus & faſtis, non à ſedibus ſeu auctoritate, non denique à ſermone, nec à ſcientia, ſecundum quæ tamen plerunque mortales iudicant, quòd hæc foris pateant. Vnde & dicunt: Beatus populus cui hæc ſunt. Deus autem iudicat hominem ab iis omnibus & ſimilibus nudum. Nec opus eſt vt quis ei teſtimonium perhibeat de homine, quum nouerit ipſe quid ſit in homine. Hinc etiã propheta: Ecce domine, inquit, tu cognouiſti omnia nouiſsima & antiqua, id eſt, ea opera quȩ patraui, qualiacũq; ſint illa, & etiam illa quæ nõdũ à me facta, ſed faciẽda ſunt. Proinde non ſecundum laudes aut vituperia mortalium iudicat, quum, ſicut dictum eſt, plerunque decipiatur iudicium hominis de homine, ſed ſecundum intima cordis, id eſt, intentiones & affectus quæ ſoli Deo nota ſunt. Hinc enim iudicium eius iuſtum eſt, & cunctis ſummè formidandum. *Vnde valor hominis. Ioan. 2. Cur deus iudex eſt ſummè formidandus*

¶Ipſe enim eſt iudex infallibilis per ſapientiam, quippe qui omnia nouit, ſicut ipſe per prophetam loquitur dicẽs: Ego ſum iudex & teſtis. Eſt etiam iudex inflexibilis, videlicet, iudicii tempore, ſicut per Salomonẽ dicitur: Zelus & furor viri non parcet, nec acquieſcet cuiuſquam preci bus, nec accipiet pro redemptione dona plurima. Et vnde per Ieremiam ait: Si ſteterint Moyſes & Samuel corã me, non eſt anima mea ad populũ iſtũ. Eiice illos à facie mea & egrediãtur. Quòd ſi dixerint, quò egredi emur, dices ad eos: Hȩc dicit dominus, Qui ad mortem, ad mortem. Qui *Iere. 29.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ad gladium,ad gladium.Qui ad famem,ad famem.Et q
ad captiuitatem,ad captiuitatem. Adeò magna tunc e
eius iuſtitia,cuius nunc magna miſericordia prærogat
¶Proinde iudex ille ineffugibilis eſt.Vnde fruſtra dict
Apoc.6. ſunt impii montibus,Cadite ſuper nos& abſcondite n
Ipſi enim mõtes nolẽt recipere fugam eorum, vbi late
erit impoſsibile,apparere intolerabile.Quò ibo,inquit,
ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?
¶Denique iudex ille inuincibilis eſt , dicente prophe
Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi?Vnde & ipſe per M
Deut.32. ſen dicit:Videte quòd ego ſim ſolus,& non eſt alius de
præter me. Et poſt pauca:Nõ eſt,inquit,qui de manu m
poſsit eruere.Nunc vincitur ira eius humilitate noſtra,
chrymis noſtris & precibus ex corde cõtrito fuſis, ſed
Deut.32. tunc(inquit propheta ad dominum loquens)ira tua,ſi
audi,locum habebit.Reddam,inquit, vltionem hoſtib
Iudex mor meis,& his qui oderunt me tribuam.
talis cur ¶In hoc mundo poſſet fortaſſe quiſpiam mortalem iu
minus for cẽ vel fallere,vel flectere,vel effugere,vel per vim ſup
midãdus. rare & ideo minus eſt huiuſcemodi iudex metuẽdus.S
Eccle.18. non ſic iudex ille ſupremus,vt dictum eſt.Itaque ſecun
Iob.24. conſiliũ ſapientis,ante iudicium para iuſtitiam , quia d
1.Petri.1. inultum abire non patietur quicquid contra regulã iu
tiæ admiſſum fuerit . Et quoniam ſine perſonarum ac
ptione iudicat,cum timore & tremore incolatus veſtri
pore conuerſamini,æternum illius atque pauẽdum iu
1.Pet.4. cium expectantes.In quo ſi vix iuſtus ſaluabitur, impi
& peccator vbi parebunt?

Circa quartum principale dicit:

*Itaque fratres,nolite ante tempus iudicare,quoaduſque veniat*
*minus,qui & illuminabit aſcondita tenebrarum, & manifeſtabit*
*conſilia cordium,& tunc laus erit vnicuique à deo.*

¶Hic præcipit ne ſuum deo de hominibus iudicium p
ripiamus . Quũ enim præmiſiſſet quòd ſolus deus eſt
nos iudicabit, (Ipſe enim omnia nouit,& domin' eſt o
Iob 12. nium,ſicut ſcriptum eſt:apud ipſum eſt ſapiẽtia & fort
do)certiſsimum profectò atque iuſtiſsimum & hinc ſ
Mat.7. mè formidandum iudicium eius eſt.Et quoniã ea mẽſ
qua menſi fueritis remetietur vobis , nolite ante temp
iudic

iudicare,vt non iudicemini. Nam grauiter & in deum & *Temere ꝓ*
in proximum delinquit,quiſquis ſuum deo iudicium prę- *ximum iu-*
ripiens temerè iudicat non ſuum,ſed alienum ſeruum. *dicans gra*
¶Primò, quòd præproperè iudicat & ante tempus. Non *uiter offẽ*
enim bene poteſt quis de me iudicare, quum adhuc eſt *dit.*
in herba:& ideo ſinite, inquit, vtraque creſcere vſque ad *Roma.14*
meſſem,ne vel zizanię loco triticũ damnetis, vel pro tri *Mat.13.*
tico zizaniá iuſtificetis. Temerario nempe & vano iudi-
cio ſuo mortales plerunque ſaluant damnandum,& dam
nant ſaluandum. Poſſunt enim & qui nũc praui ſunt reſi-
piſcere,& qui boni ſunt in mala peruerti.
¶Secundò,quia merita cauſſæ, quam iudicare præſumit,
ignorat. Nam homo videt duntaxat ea quæ patent,vt di-
ctum eſt, quę plerunque minor pars ſunt meritorum. E-
quum nemo prudẽs æſtimat à Phaleris, gladiũ à vagina, *Similia.*
hominem à veſtitu,nec arborem à fronde. Vnde bene qui
dam ſapiens ait: Ad populum phaleras,ego te intus & in *Perſius.*
cute noui.
¶Tertiò, quia quod dei eſt vſurpat ſibi,puta iudicium oc
cultorum mentis ſcilicet & intentionis humanæ,quæ no-
ta ſunt ſoli deo,& ipſe ſolus de illis poteſt iuſtè iudicare.
illuminabit,inquit abſcondita tenebrarum,& manifeſta-
bit conſilia cordium. Nunc enim plerũque deliteſcunt fa-
cinora praua. Hæc enim pro tenebrarum occultis accipi-
mus,de quibus alio loco dicit: Quæ in occulto fiunt, ab-
ipſis turpe eſt & dicere. Nimirum quiſquis malè agit,odit *Ephe.5.*
lucem,&non venit ad lucem,vt non arguãtur opera eius: *Ioan.3.*
tunc autem illuminabit deus,& reuelabit ea quando ſcru
tabitur Hieruſalem in lucernis.
¶Nunc enim tanquam virtute pręditus apparet,qui pro- *Soph.1.*
phanus eſt,& vitiis inquinatus. Tunc autẽ deus palàm fa *Opera vi-*
cturus eſt omnia,& cuncta cordis conſilia reteget. Exem *dem⁹,igno*
pli gratia: Effert aliquis quempiá laudibus & magnificat. *ramus in-*
Id ſanè videtur à charitate procedere & eſſe bonũ. Atta- *tentionẽ.*
men huius laudatoris forſitan eſt corrupta volũtas. Rur-
ſum aliquis quẽpiam corriget,arguétq;,nec tamẽ vt eũ ad
ſanitatẽ reducat,ſed vt fratris patefaciat ſcelera. Huiuſ-
modi ſanè cõſilia cordiũ deo iudicãte patebũt. Iudicis in-
iuria eſt,ſi ante iudiciũ eius,à ſeruo ꝓcedat ſentẽtia. Itaq;

nolite ante tempꝰ iudicare, nolite deo iudicium ſuũ præ-
ripere, quin potius Dei iudicium ipſi formidate.

*Vitia deteſtemur, nõ homines.*

¶Oderimus quidem iniuſtitiam & impudicitiam, ſecu[n]
iudicátes illa eſſe mala. Verùm an homo ille, vel iſte, i[n]
iuſtus ſit vel impudicus, futurũ eſt vt in dei iudicio cõſp[i]
ciamus, vbi illuminabit deus abſcondita tenebrarum, &
*1. Tim. 5.* manifeſta faciet cõſilia cordium. Manifeſta verò quor[un]
dam peccata præcedentia ad iudicium negare non poſſ[u]
mus: iudicamus enim de his quæ patent, cũ miſericordi[a]
tamẽ & timore, ne fortè in ſimilia aut grauiora ipſi cada[]
mus. Siquidem peccata proximorum defléda, & ſi fieri p[o]
teſt, excuſanda potius ſunt, quàm iudicanda.

*Suſpicari humanæ tẽtationis eſt.*

¶Suſpicari verò de proximi delictis non manifeſtis, a[d]
humanam pertinet tentationem, ſine qua præſens hæc v[i]
ta non viuitur. Verùm ſi ſuſpiciones vitare nõ poſſumu[s]
iudicia tamen, firmáſque ſententias de incognitis nob[is]
proximorum delictis, omnino vitemus, donec veniat d[o]
minus: tunc enim & cogitata & geſta, ſiue bona ſiue ma[la]
erumpent (vt dictum eſt) & aperta erunt. Quia ergo tu[nc]
omnibus omnia nota erunt, poterunt homines & de ſe[ &]

*Suſpicionũ malarum origo.*

de aliis iudicare. Quid autẽ impellat mortales de aliis ſ[i]
niſtrè ſuſpicari & iudicare ſi quæras, reſpondeo, quòd h[oc]
facit propria malitia, quæ cæteros omnes ad propriæ pr[a]
*Eccle. 10.* uitatis regulam prompta ſemper eſt æſtimare. Sicut en[im]
vix aliquẽ eſſe credit malũ, qui bonus eſt, ita & vix qu[em]
quam credit eſſe bonũ qui malus eſt, ſicut per Salomo[nem]
dicitur: In via ſtultus ambulans, quũ ipſe inſipiens ſit, o[m]
nes ſtultos æſtimat. Quum autem id quod de proxim[o]
iniquè ſuſpicatur affirmare non metuit, tunc profectò [d]
cet iniquitas eius os ſuum.

*De manifeſtis criminibus iudicare quorũ ſit.*

¶Et licet de occultis hominum iudicare (vt dictum e[ſt])
ſolius dei ſit, attamen de manifeſtis criminibus homi[num]
legitimè & iudicialiter ferre ſententiam ad illos dũta[xat]
quibus eſt commiſſum pertinere dignoſcitur. Cui aute[m]
legitimè commiſſum non eſt, is neminem iudicet niſi [ſe]

*Simile.*

metipſum, & hoc tãtùm diſcuſſionis iudicio (vt dictũ e[ſt])
non autem iudicio abſolutionis. Offenditur nimirum [à]
ſeruo dominus ſuus, qui quod domini eſt ſibi vſurpa[ns]
conſeruos iudicare præſumit, eóque dominum ſuum i[m]

pellit vt ignoſcat illis:de ipſo verò ſupplicium ſumat.

¶Porrò quum ait:Illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſta faciet conſilia cordium,duo inſinuat, quorũ ſolus deꝰ iudex eſt,videlicet peccata cõmiſſa in opere,quæ tamen adhuc homines latent, & vocãtur abſcõdita tenebrarum & peccata per liberæ voluntatis conſenſum commiſſa in corde,& vocãtur conſilia cordium.Proinde iudicante domino laus erit vnicuique à deo.Orationis ſeries depoſcebat vt diceret, vel ſuppliciũ vel laudẽ manere homines prout ſe dignos præſtitiſſent. In eo tamen quod viſum eſt dicto potius terminauit ſermonem, beneuolentiæ & humilitatis gratia illud exprimens,quod potius omnibus optabat,Laudem videlicet,nõ ſuppliciũ. Et quidẽ laus hæc vehemẽter omnibus ambiẽda,contrà verò vituperiũ à tanto iudice,& ſupplicium omnibus expauẽdum.

*Abſcõdita tenebrarũ*

*Conſilia cordium.*

# DOMINICA INFRA OCTAuam natiuitatis Domini.

*QVanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo,quum ſit Dominus omnium.* Gal. 4.

In hac lectione declarat Apoſt.Primò qualis fuit ſtatus populi credẽtis ante incarnationem filii dei ſub lege.Secũdò, qualis ſit modo,incarnato verbo tẽpore gratiæ. Primum facit à principio lectionis.Secũdum ibi: At vbi venit plenitudo temporis,&c.

¶Circa primum aduerte,quòd ab iis qui ſub lege quondã fideles degebant,differunt qui ſub euãgelio Deo ſeruiũt, non ſecus ac filii à ſeruis.Apoſtolus ergo oſtendẽs qualis fuit populi ſtatus ſub lege,dicit: Quanto tempore hæres paruulus eſt,nihil differt à ſeruo,quũ ſit dominus omniũ. Sequitur:

*Sed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre.*

*Hæredi adhuc paruulo populus teſt. uet.comparatur.*

¶Secundum conſuetudinem legum humanarum loquitur ad propoſitũ oſtendendum. Solent enim morituri patres paruulos filios quos relinquunt hęredes,tutoribus & actoribus committere,vt per tutores defendãtur & tueãtur,

tur,tam ipſi paruuli,quàm eorũ hæreditas, & per actor
(ſi opus fuerit)cauſſa paruulorum agatur,& nihilomin
ipſi paruuli morum & diſciplinæ præceptis inſtituantu
Nec rerum ſuarum interim habent huiuſcemodi paru
poteſtatem,quanuis ſint earum domini. Nihil,inquit,d
fert hæres paruul⁹ à ſeruo,quouis etiam ſtẽmate fulge
ſed & vapulat,& hoc etiam interdum à ſeruo,& hoc v
ad præfinitum tempus à patre: Teſtamento nãque mã
uit huic pater,vt bonorum adminiſtratione ad ætatem
que legitimam abſtineat,cuius voluntati omnino par
dum eſt. Quũ autem ad legitimam venerit ætatẽ,liber
tam ſui quam rerum ſuarũ illi permittitur,vel ſi forſan
fuerit indignus,penitus exhæredatur.

*Exẽplum præmiſſũ applicat.*

*Tutores illius populi Actores*

¶Quo exemplo Apoſtolus probat eos qui ſub lege fue
paruulos & ſenſu & meritis fuiſſe, tutoribúſque & ad
bus ſubiacuiſſe,vſquequo venit diſpoſitum à deo patr
pus,quando ſcilicet miſit eis filium ſuum. Tutores ill
fuerunt reges & principes,vt Dauid & Zorobabel,&
præceſſerãt iudices & reges qui paruulorum defend
hæreditatem. Actores verò,ſacerdotes & prophetę,i
ter illos erudiẽtes ſecũdum dei leges, coercẽtes eos
cultu dei,ne in idola defluerent. Hæc ergo comparati
illis adaptans ſubdit:

*Ita & nos quum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi hu*
*ramus ſeruientes.*

*Elementa mundi ſub quibus ſeruiebant.*

¶Paruuli non ætate,ſed ſcientia dei. Elementa mundi
ius ſabbatha,neomenias,& ſolẽnitates appellat. Soli
nim & lunæ decurſu(qui nomine elementorum intel
tur)dies hi cõſtãt. Itaque ſub elemẽtis ſeruiebãt,quia
obſeruatione reuolutionis ſolis & lunæ degebant,& ſ
nitates celebrabant. Hac proinde cauſſa ſub elemẽtis
uire dicti ſunt,quòd ciborum & ſacrificiorum facieb
delectũ. Non enim quibuſlibet indiſtinctè veſceba
animantibus, nec de quibuſcunque animalibus ſacri
bãt. Quis aũt neſciat animalium corpora ex elemẽti
ſtare,& elementorum qualitates in illis eſſe? Bene e
dicit(ſeipſum populo veteri connumerans,)

*Elementis mundi ſeruiuiſſe gẽtiles.*

¶Sub elementis mundi huius eramus ſeruientes. N
dixit: Elementis eramus ſeruientes, quod vtique gẽ

facieb

faciebãt ſacrilego ritu pro Deo, colẽtes ea quæ Deus ad humani generis miniſterium creauit, ſolem & lunam & omnem militiã cæli, ignem quoque & aquam, terrã, & ſimilia. Sub mortuorũ enim quorundam vocabulis Phœbi, & Dianæ, Martis, Saturni, Veneris, Mercurii, Vulcani, Neptuni, & cæteris diabolicę ſuperſtitionis portẽtis, idololatriã exercebant. Sed ſub elementis, inquit, huius mũdi Deum colebamus, ſolis & lunæ & firmamẽti cœleſtis curſum (vt dictum eſt) in dei cultu attendendo.

¶Denique ſub elemẽtis ſeruiebant, quia lex illa non bona cœleſtia & æterna, ſed terrena & temporalia promittebat, & mala temporalia cõminabatur. Sicut ergo paruul⁹ ſub pædagogo & actoribus eſt donec ſit adultus, ita & Iudæis adhuc paruulis (vt dictum eſt) lex pedagogus fuit, quòd eos timore in pedagogi morem cõpreſsit, & dei prę ceptis ſeruire coegit. Paruuli proĩde erãt cognitione dei, paruuli viribus peccato reſiſtẽdi, & velut ſerui formidine pœnę coercebãtur à malis, & temporaliũ bonorũ promiſ ſionibus ad rectè agendum inducebantur. Nec ſui dominabantur, ſed magis peccata dominabãtur ipſorũ, nec hę reditate paterna potiebãtur, quum tamen futurorũ bonorum hæredes à deo iam eſſent cõſtituti, vnde & primogenitus domini populus ille appellatus eſt. *Gal. 3.* *Lex Iudæis pedagogus fuit.* *Exod. 4.*

¶Porrò, tutoris etiã loco lex illis fuit, dum contra malignorum ſpirituũ impugnationes & ſuggeſtiones, ac etiã gentiliũ perſuaſiones prophanas, volentiũ eos ad idolorũ cultus inclinare illos defendebat, tum admonendo, tum increpando, tum puniendo delinquentes: & ſic bona illis æterna per Chriſtum ſuo tempore largienda (ex tũc verò repoſita) tutorio more ſeruauit. Multos enim illorũ Chriſtus ab inferis ſecũ eduxit, quos & in cœlũ condeſcẽdens ſecum aſſumpſit, captiuã ducẽs captiuitatem, quos ęternę hæreditatis poſſeſsione beatos efficit. Deniq; lex illis etiam quodámodo actor fuit, dum illorũ cauſſam apud deũ vtiliter egit per ſacrificia & expiationes legales deũ illis placatum reddẽs. Voluit ſanè hæreditatem illis ab initio largiri, ſed paruitas & teneroſa ætas quo min⁹ id faceret, impediuit vſq; ad aduentum Chriſti, in quo diuino decreto à legis tutela & actione forent liberi, & obtinerent *Legẽ ipſã tutoris loco illius fuiſſe.* *Lex illis etiã actoris loco fuit.*

hæreditatē, alioquin abdicandi à patre. Quod & plurimi eorum propter infidelitatem & contumaciā aduerſus patrē, & ſcelus cōmiſſum in eius vnicum filiū euenit, ſicut eis idem dei filius prænuntiauit, dicēs: Auferetur à vobis regnū dei, & dabitur genti facieti fructus eius. Et rurſus alibi: Dico vobis quòd multi venient ab oriēte & occidente, & recumbēt cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno dei, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores.

Mat.20.
Mat.8.

¶Circa ſecundum principale dicit:

*At vbi venit plenitudo temporis.*

¶Hic conſequenter oſtendit qualis ſit ſtatus populi filis dei: filio iam incarnato, tempore gratiæ. Vbi tria circa incarnationem filii dei nobis inſinuat.

¶Primum eſt, rationabilis opportunitas. Secundū eſt, mirabilis benignitas. Tertiū eſt, deſiderabilis vtilitas. Secūdum ibi, Miſit deus filium. Tertium ibi, Vt eos qui ſub

¶Primum notatur quum dicitur, At vbi venit plenitudo temporis. Rationabile ſiquidem fuit & opportunum, non niſi in plenitudine temporis veniret plenitudo diuinitatis. Dicitur autem tempus incarnationis verbi, tempus plenitudinis, vel plenitudo temporis, quod fuerat deo patre præfinitum in quo filium mitteret.

*Plenitudo temporis.*

¶Primò, propter plenitudinē cōmunicationis: tūc enim deus bonitatem ſuam mirum in modum cōmunicauit homini, ſeipſum illi dando, qui prius illi creaturas ſuas in vſum indulſerat. Dedit nēpe deus ſeipſum hominibus in Chriſto Ieſu, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Diuinitas enim non tantùm animæ Christi, ſed etiam ipſius ſacratiſsimo corpori vnita eſt.

Col.2.

¶Secundò, propter plenitudinē liberationis generis humani per Chriſtū, liberationis inquā, & à culpa, & à miseria, ſeu pœna, ſcilicet deſcēſionis ad inferos. Siquidem ante Chriſti aduentū ait Propheta: Quis eſt homo qui viuet & nō videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi? Nūc verò datur coram nobis oſtium apertū in cœlo.

Apoc.3.
Ioan.1.

¶Tertiò propter plenitudinem prouectionis ſeu promotionis ad ſpirituale bonum. Vidimus eum inquit, plenum gratiæ & veritatis, de cuius etiam plenitudine accepimus omnes, gratiam videlicet & veritatem, vt veritas intel-

ctum doceat,gratia verò ſanet & dirigat affectum.
¶Quartò,quia nunc plenius dantur credentibus per ſpi-
ritum ſanctum cœleſtiũ chariſmata gratiarum,quàm da-
bantur tempore legis,de quo tẽpore B. Ioãnes ait:Non- *Ioan. 7.*
dum erat ſpiritus datus,quia Ieſus nondum erat glorifica
tus.Chriſto autem iam per reſurrectionem à mortuis, &
aſcenſionem in cœlum glorificato,ſpiritus ſanctus in do
norum ſuorum varietate atque plenitudine datus eſt, de
quibus donis per Apoſtolũ dicitur:Alii quidem per ſpiri- 1. Cor. 12
tũ datur ſermo ſapientię,alii ſermo ſciẽtię,& ſic de aliis.
¶Poſtremò, tempus aduentus Chriſti,tẽpus plenitudinis
rectè dicitur,quia quæ de filio ſuo quondã promiſerat pa
ter,& quæ de illo prænuntiata fuerãt vaticiniis prophe-
tarũ,omnia hoc tempore impleta ſunt veritate.Si quis er
go iã quærat,quare non prius venit Chriſtus?Vtique,quia *Quare nõ*
nondum venerat illa temporis plenitudo, quã inſcrutabi *prius ve-*
lis diuini cõſilii altitudo diſpoſuit. Sicut etiã de tempore *nit Chri-*
ſuę mortis ſcriptum eſt:Nemo miſit in illum manus,quia *ſtus.*
nondum venerat hora eius,non quidem hora,neſcio quæ *Ioan. 7.*
fatalis,vt infideles quidã deſipiunt, quã non modo Chri- *Horam ſa*
ſto ad moriẽdum fuiſſe,ſed etiam nobis eſſe vllam, pro- *talem nul*
phanum &nepharium eſt putare,ſed hora eius,ipſius erat *li eſſe.*
volũtas.Et noſtræ mortis hora,eius de nobis volũtas eſt.
¶Expectauit ergo vt naſceretur plenitudinem temporis,
per quem facta ſunt tempora.Sciebat enim quando veni
re debebat.Antè tamen quàm veniret,longa præconum *Lõga præ*
ſeries præmittẽda erat.Non enim paruus aliquis aut ob- *conum ſe-*
ſcurus venturus erat,ideo diu fuerat prædicẽdus.Quibus *ries erat*
præconibus præmiſſis venit ipſa temporis plenitudo, in *præmit-*
qua tandem ipſe venit qui à tot retroactis ſeculis fuerat *tenda.*
promiſſus & prænuntiatus. Prænuntiatus inquam multi-
pliciter, puta vaticiniis prophetarum, legis miſteriis, &
typis variis præfiguratus.Secũdum,videlicet mira dei er-
ga nos benignitas notatur,quum dicitur: *Ioan. 31.*

*Miſit deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege.* *Dei erga*

¶Miſit,inquit,deus filium ſuum. Nam ſic dilexit mũdum *nos mira*
Deus,vt filium ſuum vnigenitũ daret.Nõ ergo fatali,vel *benignitas*
alia neſcio qua neceſsitate,ſed ſola dei patris & ſua volũ *Luc. 1.*
tate incarnatus & natus eſt, Nã ſicut,quomodo,& quãdo
voluit

voluit mortuus eſt, ita & arbitrii ſui beneplacito quan
voluit è virgine naſcens per viſcera miſericordię ſuæ v
tauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui ĩ tenebris &
vmbra mortis ſedebãt, ad dirigẽdos pedes noſtros in
pacis. Verè benignitas mira atque ſtupenda.

¶Primũ, ſi attendamus eius qui mittitur excellentiã. M
ſit enim nõ prophetã, nõ angelum, ſed filium ſuum vn
*Roma.8.* nitum, ſibi coęqualẽ & coęternũ. Qui autẽ ꝓprio filio ſ
*1.Pet.1.* nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ, quo
do nõ etiã cum illo omnia nobis donauit? Miſſus autẽ
*2.Cor.11* ad nos dei filius, vt per illũ ex deo renati, filii dei per g
tiam adoptionis & æternæ vitæ hæredes efficeremur,
qua regeneratione per B. Petrũ dicitur: Renati (ſubau
eſtis) nõ ex ſemine corruptibili, ſed ĩcorruptibili, per
bum dei viui & permanẽtis in æternum. Miſit ergo f
ſuum ad nos pater miſericordiarum, & de⁹ totius cõſo
tionis, vt ille ſibi multos fratres adſciſceret, vt qui ab
no ſecũdum diuitatẽ fuerat vnigenitus, ipſe in aſſum
noſtra humanitate fieret primogenit⁹ in multis fratr

*Roma.8.* ¶Rurſus mira erga nos apparuit benignitas dei, ſi att
damus & mittentis & miſsi beneuolẽtiam, quę nobis
Apoſtolum in dictis verbis inſinuatur, quum dicitur
ctũ ex muliere, factũ ſub lege. Voluit enim ſe nobis c
formare naſcendo, factus ex muliere. Nec dixit: Miſ
lium ſuum per mulierem, ne ſibi occaſionẽ hinc rape
*Lucæ.11.* hęretici, qui Chriſtum ſibi corp⁹ attuliſſe de cœlo, &
virginis vterum, tanquam per canale aliquod dunt
pertrãſiſſe, nihil autem ex virgine aſſumpſiſſe, nefari
ſibus mentiti ſunt. Vnde nec audiendi ſunt, qui legẽ
*Imperiti,* putant natum ex muliere, non factum. Nam ſi de virg
*corruptéle* carnem non aſſumpſit, ſine cauſſa venter qui illum po
*gũt literã* uit, & vbera quæ eum lactauerunt, beatificarentur.
*Apoſtoli.* ¶Qui veram Chriſti matrẽ eſſe Mariam fideliter &
raciter cum tota Dei Eccleſia cõfitemur, quum & ipſe
ceperit ab ea quicquid vſitata naturę lege à matre pro
accipere conſueuit. Factus eſt enim ex mulieris ſemi
non quidem virtute naturæ, ſed artificio ſpiritus ſan
Nec te moueat, quòd hoc loco virgo mulier appella
*Gene.2.* vſitato ſcripturæ modo, quo de Eua de viri latere vi

produ

producta,etiam mulier appellata eſt.

¶Aduertendum proinde eſt Dei filium veram ex matre virgine aſſumpſiſſe humanitatem noſtrę fragilitati per omnia ſine peccato cõformem, vt per omnia fratribus adſimilaretur. Peccatum autẽ nõ aſſumpſit, quia nobis hoc non expediebat. Nullum etiã in eo peccatũ habere locũ potuit. Summꝰ quippe ſecerdos eſt, de quo in lege prophetatum potius eſt quàm mandatum, quòd nec ſuper patre, nec ſuper matre polluetur. Habet quidem patrẽ in cœlis, ſed deum in quem peccatum nõ cadit. Habet & matrẽ in terris, ſed virginem, quæ hunc non in iniquitatibus (vt cæterę matres vniuerſæ ſuos) ſed incõtaminata & caſta virgo concepit & peperit virgo.

*Heb.2.*
*Leuit.21.*
*Chriſtus ſacerdos ſũmus nõ cõtaminatur.*

¶Porrò defectus purè pœnales, qui totum genus humanum vniuerſaliter conſequuntur, vt verbi gratia, eſurire, ſitire, frigerę, calere, fatigari, humanis ꝓinde affici in mẽte paſsionibus, quale eſt, dolentibus condolere, patiẽtibꝰ compati & miſereri, mortem timere, huiuſmodi inquã defectus noſtros, & etiam ipſam mortalitatẽ, ſiue moriẽdi neceſsitatem aſſumpſit.

*Quales defectus Chriſtus aſſumpſit.*

¶Illos autem defectus qui vel ad peccatũ diſponunt, vel procliuem reddunt ad malum, vti eſt cõcupiſcẽtia carnis inordinata, vel illi defectus qui ex peccato in homine relinquuntur, vt ſunt conſuetudines prauæ, vel qui plenitudini & perfectionis gratiæ repugnãt, cuiuſmodi eſt ignorantia, nullatenus in Chriſto Domino noſtro fuerunt.

*Hos defectus Chriſtus nõ aſſumpſit.*

¶Nec etiã aſſumpſit defectꝰ illos qui tametſi merè pœnales ſint, non tamẽ totam naturam humanam cõſequũtur, ſed quibuſdam inſunt hominibus, quibuſdam non, cuiuſmodi ſunt morbi, vel corporales deformitates, vt verbi gratia, febris, lepra, paralyſis, lippitudo, claudicatio, & cõſimiles. Huiuſcemodi enim defectꝰ, & ſi abſq; peccato in homine eſſe poſsint, nõ tamẽ vniuerſaliter omnibus inſunt hominibꝰ, nec quicquã faciũt ad naturæ humanę cõprobãdam veritatem. Itaq; naturam totam generis humani cum illis qui dicti ſunt ſine peccato communibꝰ pœnalitatibus, plures ob cauſas aſſumpſit.

*1.Pet.1.*
*Quare noſtrã naturã cũ defectibus ſuis Chriſtus aſſumpſit.*

¶Primò propter pretiũ noſtræ ſalutis. Diſpoſuerat enim nos nõ corruptibilibus auro vel argento, ſed pretioſo ſanguine ſuo redimere, & animã ſuam ponere pro animabꝰ

noſtris

noſtris,ad quod nequaquam fuiſſet idoneus,niſi natu
paſsibilem aſſumpſiſſet.
Mat.11. ¶ Secũdò, propter exemplum virtutis quod de ſeipſo
Ioan.13. bis pręſtare volebat. Dictur⁹ quippe erat: Diſcedite à m
Item: Exemplum dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci
bis,ita & vos faciatis. Nõ autem potuiſſet nobis in ſei
exemplum præbuiſſe ardua & dura ſuſtinendi, ferẽdi
cem quotidie, niſi paſsibilem viſibilẽmque naturã no
ſuſcepiſſet. Mira profectò eſt hęc dei benignitas, quòd
turam aſſumpſit, qua foret idoneus nõ modò nos mo
do redimere, ſed etiam nobiſcum viſibiter conuerſa
Auguſt. ſuis operibus informare, vt ipſum imitãtes incedam⁹
curi. Nã vt B. Auguſt. ait: Homo nobis imitandus nõ
qui videri poterat, Deus ſequẽdus erat, ſed videri nõ
terat. Vt ergo exhiberetur, & qui videri poſſet, & quẽ
mo ſecurè ſequeretur, Deus factus eſt homo.
¶Tertiò, propter fulcimentum noſtræ fragilitatis vo
nobis dominus non modò in noſtra natura, ſed etia
defectib⁹ & pœnalitatib⁹ ſupradictis aſsimilari. Vt v
licet manifeſtãdo in ſe veritatem humanę naturæ, p
ret fulcimentũ intellectui noſtro ad credẽdum, oſtẽ
do immenſitatem ſuæ miſericordię per ſuſceptionem
ſtræ miſeriæ, præberet fulcimentum noſtræ puſillani
tati ad ſperandum. Denique oſtendẽdo magnitudinẽ
beneuolẽtiæ, præberet nobis incitamẽtum ad ſe amã
Tertiũ, videlicet deſiderabilis incarnati verbi vtilita
tatur, quum dicitur:

*Vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filioru*
*ciperemus.*

¶Quòd factus eſt ſub lege, & legi ſubiectus, palàm
Nam die octauo ſecũdum legis præſciptum circũciſu
& quadrageſimo die in templum cũ legalibus hoſti
Luc 2. pręſentatus & oblatus. Nec mirũ ſi legis onera ſuſti
Incarnationis verbi vtilitas vt ex illis liberaret eos qui legi ſeruilter obſtricti te
tur, qui etiam mortẽ ipſam ſubire dignatus eſt, vt ab
nos liberaret. Fact⁹ eſt ergo ſub lege, id eſt, ſub legi
re, ſicut etiam mortalis noſtræ naturæ neceſsitatib
ærumnis ſe ſubiecit (ſicut dictũ eſt) nõ quidẽ vt ab ip
ge expiaretur, ſed vt eos qui ſub lege erãt redimere

ca

catores,ſcilicet qui per eam mundari non potuerunt,quę peccatum quidem oſtẽdebat, ſed qua peccatũ vitaretur & vinceretur, auxiliatricem gratiam non conferebat.

¶Aduerte quòd quum dixiſſet factum ex muliere, factum ſub lege,mox duo his correſpondentia ſubiecit,videlicet primum, vt eos qui ſub lege erãt redimeret,id eſt, à legis onere(vt iam dictum eſt)& ideo factũ dicit ſub lege. Alterum:vt adoptionem filiorũ reciperemus per ipſius gratiam & interuẽtum apud patrẽ,& ideo dicit factum eſſe ex muliere, vtique verum hominis filium.

*Adoptio filiorũ opus totius trinitatis.*

¶Nihilominus tamen hæc ipſa adoptio totius opus eſt trinitatis:patris,vt authoris:filii,vt mediatoris:ſpirit⁹ ſancti, vt huiuſmodi filiorũ ſanctificatoris & diſpoſitoris, vt adoptione iſta ſint nõ indigni.Factus eſt ergo vnigenitus dei ex muliere filius hominis,&hominum frater, vt viciſſim nos per ipſum filii dei efficeremur. Quotquot enim receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri.

*Ioan.1.*

Vt ergo homines ex deo per incorruptibile ſemẽ verbi dei viui & permanentis in æternum naſcerentur, prius ex homine natus eſt deus.

*1.Pet.1.*

Quod etiam Ioan. Apoſt.inſinuans quum dixiſſet, quòd dei filius dedit poteſtatem in ſe credentibus filios dei fieri,modũ ilico ſubiunxit,dicẽs :Qui non ex ſanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,ſed ex deo nati ſunt.

*Ioan.1.*

*Modus quo ex deo renaſcimur.*

Non enim per carnalem generationem,quæ eſt ex ſanguinibus,aut ex voluntate vel concupiſcentia carnis viri vel fœminæ,efficimur filii dei,quum naſcamur natura filii irę,ſed per generationem ſpiritualem(vt dictum eſt.)

*Epheſ.1.*

¶Et ne de hac ſpirituali generatione inſolita mireris,aut dubites, audi quod eſt mirabilius. Subdit enim Euangeliſta:Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

*Ibidem.*

Ac ſi dicat:Non eſt quòd mireris ſi homines filii dei efficiantur,quum deus ipſe(quod longè magis admirandum atque ſtupẽdum eſt) dignatus ſit homo fieri, & verus filius hominis.

¶Et ne fortè terrigenas dubites, aut diffidas poſſe habitare in domo domini in terra viuentium,ne inquam,modicæ fidei homo de tanta promiſſione vacilles,ecce verbum caro factũ eſt,&habitauit in nobis. Siquidem in ter

*Baruch.3*

rā viſus, eſt & cum hominibus conuerſatus eſt. Nos ia
gratuito beneficio & mera dignatione filii dei ſumus, il
autem natura filius eſt, qui hoc eſt quod pater. Ego, inqu
& pater vnum ſumus. Vnicum enim filium deus habe
quem de ſua ſubſtātia genuit ſibi coæqualem, nos aute
non de ſua ſubſtantia genuit, creatura nempe ſumus, q
non genuit deus, ſed fecit. Attamen iam nos tanta dig
tione præuenit, vt nos voluntariè verbo veritatis ſuæ
nuerit, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius, id eſt no
Ioan. 8. progenies, & filii de nouo in gratiam adoptionis adſc
Iacob. 1. Quoniam verò per ſpiritum ſanctum, vt dictum eſt, m
diatore filio præparamur, ideo tāti patris filii effecti, ta
magnifico iam munere dotamur, vt tanto patre ſimus
indigni. Vnde ſubdit conſequenter, dicens:

*Quoniam autem eſtis filii dei, miſit deus ſpiritum filii ſui in co*
*da veſtra clamantem, Abba pater.*

Filios Dei duoprobāt ¶Dicet forſan aliquis: Vnde perſ. icuum eſt deum
in filios adoptaſſe? Hinc ſanè, quòd alio loco dicim
Galat. 3. Chriſtum induiſſe. Quotquot inquiés in Chriſto bapt
ti eſtis, Chriſtum induiſtis, qui eſt dei filius. Ibidem &
patefacit, quia ſpiritum accepimus, qui in cordibus
ſtris diuinitus afflatis nos deum patrē appellare edo
Quod fieri nullo modo poterat, niſi eſſemus adopt
dignati. Quum enim gratia promouente ſpiritus filii
ſpirat in cordibus noſtris, ex cuius virtute deum, n
vt dominum, non vt regem, non vt creatorem, ſed q
dulcius, & omniū dulciſsimū eſt patrē fiducialiter ap
lamus, talis cordis clamor teſtimonium efficax & e
Roma. 8. ſignū eſt, quòd ſum⁹ filii dei. Quicunque enim ſpiritu
Ibidem. aguntur, hi filii dei ſunt. Et ſubdit Apoſtolus dicens:
enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore, ſe
cepiſtis ſpiritū adoptionis, in quo clamam⁹, Abba p
Ipſe enim ſpiritus teſtimonū reddit ſpiritui noſtro, q
ſumus filii dei. Ex dictis patet, quòd ſpiritus ſanctus c
Per atteſtationem ſpiritus ſancti pbatur filii dei. munis eſt patris & filii ſpiritus, & quādo mittitur à p
non minus etiam à filio mittitur.
¶Cæterùm creatura fragilis quum ſimus & peccat
qua fiducia tanto poſſemus patre gloriari, ſi non ille
teret ſpiritum filii ſui in corda noſtra clamantem, i

cla

clamare & inuocare docétem, Abba pater, Duę dictiones ſunt idem ſignificantes. Abba Hebręum eſt & Syrum: pater Græcum, quo & Latini vtuntur. Nõ autem otioſè duarum linguarum verba Apoſtolꝰ poſuit idem ſignificátia, ſed hoc fecit propter vniuerſum populum, qui de Iudęis & Gentibus in vnitaté fidei vocatus eſt, id eſt, vt Hebręũ verbum ad Hebræos, Gręcum ad Gẽtes pertineat. Vtriuſque verò verbi eadem ſignificatio ad eiuſdem fidei & ſpiritus pertinet vnitatem.

*Abba pater quid importet.*

¶Proinde clamor iſte non vocis eſt omiſsio magis, ſed agnition s dei, vel interioris confeſsionis, & intentionis magnitudo, quem clamorem dei ſpiritus efficit in nobis, teſtimonium perhibens ſpiritui noſtro quòd ſumus filii dei. Quoniam verò concedens non eſt tanti patris filios obnoxios eſſe ſeruituti, ſed eſſe liberos, & ſolidum aliquid ac grande, non autem inane aliquid expectare, quod ſibi conferatur ab eo, qui iam hoc dedit vt ſint filii. Ideo ſubdit:

*Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per deum.*

¶Ac ſi ex præcedentibus concludendo dicat: Ergo qui Chriſti ſpiritum habet, hic non eſt ſeruus peccati, nec legis, hoc eſt, per timorem legi ſubiectus, ſed filius, ſeruiẽs ex dilectione & charitate perfecta, quæ foras mittit timorem. Quòd ſi filius, vtique & hæres vitæ æternæ, non tamẽ ſuo merito, ſed per deum, id eſt gratia dei, per quem eſt redẽptus. Nec rei alicuius friuolę hæres eſt, ſed ipſius dei. Vnde ait Propheta: Quid mihi eſt in cœlo? quaſi dicat. Sine te deus, illic nihil requiro, & multò minus in terra. A te, inquit, quid volui ſuper terram?

*1. Ioan. 4.*

¶Quid autem requireret, mox ſubiecit, dicẽs: Deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Et iterum: Vnam, inquit, petii à domino, hanc requiram. Et hæc nobis cum vnigenito dei patienda eſt hæreditas. Si enim, inquit, filii ſumus, vtique & hæredes, hęredes quidem dei, cohęredes autem Chriſti.

*Roma. 8.*

## DOMINICA INFRA octauam Epiphaniæ.

Rom. 12. *O*bſecro vos fratres per miſericordiam dei, vt exhibea
*corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo place*
*tem.*

¶In hac lectione hortatur Apoſtolus primò, quatenus n
ſtra corpora deo hoſtiam offeramus. Secũdò, quatenus
li etiam ſpiritum noſtrum in obſequium & ſacrificiũ e
beamus. Primũ facit à principio lectionis. Secũdũ, ibi: 
nolite conformari huic ſeculo, ſed refor.

¶Circa primum dicit: Obſecro vos per miſericordiã d
&c. Vbi tria nobis ſunt cõſyderãda. Primũ eſt, ſuadela
nigna. Secundũ eſt, oblatio digna. Tertium eſt, diſcreti
moderatio ſeruanda. Secundum ibi: Vt exhibeatis, Te
ibi: Rationabile obſequium veſtrum.

*Benignitas ſuadelæ Apoſtoli.* ¶Primum, ſcilicet ſuadela benigna patet ex tribus. P
mò ex obſecrationis humilitate. Quum enim diuinitꝰ
bi conceſſa authoritate præcipere potuiſſet, maluit ob
crare, ſciens nimirum quòd remiſsius impetranti, mel
3. Re. 11. obeditur. Contrà, Roboam filius Salomonis, ſupplica
populo ſuperbè & imperioſè reſpõdẽdo, amiſit regn
ſuper decem tribus Iſrael. Generoſus ſiquidẽ eſt ani
2. Cor. 4. hominis, & ſponte maluit ſequi, quàm trahi. Ait er
Obſecro vos, q. d. nõ per authoritatẽ impero, tametſi
bis ſum Apoſtolus à deo miſſus, & legatione fungens
Chriſto, ſed quaſi ſocius ſocios obſecro, & exoro.

¶Secundò idem patet in dulcedine fraternæ appell
nis. Fratres enĩ eos appellat, ac ſi dicat: Germana ch
tas ad hoc me inducit, vt vos commonefaciã, & exho
ad ea quæ ſunt ſalutis. Vos itaque me vt fratrẽ accipit
Chriſti charitate germanos vos mihi eſſe oſtẽdite, m
monitis acquieſcendo, ſalubre id eſſe credentes, quo
germana charitate fratribus ſuis conſulit frater. Appe
autẽ eos fratres nõ carne, ſed fide, memor verbi dom
dicẽtis: Omnes autem vos fratres eſtis, Vnus eſt enim
Mat. 23. ter veſter qui eſt in cœlis.

¶Tertiò hoc ipſum patet, ex obteſtatione diuinæ m
*Cur per miſericordiã dei rogat.* rations, quum obſecrat per miſericordiam dei. Nam
miſericordiam inter ſe & illos proponit mediatricẽ
ob illam acquieſcant obſecranti, vt nihil agãt quo ſe
miſericordia faciant indignos. Ac ſi dicat: Per dei miſ

cordi

cordiam qua ſaluati & redẽpti & vocati eſtis, qua & nũc & in futurum ſemper opus habetis, vt æternam ſalutem cõſequamini, per quã & ego qui fui perſequutor & blaſphemus,& contumelioſus, gratiam & Apoſtolatum adeptus ſum,per hanc, inquam, dei miſericordiam obſecro vos,& qui credit eã ſibi eſſe neceſſariam,hãc in mea non contemnat obſecratione. Nam qui per dei miſericordiã poſtulantem contemnit, conuincitur contemnere & ipſam.Proinde meminiſſe vos condecet eius quæ per dei filium vobis miſericordia facta eſt,vt de tãta gratia vos illi gratos eſſe probetis,illud dicentes quod ſalutis ſuæ pręſuli archangelo Raphaeli adoleſcẽs nõ ingratus ait: Si meipſum tradam tibi in ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. *1.Tim 1.* *Tob. 9*

¶Circa ſecundum,quod eſt oblatio digna,ſubdit,dicens:

*Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,deo placentem.*

¶Vbi conſyderandum eſt, quòd multiplex deo ſacrificiũ debemus. Primò enim debem⁹ ſacrificium bonæ voluntatis,quòd vtique nobis pacem cum deo cõciliat,atteſtãtibus angelis qui nato domino canebant dicentes: In terra pax hominibus bonę voluntatis.Sine hac,nihil deo gratum offertur,ipſa verò & per ſe accepta eſt,dicente Apoſtolo:Si voluntas prompta eſt,ſecundum quod habet accepta eſt,non ſecundum id quod non habet.Vnde & beatus Auguſtinus ait:Coronat deus bonam voluntatem,vbi nõ inuenit operis facultatem.Hinc etiam per prophetam dicitur:In me ſunt deus vota mea,id eſt,bonæ voluntatis deſyderia,quæ reddam, laudationes tibi. *Quintuplex ſacrificium deo debitum.* *2.Cor.4.* *Auguſt.*

¶Secundò debemus ſacrificium cõpunctionis ſeu contritionis cordis,de quo ſcriptũ eſt, Sacrificiũ deo ſpiritus cõtribulatus,cor contritũ & humiliatum deus nõ deſpicies.

¶Tertiò ſacrificium laudis,de quo dominus per eundem prophetam, loquitur dicens, ſacrificium laudis honorificabit me.Et rurſum idem Propheta ait:Immola deo ſacrificium laudis.Et iterum laudis materiam oſtendens:Dirupiſti,inquit,vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Tranſito ſiccis veſtigiis mari rubro de AEgyptiis in mari demerſis, filii Iſrael liberatori ſuo deo,laudis hoſtiam *Exod.15.*

offerentes,dicebant:Cātemus domino,glorioſè enim ho
norificatus eſt.Hæc autem illis in figura contingebant,
propter noſtram doctrinam ſcripta ſunt, qui per ſangui
nem Chriſti (quaſi agni ſine macula) peccatis noſtris
morte ipſius extinctis, à diaboli tyrannide liberamur.
Quamobrem æquum eſt,vt per ipſum offeramus hoſtiam
Heb.13. laudis ſemper deo,id eſt,fructum labiorum confitentium
nomini eius.

¶Quartò, debemus offerre deo ſacrificiū bonę operatio
nis,iuxta quod nobis dicitur per Prophetā:Sacrificate ſa
crificiū iuſtitiæ,& ſic demū poteſtis rectè ſperare in do
Eccle.35. no. De quo ſacrificio per Sapientē dicitur:Sacrificiū ſalu
tare eſt,attendere mādata,& diſcedere ab omni iniquita
te. ¶Quintò, ſupereſt ſacrificium mortificationis,ſeu ma
cerationis cupiditatum noſtrarū malarum,& cōcupiſcen
tiæ carnis,quæ aduerſus ſpiritū concupiſcit. Ad quod of
ferendum deo, Apoſtolus hoc loco nos hortatur, vt vide
Magorum oblatio nobis imitanda. licet exhibeamus corpora noſtra hoſtiā viuētem, ſanctam,
deo placentem.Et quidē opportunè.Recolitur enim hoc
tempore in eccleſia pia ac myſtica Magorum ex ſuæ fidei
theſauro facta Chriſto oblatio, quaten⁹ & ipſi illorum ex
De ſacrificio mortificationis. xemplo informati,munera noſtra deo offeramus.

¶Monet autem nos eorum oblatio, vt mortificationem
propriæ carnis, Chriſto domino tanquam myrrham pri
mùm offeramus, exinde renouationē, ſeu reformationem
mentis,quæ per orationis ſtudium vel maximè obtinetur
& ſignificatur per oblationem thuris. poſtremò fraternæ
dilectionis vnanimitatem quaſi aurum.

¶Itaque de primo dicit: Exhibeatis corpora veſtra hoſtiā
viuentem,ſanctam,deo placentē. Inter illos enim,quibus
hæc Apoſtolus ſcribebat, nonnulli erant qui Ieroſolymis
in tēplo legales hoſtias Iudaico ritu deo obtulerāt, quos
hîc hortatur vt iam non boues,non hircos nō arietes, ſed
magis ſemetipſos hoſtias ſpirituales offerāt deo,offerant
iam hoſtias viuas,qui mortuas ante obtulerant.

Iudaica ſacrificia cur abrogat. ¶Illæ nempe veteres hoſtiæ carnales erant, & nunc
peruacuæ ſunt & vanæ,imò mortuæ,& prorſus abrogatæ
ex eo tēpore quo per Chriſtum paſſum (quem antè pre
ſignauerant aliquando paſſurum)implete ſunt. Quas

quis adhuc ſacrilego ritu offerre prçſũpſerit, impiè blaſphemus,negat per eas Chriſtũ Ieſum fuiſſe & eſſe humani generis promiſſum patribus , & per legẽ & prophetas prænunciatũ redemptorẽ,affirmãs per huiuſcemodi ſacrificia věturum,qui venit. Quia enim illa ſacrificia vmbra erant venturi ſaluatoris,eo iam præſente ipſa neceſſe eſt prçteriiſſe,ſicut illi⁹ vmbra iam præterit qui à luce aduenit .Siquidem vmbra præcedit corporalem præſentiã rei cuius eſt,ſi à lumine ipſe procedat.

¶Itaque iam non placant huiuſcemodi hoſtiæ Iudaicæ, *Iudaicæ hoſtiæ deo deteſtabiles.*
ſed negant,ſed blaſphemant & prouocant deum,vnicum & verũ eius filium Ieſum Chriſtum. Vnde & per Eſaiam, ſacrilegas eorum hoſtias deteſtans:Quo mihi inquit,multitudinem victimarum veſtrarum,dicit dominus: Plenus *Eſa. 1.*
ſum.Quis quçſiuit hçc de manibus veſtris?Et rurſum alio *Eſa. 66.*
loco:Qui immolat bouem,inquit,quaſi qui interficiat virum.Qui mactat pecus,quaſi quis excerebret canẽ. Qui offert oblationẽ, quaſi qui ſanguinẽſuilium offerat. Qui recordatur thuris,quaſi qui benedicat idolo . Hæc omnia elegerunt in viis ſuis , & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſiones eorũ & quæ timebant adducam eis.

¶In qua prophetia Iudaica hoſtias & fidei cõtemptum,& obſtinatam in erroribus mentem planè abominatur & reprobat dominus . Quibus rurſũ per Malachiã clamat,di- *Malac. 1.*
cẽs:Nõ eſt mihi volũtas in vobis,dicit domin⁹ exercituũ, & munus nõ ſuſcipiã de manu veſtra.Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum,magnũ eſt nomen meũ in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda,ea ſcilicet ad quã deo offerẽdã hoc loco nos hortatur Apoſtolus,dicens:Exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem,&c. Acceptã quippe deo hoſtiam offerimus,dũ carnalium deſideriorũ vitia in nobiſipſis mortificamus.

¶Sanè par eſt,vt noſipſos deo totos offeramus,videlicet *Cur nos ipſos offerre deo debemus.*
tum propter debitum compenſationis. Nam ipſe dei fili⁹ dedit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Tum propter debitũ ſatisfactionis, vt per quæ peccauimus,per hæc nos pœnitere probem⁹,ſicut & alio loco ait: Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire *Ephe. 5.*

*Roma.6.* immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc e-
hibete membra veſtra ſeruire iuſtitię in ſáctificatione
Tum propter debitum ſubiectionis. AEquum enim, im
debitum eſt, vt ſpiritui caro & totus homo deo ſubiect
*Exod.10.* ſit, ne fortè nobis à domino dicatur: Vſquequo non vi
*Eccle.51.* biici mihi? Itaque ſecundum ſapientis conſilium: Coll
tuum ſubiice iugo eius, offerédo temetipſum domino
ſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem.

¶Qualiter autem ſit hæc hoſtia noſtra ſacrificanda atq
immoláda deo, lex ipſa quæ ſpiritualis eſt, & ſpiritual
*Leui.1.* à nobis requirit intellectum oſtendit, vbi in ea ſic ſcri
*Immolandæ hoſtiæ legitimus ritus.* eſt: Detracta pelle hoſtiæ, artus in fruſtra concident, &
biciét in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſit
mébra quæ cæſa ſunt deſuper ordinantes, caput videli
& cuncta quæ adhærent iecori, inteſtinis & pedibus la
aqua, adolebitq; ea ſacerdos ſuper altare in holocauſt
*Hoſtiæ pellis detrahitur.* & odorem ſuauem domino.

¶Ex quibus aduertere eſt legitimum deo ſacrificand
tum. Primò enim hoſtiæ pellem detrahere debemus,
*1.Re.15.* vtique detrahimus, quádo in exterioribus nō gloria
Hanc pellem exuere Saul recuſauit. Qui quum pro
*Saul cupidus vani honoris.* inobediétiæ culpam, & dei gratia pariter & regno
bus haberetur, & id ſibi per Samuelem Prophetam
tuiſſet, ait ad illum: Sed nunc tantùm honora me co
nioribus populi Iſrael, vtique gloriam quærens ab h
*Ioan.5.* nibꝰ, quòd gloriá quę à deo eſt, perdidiſſet. Vnde do
ad Iudęos loqués ait: Quomodo vos poteſtis creder
gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſol
eſt non quæritis? In pelle nihilominus & hi gloriá
quibus per Prophetam dicitur: In multitudine diuit
ſuarum gloriantur. Equidem ineptè & vanè. Aurum
& argentum, & ſimilia, res inanimatæ quum ſint, nul
cto fieri poteſt vt homini (qui intellectualis natura
quicquam adiiciant dignitatis. Sequitur.

*Artus in fruſta concidere.* ¶Artus in fruſta cócidet, Artus ſpiritualitualiter in
concidimus, quum ſingulorum membrórum vitia p
ſciplinæ cuſtodiam reſecamus. Nam quid prodeſt
lutem reſecare vitium fornicationis & luxuriæ, ſi ti
ſerues maculam impudicę vel mentis, vel linguæ?

pr

prodeſt cuſtodire à maleficio manus, ſi mẽs, oculus vel lĩ
gua ad inconceſſa vagantur? Vnus ædificãs, inquit Sapiẽs *Eccle. 34.*
& vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Auferte, in *1. Cor. 5.*
quit Apoſtolus, malum ex vobis. An neſcitis quia modicũ *1. Reg. 13*
fermenti totam maſſam corrumpit?
¶Amalech totus iubetur vſque ad internecionẽ deleri, id *Amalech*
eſt, ipſa carnalis vita, quæ ducitur in peccatis. (Amalech e *delendus*
nim gẽs bruta interpretatur) Nõ enim in aliqua ſui parte *totus.*
dũtaxat, ſed prorſus tota deleri debet. Quod facere iuſſus
in figura tantũ rex Saul, quia facere noluit, regnũ cũ vita
amiſit. Quoniã vero nõ propter popularẽ gloriam hęc fa
cienda ſunt, nec propter lucrũ rei temporalis, ſed intuitu
ſolius dei, poſt præmiſſa continuò lex ſubiunxit:
¶Et ſubiiciẽt in altari ignem, id eſt, in corde dei amorem. *Subiicere*
Et membra quæ cæſa ſunt deſuper ordinabunt, honeſtate *in altari*
congrua ſeipſos coram deo & hominibus componentes. *ignem.*
Siquidem amictus corporis, & riſus dentium, & inceſſus *Eccle. 19.*
hominis, enuntiant de illo. Sequitur:
¶Caput & cuncta quæ adhærent iecori, id eſt, intentionẽ *Caput &*
& affectiones omnes: cum inteſtinis, id eſt, cogitationib⁹ *quæ adhæ*
mentis: lotis aqua, id eſt, lachrymarum profuſione mũda- *rent iecori*
tis. Et hæc omnia ſacerdos, id eſt, quilibet fidelis deo dedi *moraliter.*
tus, feruẽti oratione, quaſi thuris fumo redolẽtis, deo cõ-
mendans adolebit in odorem ſuauem domino.
¶Docet ſubinde Apoſtol⁹ hoſtiã noſtrã debere eſſe viuẽ
tem, ſanctã, & deo placẽtẽ. Hoſtia nẽpe quã de nobiſipſis *Hoſtia ſit*
immolamus & offerimus deo, tũc viua eſt, quandoquidẽ *viuens.*
homo & ab hac vita nõ deficit, & carnalib⁹ vitiis ſe occi
dit. Verbi gratia: Qui impudic⁹ fuerat, efficitur caſt⁹: Qui
antè ſuperbus extitit, modò factus eſt humilis: Qui auar⁹
erat & iniquus, beneficus & iuſtus factus eſt. Moritur, in-
quam, de hoſtia vitiis & virtutibus animi viuit.
¶Porrò vitam huius hoſtiæ probãt ſenſus dilectionis, &
operationis ſanctæ motus. Olim Iudaico ritu hoſtia oc- *Hoſtia Iu*
cidebatur, vt per hoc homines propter peccatum æternę *daica mor*
morti obnoxii eſſe ſignificarẽtur: nũc verò quia per Chri- *tua, noſtra*
ſti gratiã purificati à peccato, à morte ſecunda liberãtur, *viuens ſit.*
conuenit eos viuam offere hoſtiam, deo. Cuius etiam ho
ſtiæ vita, ſpem illis æternæ vitæ repoſitam deſignat. Ne-

 que

que enim corpora noſtra,ſed(vt dictum eſt) vitia co
rum immolare iubemur.

¶Deinde docet hoſtiam noſtrá eſſe debere ſanctam,
*Hoſtia noſtra ſit ſãcta.* ſicut alibi,ait: Tẽplum dei ſanctum eſt,quod eſtis vo
iterum:Neſcitis quia corpora veſtra tẽplum ſunt ſpi
ſancti?Oportet igitur ſancta eſſe corpora noſtra,nõ
*1. Cor.3.* quia dei ſunt hoſtiæ & ſacrificia, ſed etiã quia dei ha
*1.Cor.6.* cula ſunt.Non enim habitat in corpore ſubdito pecc
Quoniã verò ſanctum in vna ſuarum ſignificationũ,
*Sapien.1.* eſt quod firmũ,oportet hoſtiã noſtram,id eſt, noſipſ
mos eſſe,non de illorũ numero qui ad tẽpus credunt,
*Luc.3.* tẽpore tentationis recedunt. Hoc enim inter ſapien
*Inter ſapientem & ſtultum hoc intereſt.* ſtultum intereſt,q̃(ſicut ſcriptũ eſt)Stultus vt luna m
tur,ſapiẽs autem permanet vt ſol. Sed ad perfection
tutis peruenire non valet, niſi qui in propoſito & ex
tio ſanctitatis cõſtans fuerit& perſeuerãs. Niſi enim
*Eccle.27* continuato fotu ouis ſuis incubet , nunquã ex illis
*Simile.* viuus producetur,ſed ipſa potius oua corrumpentur
ribunt. Tene ergo quod habes,ne alius accipiat coro
tuam. Et vt propheta monet,expecta dominum, vir
*Apoc.3.* age,& cõfortetur cor tuũ,& ſuſtine dominum. Nec
*Mat. 10.* niſi qui perſeuerauerit vſque in finem,ſaluus erit.

¶Tertiò, dicit hoſtiam noſtrã debere eſſe deo place
*Hoſtia noſtra ſit deo placens.* videlicet per ſanctam intẽtionem, & oculum men
plicem,in ſolũ deum intendentem , & omnia bona
ipſum referentem, ſecundũ Apoſtoli doctrinã,qua
Siue comedatis,ſiue bibatis,ſiue aliud quid facitis,o
in gloriam dei facite. Sed inter hæc aduertendum e
*1.Cor.10* nonnullos qui minimè in deũ,ſed magis in ſeculum
*Intentio cordis varia.* tota mentis intentione feruntur , qui non propoſu
deum ante conſpectum ſuum, quorum animæ faci
ſcura prorſus & deformis eſt. Auerſi ſunt enim à lu
animã decorante,quomodo luna à ſole auerſa ecly
*Simile* id eſt,defectum luminis patitur,& penitus nõ com

¶Sunt & alij,qui tametſi in deum intendunt , non
propter deum, cuiuſmodi ſunt hypocritæ & ſanctita
mulatores,& etiam hi qui amore mercenario deu
lunt,quales erant Iudæi , legem domini propter te
lia bona ſeruantes,& quicunquè propter adipiſcend

pe

poralia bona, vel propter mala temporalia vitãda in deũ vel eius cultum intendere etiam hoc tempore videntur. Et nec iſti deo placent.

¶ Sunt autẽ & alii, qui licet in aliud à deo intendant, hoc tamen faciũt ꝓpter deũ, quales ſunt qui ſáctis actiuę vitę curis propter neceſsitatẽ vel vtilitatẽ ꝓximorũ ex charitate inſiſtũt. Qualis etiã illa erat, q̃ tametſi Chriſto hoſpite digna fuit, audiuit tamẽ: Solicita es, & turbaris erga pluriã

¶ Nonnulli verò tota vi mẽtis, & ſimplici oculo in ſolum deum intendunt, nec propter aliud à deo, ſicut de diſcipulis, qui Chriſti gloriam in Thabor videre meruerunt, ſcriptum eſt: Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt niſi ſolum Ieſum. Horum interior facies diuino lumine irradiata, tota eſt decora. *Luc.10.* *Mat.17.*

¶ Ex quorũ perſona Apoſtolus ait: Nos tamẽ, reuelata facie, gloriã domini ſpeculãtes, in eandẽ imaginẽ transformamur à claritate in claritattem, tãquã à domini ſpiritu. Talis anima audire meretur: Tota pulchra es amica mea & macula nõ eſt in te. Iſti procuľdubiò exhibẽt ſe deo hoſtiã, nõ modò ſanctã & viuentem, ſed etiã deo placẽtem. *2.Cor.3.* *Cant.4.*

¶ Circa tertiũ, quod eſt diſcetionis moderatio ſeruanda, circa noſtrę hoſtię oblationẽ dicit cõſequẽter Apoſtolus.

*Rationabile obſequium veſtrum.*

¶ Rationabilis ſanè & omnino iuſta ſeruitus illa eſt, quã æquiſsimo iure deo nunc perſoluere iubemur. Iudæorum autem quõdam obſequium iccirco irrationabile quodãmodo fuit, quòd inuiſibili & incorporeo deo per odorem ſacrificiorum & ſanguinolentas victimas putabãt ſe placere, & à peccatis ſuis per eas mũdari. Neque enim ad rationẽ pertinet, vt rationalis creatura irrationalia pro ſe trucidet pecora, & offerat deo. Sed rationabile obſequiũ eſt, vt deo qui eſt ſpiritus, mortificatis vitiis, ipſa humana mens offeratur. *Diſcretio obſeruanda.*

¶ Sed quare deus carnales illas hoſtias afferri ſibi præcepit, ſi per illas placatus non reddebatur offerentibus? Reſpõdetur ob duas præcipuè cauſas huiuſcemodi victimarum oblationem à deo fuiſſe illis præceptam. Primò quia proni ſemper erant ad idololatriam, à qua per huiuſcemodi ſacrificia retinebantur. Tolerabilius autem fuit *Hoſtias illas cur ſibi deus offerri præcipit.*

*Sacrificiũ Chriſti præfigurãdum.* deo quàm dæmoniis offerri res illas quæ à deo erát c
tæ. Secundò, propter præfigurandum verum illud & ſ
ficum ſacrificium, quod venturum erat in mundum, q
eſt ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus, deus & homo,
*1.Pet.2.* & hominum mediator, qui ſemetipſum offerẽdo per
in corpore ſuo ſuper lignum peccata mundi.

¶ Dignum enim erat, vt venerandum illud & ſing
ſalutis mundi ſacrificium & pretium redemptionis
uerſorum, qui ſaluati ſunt ab initio, & vſque in finẽ
ſi ſalui fient, longè priuſquam aduenirent, venturũ
libus illis ſacrificiis prænũtiaretur, vt & priuſquã ve
agnoſceretur, (notitia ſaltem imperfecta, & quę in ſ
poteſt haberi, quæ nihilominꝰ etſi imperfecta eſſet,
libus tamẽ illius temporis ad ſalutẽ ſufficiebat) & m
donatum & miſſum venerabilius ſuſciperetur, & fa
*Iuge ſacrificiũ quid portendebat.* per fidẽ id quod eſt, eſſe crederetur. Quid enim ali
gis illius ſacrificii oblatio portendebat, quàm futuri
quòd ipſe Chriſtus dominus (qui eſt ſacrificium no
& ſacerdos in æternum) in ſacratiſsimo Euchariſtię
mento pro ſalute fidelium iugiter offerretur?

*Rationabile obſequium.* ¶ Cæterùm quum præcipit rationabile eſſe obſequi
ſtrum, virtutem nobis diſcretionis cõmendat. Bonu
ſal. Nam vti cibus inſulſus inſipidus eſt, & mox ſu
dium generat: ſic etiam obſequium noſtrum, niſi di
tionis ſale condiatur, omnino ingratum deo eſt, & r
*Leui. 2.* tur. Nec enim ſine ſale hoſtia ſecundum legem po
ferri. Quũ ergo hortatur Apoſtolus corpora noſtra
tionem nos deo offerre, per carnis macerationẽ &
tificationẽ, adiiciendũ putauit diſcretionis modũ, di
Rationabile obſequiũ veſtrũ, vt ne quid nimis & n
*Indiſcretionis vitium.* defectu nõ cogãtur corpora diſſolui, ſed vitiis mo
nem quippe ſpiritui noxiis rebellem cõcupiſcẽtiis,
ratè coercere docuit. Nã ſi indiſcreto feruore vſque
modum exceſſeris, vt fatiſcens corpus deficiat, vbi
*Lamech. Simile.* ſtem ferire putabas, ciuem oppreſſeris: & neſcis La
(ſicut tradunt) putans ſe feram iaculo cõfigere, h
interemit. Caligabant enim oculi eius.

¶ Proinde corpus tuum quaſi ægrum tibi commen
puta, cui & noxia cupienti neganda ſunt: ſalutaria
perhor

perhorrenti, ingerenda vel inuito. Ex quibus colligi poteſt, quòd diſcretio non tam virtus eſt quàm cæterarum animi & corporis virtutum moderatrix, & rectrix morũ. Hanc ſuſtuleris, & virtus vitium erit. Vnde & per ſapientem dicitur: Agnoſce diligenter vultum pecoris tui. Corpus tuum pecus aut iumentum tuum eſſe puta, cui nõ modò onus & virgam, ſed & pabulum debes. *Diſcretio cæterarũ virtutum moderatrix.* *Eccle. 33.*

¶Proinde prudens citharœdus non ſemper ſtringendo, ſed etiam interdum remittendo, chordas ad reſonantiam cõtemperat. Quæ enim remittuntur chordæ, intendi denuò poſſunt. Si ſemper ſtrinxeris, tandẽ omnia fracta diſſiliant neceſſe eſt. Rurſus qui per numeros muſices in altum conſcendere cantando nititur, non ab alto debet, ſed ab imo vel mediocri inchoare, ne ſi altiſsimè intonauerit vltra non poſsit aſcendere. *Simile.* *Simile.* *Indiſcretionis vitio ſtulti.*

¶Nonnulli in feruore ſpiritus in initio cõuerſionis à ſemetipſis ſupra vires exegerũt, vnde poſtmodum inutiles effecti, nihil ſibi non permittunt. Illic indiſcreto feruore ſtulti & vani, hîc autem omnia ſibi licere arbitrantes, carnales effecti, & traditi in reprobum ſenſum, neutrobique idonei ad virtutem. Circa nanque vel vltra medium (quo virtus conſiſtit) ſemper errantes, in vitium dilabuntur. Iuxta quod per quendam ſapientem dicitur:

Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt. *Horatius.*

## HOMILIA SECVNDA.

ET *nolite confirmari huic ſeculo.*

¶In præcedentibus monuit nos Apoſtolus, quatenus corpora noſtra deo hoſtiam offeramus: hîc hortatur quaten⁹ ſpiritum noſtrum in obſequium deo & in ſacrificium offeramus. Quocirca tria docet. Primò, qualiter debemus ſpiritum noſtrum deo offerre. Secundò circa hoc docet diſcretionis moderamen obſeruare. Tertiò, ad membrorum vnius corporis ſimilitudinem docet proximum diligere. Secũdum ibi: Dico enim per gratiá. Tertium ibi: Sicut enim in vno corpore.

¶Circa primum dicitur: Et nolite conformari huic ſeculo, vbi tria docet, Primò quid refugiendum. Secũdò, quid ſit amplectendum. Tertiò, quid ſit reperiendum. Quaſi hæc tria iubeat: Refuge ſeculi conformationem, Amplectere

ctere mentis renouationem. Experiri diuinæ volunta
adimpletionem. Secũdum, ibi: Sed reformamini. Tertiu
ibi: Vt probetis quæ.

¶Circa primum dicit: Et nolite conformari huic secul
Antè iuſſerat corpus in ſacrificium offerre deo, (ſicut d
ctum eſt) hîc animam. Si enim corpus hoc noſtrum (q
tanquam ſuo inferiore, puta famulò, vel inſtrumento ſ
ritus vtitur, quum eius bonus & rectus vſus ad deũ ref
tur) ſacrificium eſt deo: multò magis ipſa anima tũ fit d
ſacrificium, quum igne diuini amoris accenſa, formá c
cupiſcentiæ ſecularis amittit, & ſe referens ei, tanqu
incommutabili formæ ſubdita reformatur. Nolite, inq
*Quid nomine ſeculi intelligendũ ſit.* cõformari huic ſeculo. Per ſeculũ intellige homines c
nali cõuerſatiõe prorſus ſeculo deditos, paganos, Iude
hęreticos, falſos Chriſtianos, quib⁹, inquit, nec aſsimila
nec aſſociari debetis, ne & eorũ inquinemini vitiis &
*Seculi cõditiones.* ſtris, & mũdi hui⁹ amici effecti, inimici dei cõſtituam

¶Habet autem hoc ſeculũ tria, videlicet, Durationis b
*1. Cor. 7.* uitatem, In rebus lætis inſtabilitatẽ, Fictionis decepti
& vanitatẽ. De primo dicit Apoſtolus alio loco: Præt
*Mat. 4.* enim figura huius mundi. Breue enim eſt omne quod
*Iob. 21.* ſtinat ad interitum, homo præſertim, qui tãquam fœn
*Eiuſdem. 14.* tanquam flos agri ſic effloret. Hodie eſt, & cras non c
paret, quia in clibanum mittitur. Ducunt, inquit, in bo
dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcẽdunt: breues e
dies hominis ſunt, dicentẽ propheta: Dies mei ſicut
bra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.

¶Quàm ergo deſipit homo mortalis, qui huius ſe
tranſeuntis breuitati ſe conformans, æternitatis obli
huius breuiſsimi temporis innititur imbecillitati. P
ſeculi huius breuitati ſe conformans, qui deficiẽte i
patientiæ & longanimitatis virtute, non perſeuerãt i
no vſque in finem vt ſalui fiant. Nec perſeuerãt ſemi
tes in lachrymis, vt aliquando ſine fine in gaudio me

¶De ſecundo, videlicet ſeculi huius in rebus lætis in
bilitate, hoc quod ſcriptum eſt accipi poteſt: Nunqua
codẽ ſtatu permanet. Quod licet de mortali homin
*Iob. 14.* literam dictum ſit, poteſt nihilomin⁹ & de hoc ſeculo
telligi, vbi non modò ipſa elementorũ facies aſsidu

t

tatur ſed etiam omnia quæ cœli ambitu cõtinentur, inter quæ homo ipſe potiſsima pars eſt. Quãuis autẽ ipſe ſubiaceat mutabilibus, facilè patet, ſi aduertas quã citò quã ſubito diuitiæ cum egeſtate, deliciæ cum calamitate, honores cum ignominia & abiectione, ſanitas cum ægrotatione, ſpes cum timore, gaudium cum mœrore, cum formidine & anxietate ſecuritas, denique vita cum morte quotidianis exemplis ocyſsimè commutatur. *Seculi rerũ, quanta & quam ſubita mutatio.*

¶Vnde non incongruè ſeculum hoc mari comparatur, in quo Daniel propheta quatuor vẽtos compugnantes in viſione conſpexit. Quòd ſi quæras quid ſit inſtabilius mari abeunti aſsiduè atque redeunti, vtique ſeculum hoc, & ipſius vani ſectatores, qui iugiter vt luna mutãtur, de quib⁹ per Eſaiam dicitur: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non eſt pax impiis, dicit dominus. *Dan. 7.* *Eſai. 57.*

¶Huic autẽ mutabilitati, ſubiiciũtur quicunque illo vno, quod ſolum ſufficit, ſine quo ſufficere nihil poteſt (quod & neceſſarium eſt) derelicto diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, errantes in veſtigiis dei, & amantes nutus eius præ illo, rebus infirmis & mutabilibus innitẽdo, motu ſuorum deſyderiorum aſsiduè circunacti mutãtur, quærentes ſibi requiem in omnibus, nec inuenientes, inquieti ſemper & inſtabiles, vt de quolibet eorum verificari poſsit, quod ait quidam: *Seculi mutabilitati qui conformentur.* *Horatius.*

Quod petiit ſpernit, repetit quod nuper omiſit,
Deſtruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

¶Sed quidni mutetur aſsiduè, cui amiſſo deo nuſquam bene eſt? Nam quo pacto poſſet ei bene eſſe, cui iugiter cum ſemetipſo rixa eſt, cui cũ ſemetipſo conſtat minimè? Sed tales ſunt ſeculi huius ſectatores, à quorũ imitatione nos dehortatur Apoſtolus, quum hoc quod prætulim⁹ dicit: Et nolite conformari huic ſeculo per inſtabilitatem iam dictam, ſed in bono conſtantes eſtote, & videbitis auxilium domini ſuper vos. *2. Pa. 20.*

¶De ſeculi autem huius ſimulatione & vanitate dicit propheta: Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mẽdacium? Poſuimus, inquiunt, mendacium ſpem noſtrã. Hinc rurſus per Ieremiã *Seculum hoc habet ſimulationem & vanitatem.* *Eſai. 28.*

domi-

*Iere.8.* dominus loquitur,dicens:Quare auerſus eſt populus iſ auerſione contentioſa? Apprehenderũt mẽdacium,& r luerunt reuerti.Et vtique ſeculum hoc mendacium & cus quidã eſt.Sui népe oſtentatione mẽtitur ſe eſſe qu non eſt.Nam quod promittere videtur, nõ perſoluit,& *Simile.* ſe ſperantes fallit vniuerſos.Baculus proinde arũdine eſt,qui ſub innitente cõfractus, acerbo vulnere pene manum eius.

*Seculi amatores falluntur. Lucæ.16. Luc.12.* ¶Hoc probauit diues quondam ſplendidus epulator, autem vnius guttæ frigentis aquæ nequicquam mẽdi & rurſum alius illi non diſsimilis,qui & ipſe ſeculo ſi & nixus mendacio dicebat animæ ſuæ,multa penes ſe na in annos multos eſſe repoſita, & idcirco comede, quit,bibe,requieſce,epulare:Sed miſerum vanitas( ſolet)fefellit,Nam dictum eſt illi à deo:Stulte hac n animam tuam repetent à te,quæ autem cõgregaſti c erunt?Promiſit ei ſeculum mendax longeuitatem,op tiam,ſecuritatem,voluptatem,ſed mẽtitus eſt promi fraudulentus. Recepit enim vitæ breuitatem, ſubita mortem, inopiam ſempiternam, formidinẽ,calami Huiuſcemodi vanitatis & mẽdacii ſectatores ſunt om *Iob.36.* mendaces,hypocritæ,ficti,ſimulatores & callidi,qui uocant iram dei,in quibus nihil eſt ſoliditatis,virtu hil. Nolite ergo conſormari huius ſeculi mendaciis & mulationi.

¶Circa ſecũdum, vbi docet quid ſit amplec dum,dicit:

*Sed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.*

*In natiuitate ſẽſus reformari quid ſit.* ¶Reformantur autem & renouantur, qui ſpretis ad virtutum ſtudia ſe totos cõuertunt. Reformamur inde in nouitate ſenſus noſtri per ſtudium lectionis meditationis verbi dei, quo ſenſus noſter interior notitia magis ſemper ac magis proficit & creſcit,c cet intelligendo quæ antè ei fuerant ignota , vel et ſalubriter appretiando & deſyderando,quorum nob tè cura non fuerat. Reformamur etiã in nouitate ſe noſtri, dum in opere bono proficimus. Nã quò mag quæ intelligendo didicimus,producimus in effectũ, intellectus noſter proficit vlterius & innouatur. Siq

int

intellectus bonus omnibus facientibus eum. Habenti da bitur, & abũdabit. Quiſquis autẽ ſe ab opere bono ocioſum ac ſterilem geſſerit, etiam id quod in intellectu habebat auferetur ab eo, iuxta quod ſacerdotib⁹ legis fructũ non facientibus à Chriſto dicitur: Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti faciẽti fructum eius. Nõ enim patitur dominus talentum ſuum apud ſeruum pigrum manere ocioſum. Luc 10. Matt. 21. Mat. 25.

¶Circa tertiũ, vbi docet quid ſit experimento diſcendum & cognoſcendum, conſequenter dicit:

*Vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta.*

¶Magnum profectò cœleſtis gratiæ munus eſt, diuinæ voluntatis beneplacitum agnoſcere. Nã huius rei gratia orabat dominum Salomon, dicens: Da mihi domine ſediũ tuarũ aſsiſtricem ſapiẽtiam, vt mecũ ſit, & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit corã te omni tempore. Ad hoc, inquit Apoſtolus, innouari vos volo ſpiritu, vt probetis, id eſt agnoſcatis quæ ſit voluntas dei. Is enim qui mẽtem gerit malefactis inquinatam, & peccati vetuſtate cõfectã, caligãte ſenſu, longè abeſt à diuinæ volũtatis cognitione, qua ſanè exigit deus vt in ſpiritus paupertate viuatur & luctu, vt ſis mitis & eſurias iuſtitiã, miſericors ſis & mũdo corde, & pacificus, perſequutionẽ nulli inferẽs, ſed magis ſuſtinẽs eã propter iuſtitiã. Etenim qui mẽte renouatur & animo, tenet profectò quod deus vult. *Noſſe volũtatẽ dei optandum eſt.* Mat. 5.

¶Diſtinguit autem tripliciter voluntatem dei, ſcilicet bonam, beneplacentem, & perfectam. Volũtas dei bona eſt vt quum ipſe viſitat in virga iniquitates noſtras, & in verberibus peccata noſtra, humiliter & patiẽter feramus, gratias agentes patri, quòd illi cura ſit de nobis: & medico animarum, quòd nos vtili & proſus neceſſaria potione (tametſi amara) reducit ad ſanitatem. Hęc enim dei volũtas de nobis bona eſt, tametſi plerique nolint intelligere. Denique vel tunc maximè bonam dei voluntatem in nobis agnoſcere debem⁹, quũ ea cõfert quæ in beneficiũ cedũt & in cõmodum noſtrum omnimoda oportunitate cõuertũtur, tum videlicet, quum operibus manuum noſtrarum benedicit, & poſſeſsio noſtra ſuo munere creſcit in terra *Voluntas dei bona.* 1. Pet. 5. Iob. 1.

morta

mortalitatis huius, & protectoré ſe nobis à malo, &
torem ac protectorem ad ea quæ bona & recta ſunt,
bere dignatur.

*Voluntas dei beneplacens.* *Mich. 6.*

¶Voluntas autem dei beneplacens quæ ſit, Micheas
pheta oſtendit, dicens: Indicabo tibi ô homo quid ſi
num, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iu
& diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cu
tuo. Vbi tria oſtendit quæ beneplacita ſunt deo. Prim
vt noſmetipſos iudicemus. Alterum, vt proximis mi
*Iob. 13.* mur. Reliquum, vt de cultu dei ſoliciti ſimus, ſe rui
cum timore, ſicut vir ſanctus de ſeipſo loquens ait: C
derans eum timore ſolicitor. Sed quia ſunt nonnul
na, quæ vel ratione temporis, vel perſonæ nihil plac
verbi gratia: bonũ eſt deo offerre incenſum. Ozias
quum id obtuliſſet, non placuit, imò fuit à deo lepr
cuſſus, quòd quum ſacerdos nõ eſſet, inconceſſum m
ſacerdotis temerariè ſibi vẽdicaſſet. Bonũ prętere
vt dei arcana Chriſti diſcipulis ad inſtructionẽ mun
derentur, non tamen id deo placitum fuit, quum no
*Ioan. 6.* tempus adeſſet. Non poteſtis inquit, portare modo.

¶Idcirco voluntas dei beneplacens eſt, vt qum id
*Bonũ debet bene fieri.* bonum eſt facimus, eo modo quo fieri decet recte
mus. Nam & ſi recta obtuliſti, & non rectè diuiſiſti,
ſti. Rectè diuidit inter ſe & deum, qui & deo ſibi
*Gene. 24. ſecũdũ 70* quod ſuum eſt tribuit. Rectè diuidebat cum deo, q
bat: Domino deo noſtro iuſtitia, nobis autem conf
*Rectè cum deo diuidere.* ciei. Peccata tua tibi, Deo autẽ ſi quid per te rect
fuerit adſcribe. Suam deo gloriam redde, te verò
ſeruũ veraciter cõfitere. Proinde volũtas dei bene
*Dan. 9.* eſt, vt de domini tui bonis nullã tibi vſurpes glori
*Baruch. 1.* ſimplicem mentis oculum & intentionẽ ſanctã, om
num tuum in dei gloriam ſtudeas fideliter referre.

*Voluntas dei perfecta.*

¶Quum autem facto probaueris quæ ſit voluntas
neplacens, ſupereſt vt quæ ſit voluntas dei perfect
gnoſcas & probes: illa vtique vt cures integrum &
ctum reddere quod probaſti deo placere, quatenus
cta ſit tua victima, non imminuta, caudam habens
put. Ad Cain enim & ad munera eius non reſpexit
*Gen. 4.* quòd eſſent imminuta. Obtulit enim (vt tradũt) de

fru

frugum,ſpicas corroſas à beſtiis,& concuſcans. Ad Abel *Ibidem.*
autẽ & ad munera eius reſpexit. Obtulit enim de adipi-
bus & optimis gręgis.Vnde per Malachiã domin⁹ loqui-
tur dicens:Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo ma *Mala.1.*
ſculũ,& offert debile.Itaque caue ne ſit mancũ vel immi
nutũ opus tuũ quod offers domĩo.Quin illud offerre ſtu-
de liberaliter.Hilarem enim datorem diligit deus.Quod *2.Cor.9.*
ſi id ex triſtitia , aut ex neceſsitate , vel nimis parcè à te
præſtetur,nõ reputabitur perfectionis mẽſuræ modũ aſſe
quuta huiuſcemodi tua largitio.Quum nec tibi munus il
lud ſit gratum,quod ipſe ab homine quouis parca manu,
aut difficulter erogatum acceperis.

¶ Circa ſecũdum , quod eſt de virtute diſcretionis in ſpi-
ritus noſtri oblatione ſeruanda,conſequenter dicit:

*Dico enim per gratiam dei omnibus qui ſunt inter vos,nõ plus ſapere quàm oportet ſapere ſed ſapere,ad ſobrietatem.* *Eximia Pauli ſapientia.*

¶ Vbi ſecundum B.Ambroſ. per gratiã,ſapientiam debe-
mus accipere,quæ Apoſtolo ſine meritis abũdè fuit à deo
donata,& ꝙ hanc omniũ gẽtium linguis potuit effari.Di *Auguſt.*
xit enim B. Auguſt.ſer.quodã diuinitus ita prouiſum eſſe
Apoſt. vt qui omnibus gentibus erat prædicaturus,maio-
rem ſapientiam præ omnibus aliis apoſtolis acciperet,vt
nõ modò ſimplicibus,imò etiã Gẽtium Philoſophis eſſet
ſufficiens.De qua ſapientia B.Petrus ipſum cõmendat di-
cens:Frater noſter Paulus prædicat in omnibus eccleſiis
ſecundum ſapientiam ſibi à deo datam.Secũdum quã ſa *2.Pet.3.*
pientiam hic loquitur,vbi dicit: Dico enim per gratiã dei,
quæ data eſt mihi.Quum autem humiliter de ſeipſo ſen-
tiens,dicit ſe per dei gratiam omnia quæ habet aſſequu-
tum,innuit vtique non ſe illum eſſe cui præſtetur fides,
ſed gratiæ dei in ſe fidem præſtari poſtulat. Non meum
inquit,aliquid ediſſero,ſed ex dei gratia & ſuggerẽte ſpi-
ritu dei,hæc dicta profero.

¶ Omnibus igitur edico,tã priuatis,quàm gerentibus ma- *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere.*
giſtratũ,non eſſe vltra quàm ſcire oportet ſapiendũ.Quia
enim docuerat eos reformari debere in nouitate ſenſus
ſui,ne proprio ſenſui plus quã ſit æquũ tribuẽtes, circun-
uenirẽtur à Satana, & inflarentur,cõmunem fidei doctri *Nota.*
nam & præcepta maiorum deſpicientes,putantes ſe eſſe

ſapientes

ſapientes, & ſibi ſufficere, opportunè denuntiat eis
plus ſapere quàm oportet ſapere.

*Figura. Num.4.* ¶In cuius mãdati typum legimus complura in deita-
naculo quondam fuiſſe, quæ nefas erat à populo vi-
Quinetiam ipſis Leuitis à ſacerdotibus velata trade-
tur & inuoluta in monitione caſtrorum deferenda. I-
*Figura. Exo.19.* de ſi quis præſumpſiſſet accedere ad mõtem, in quo
erat cum Moyſe loquens, lapidib⁹ obrui iuſſus eſt. I-
que ſacerdotio reprobus erat ſecundum legem, qui
*Figura. Leuit.21.* eſſet naſo grandiori, licet etiam è ſacerdotali pro-
prodiiſſet. Iſta & huiuſmodi quid aliud ſibi volunt,
quòd hîc planè docet Apoſtolus, non plus quen-
debere ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſ-
tatem?

*Nullius correxio deſperatior.* ¶Nulli⁹ enim correctio deſperatior eſt, quàm illiu-
apud ſe ſapiens quum ſit, cæteros omnes deſpicere
ſet, ſicut per Salomonem dicitur: Vidiſti hominem
*Prou.26.* entem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſip-
*Simile.* Pulmentum inſulſum condiri ſale poteſt, quod au-
bundantiori ſale aceſcit, reprobatur. Nolite ergo
ſapere, ne vel tangentes incõceſſum mõtem, ſitis
digni, vel offerre deo ſpirituales hoſtias reprobi, v-
ieſtatis ſcrutatores effecti, opprimamini à gloria.
*Hinc hæretici proſilierunt.* qui hoc Apoſtolicum præceptũ cõtempſerunt, hær-
ſciſmata condiderunt, & obſcuratum eſt inſipie-
*Roma.1.* eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti fac-
*Prou.2* Tranſgreſsi ſunt terminos quos poſuerunt patres
*Hæreticorũ vix ullus reſipiſcit.* & dogmata peruerſa vulgi auribus inferẽtes, fidei
licæ ſimplicitatem apud incautos corruperunt. Q-
hactenus vix vllos ad ſanam fidem reuerſos vid-
Nec mirum. Quia nemo poteſt corrigere quẽ De-
*Eccle.7.* ſpexerit.

*Deut 32.* ¶Itaque ſemper ad ſobrietatem ſapiendum eſt & h-
ter, & ſub iudicio maiorum. Interroga patrem tuu-
*Non eſſe abutẽdum ſapientiæ ſi dei.* quit, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi
cepimus ſanè magno dei munere catholicæ fidei ſ-
tiam, qua ſenſu mentis noſtræ renouemur, non vt
prout libet inſolẽter iudicemus, ſed vt nos ſecũdum
nouerimus à deo iudicandos. Non etiam hãc acce-

vt ea ad ſuperbiam & contentionem, ſed ad ſobrietatē & vnitatem pacis vtamur. Hac nihilominus ratione iubet non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vt arguat omnem qui ſe nō humilem exhibet, euaneſcere prorſus & omnino deſipere. Eum verò qui ſapuerit ad ſobrietatem, & humilitatem præ ſe tulerit, mente nunc eſſe integra, & ſapere rectè. At verò quoniam in Dei Eccleſia vnus plus altero ad cognitionem & intellectum myſteriorum Dei accedit, ſicut etiam in hierarchia cœleſti vnus angelus amplioris capax eſt luminis quàm ſit alter, qui ſi ſe illi præſumeret æquare ad ſuam vtique perniciem plus ſaperet, quàm oportet ſapere. Ideo ſubdit Apoſtolus dicens:

*Et vnicuique ſicut diuiſit deus menſuram fidei.*

¶Quaſi dicat: Dico vnumquenque debere ſapere, ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Vnicuique enim noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Nā quantum ad noſtram attinet capacitatem, in fide mēſura eſt. Vnius quippe perfectior eſt fides quam alterius. Maiorem enim habuerunt fidem Apoſtoli montes tráſferētes, quàm nos habeamus. Quanuis & de donis fidei poſsit hęc intelligi mēſura. Habentium enim fidē alij datur ſermo ſapientię, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia ſanitatū, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituū, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum.

*Ephe. 4. Fidei menſura non omnibus vna. Matt. 17. 1. Cor. 11.*

¶Poteſt & de miniſteriis eccleſiaſticis intelligi, quæ nemo ſibi debet ſupra conceſſum vendicare. Verbi gratia: presbyter es, nō vſurpes epiſcopi miniſterium. Diaconus es, noli tibi vēdicare munus presbyteri. Et ſimiliter in cæteris miniſteriis & gradibus eccleſiaſticis eſt intelligēdū. Itaque nemo ſe ingerat ad ea quę ſui muneris nō ſunt, ad quę vocatus à deo non eſt, & ad quorum exequutionem non eſt gratiam conſecutus. Exemplo ſit Oſias rex Iuda, qui (ſicut ſupra memoratum eſt) quum ſacerdos nō eſſet, ſuperba temeritate ſacerdotis munus arripit, ꝓpter quod mox à deo & lepra percuſſus, & regno priuatus eſt.

*Miniſteriū inconceſſū nemo ſibi uēdicet.*

*2. Par. 16.*

¶Non enim indiſtinctè & paſsim vniuſcuiuſque eſt aut eccleſię ſacramenta miniſtrare, aut ſcripturam diuinam interpretari, aut palam in Eccleſia docere: ſed illius duntaxat

taxat qui ritè, & antiquo obſeruandóque Eccleſiæ m
à deo ad huiuſce munus exequendum vocatus eſt. Q
quis enim ad hæc à legitimo præpoſito ſuo deſtinatu
eſt, is ſibi impudenter arrogare conuincitur, quod ſuū
*Ioan.* 10. eſt. Non enim intrat per hoſtium, ſed aſcendit aliūde,
que vt furetur, & mactet & perdat, niſi fortè euiden
ſigno aliquo probauerit ſe à deo miſſum, quomodo
runt prophetæ.

*Exēplū in Ioā. Bap.* ¶Vnde ſanctus Baptiſta Ioannes non prius docend
nus aggreſſus eſt, quàm per teſtimonium Eſaię prop
*Ioan.* 1. probaſſet ſe eſſe vocem clamantis in deſerto, quon
*Exēplū in ipſo Chriſto.* iuſdem prophetæ vaticinio pronunciatam. Denique
ſtus ipſe ingreſſus Sabbato, ſynagogam (vt Lucas re
non antè prædicauit quàm eiuſdem Eſaiæ teſtimon
*Luc.* 4. ram omnibus, qui tum aderant in ſynagoga recitato
bro oſtendiſſet ſe ſpiritu domini vnctum, & à deo m
vt euangelizaret pauperibus, & prędicaret captiuis
ptionem, & clauſis apertionem, & cætera quæ ſequu
Quiſquis ergo ſibi arrogare præſumpſerit ea quæ
ſunt miniſteria non conceſſa, nec aliquo dictorum
dorum probare quiuerit ea ſui muneris eſſe, præſ
quo ad miniſterium in eccleſia docendi, aut ſcrip
diuinas interpretandi rectè illi dicitur.

*Audi pſeudo prædicator.* ¶Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſta
tum meum per os tuum? Quid cathedram peſtilent
vendicando ô mons peſtifer corrumpis omnem te
*Ierem.* 51. Hoc enim inter dogma ſanum & peſtilens intereſſ
*Inter dogma ſanū & corruptum intereſt.* ſtat, quòd illud à deo ad homines, à prępoſitis ad
tos deſcendit: iſtud verò ordine peruerſo atque p
ſtero, à diabolo ad homines, ab iis quorum erat a
& ſubeſſe, ad non ſibi commiſſos aſcendit. Primum
diaboli dogma peſtiferum & mendax hoc ordine p
*Gen.* 3. ſo, à fœmina aſcendit in virum.

¶Circa tertium vbi docet ad ſimilitudinem me
rum eiuſdem corporis nos debere proximum dil
dicit.

*Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omni
membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſ
Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.*

¶Ac ſi dicat: Sicut multa membra vitaliter coniuncta ſub vno capite corpus, vnum efficiunt, ita & multitudo fideliū coniuncta per fidem & dilectionem ſuo capiti (quod Chriſtus eſt) vnum corpus ſunt cum illo. Verùm & ſi vnius ſint corporis membra, diſtincta tamen officia ſortiuntur. Verbi gratia. Oculi officiū videndi, aures audiendi, pedes ferendi totius corporis, & ſic de aliis, nec membrum vnum alterius membri partes vllatenus ſibi vendicat. *Eccleſiam vnum eſſe corpus.*

¶Si ſanè & in dei eccleſia & ſi multa atque diuerſa ſunt officia, miniſteria, gradus, nihilominus tamē fideliū multitudo corpus vnū conſtituit, in quo vnus alterius ſibi nō cōceſſas partes minimè debet vſurpare, ſed in ea vocatione qua vocat⁹ eſt vnuſquiſq; permaneat. Nec quaſi miles perfidus & deſertor, vel extra ordinem ſine laude pugnaturus locum ſuæ ſtationis derelinquat, ſicut Sapiens admonet dicens: Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcenderit, tu locum tuum ne dimiſeris. Sed in tuo miniſterio ſeu officio, corpori communitatis prodeſſe ſtudueris, ſicut & aliorum tibi officia neceſſaria ſunt. Verbi gratia, vt dictam vnius corporis ſimilitudinem proſequamur. Oculus videt toti corpori, auris ſimiliter audit corpori toti, & vnumquodque membrum ſuo contentum eſt miniſterio, quod tamen minimè ſibi ſoli, ſed ſine inuidia toti corpori impendit. Manus enim toti corpori operatur, os toti manducat nutriendo corpori. *1. Cor. 4. Vocatione ſua quenque debere eſſe contentū.* *Simile.*

¶Porrò oculi in corpore eccleſiæ qui aliis miniſtrant ſpiritualis conſilij & recti dogmatis lumen, fideles eccleſiæ doctores ſunt. Hic oculus ſi nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit. Quid iam futurum putes, ſi pes vel manus eruto oculo arrogaret ſibi oculis munus, aſſerens ſe poſſe toti corpori lumen dare? Quid ſi vel aures vel nares id ſibi vſurparent, quid abſurdius? Profecto non minor inſania eſt, dū is, cuius eſt audire & diſcere (vt dictum eſt) repentè doctor prodire conſpicitur. *Moraliter oculus.*

¶Porrò aures huius corporis boni & dociles, attentique & beneuoli ſunt auditores. Nariū vices gerūt, qui diſcernendi inter fœtorem vitiorum, & ſuaue olentium virtutum, à ſpiritu ſancto peritiam acceperūt. Os eccleſiæ ſunt qui alios erudiūt. Man⁹, qui aliis in neceſsitate cōſtitutis *Aures & nares, qui. Os & manus myſticè.*

leuamen impendunt egẽtibus neceſſaria miniſtrãtes[...]
Brachia. chia, qui totum corpus ab hoſtium iniuria defendun[...]
Pedes. des verò, qui totum portant corpus, agricultores ſun[...] qui aliis honeſtis & neceſſariis artibus inſiſtunt.

¶Liquet ergo humani corporis membrorum exẽplo, [...] omnia poſſe omnes, ne fortè quiſquam ſe nullius eg[...] ſed ſibi ſufficere ſe putet, vel ſibi ſoli ſe eſſe natum, & [...] hil ei mandatum eſſe de proximo, imò verò de pro[...] curã nobis eſſe debere ſine diſsimulatione ſciamus, [...] doquidem alterius officio probetur alter indigere. S[...] li, inquit, alter alterius membra, id eſt, quilibet veſt[...] alterius membrum, vt pateat quòd & aliis eſſe debe[...] ſeruientes, ſicut & aliorum ſubſidio indigemus.

*Supbia a maioribus abſit, & a minoribus inuidia.*

¶Null⁹ excluditur nec maior, nec minor. Is enim q[...] ior eſt, membrũ eſt minoris. Non ergo ſuperbiat, ne[...] temnat maior minorẽ: Minor etiam nõ inuideat ma[...] quia eius mẽbrum eſt, nec maiorem ſe conſpiciens [...] ret. Eget enim minoris ope maior, & minor eget ma[...] vt illinc tollatur omnis ſuperbia, hinc inuidia proc[...] ſit. Itaque ſi videas alium aſſequutum eſſe quod ipſ[...] habes, ſufficiat ad inuidiam tollendam quod ille tib[...] brũ ſit, & quod habet, tibi & illi putabis eſſe comm[...]

## DOMINICA SECVNda poſt epiphaniam.

H*Abentes donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt [...] differentes.*

Rom. 12 ¶In hac lectione docet Apoſtolus qualite[...] deles habere debent adinuicem & ad ſemetipſos, ſ[...] dum legem charitatis. Et primò de hac re docet al[...] ſpecialiter. Secundò, docet vniuerſos generaliter. [...] facit à principio lectionis. Secundum ibi: Dilecti[...] ſimulatione.

¶Circa primum aduerte, quòd hæc lectio immedia[...] tinuatur in textu literæ ad præcedendum, cuius hab[...] teſt plenior intellectus ex iis quæ in fine illius ſunt[...] Ait enim: Sicut in vno corpore multa membra hab[...] omnia autem membra non eundem actum habe[...]

multi vnum corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autem,alter
alterius membra. Certum eſt autem his verbis Apoſtolū
ad mutuā dilectiōem fideles exhortari,ſine qua dei legē *1.Tim.1.*
nemo poteſt implere.Finis enim præcepti charitas,& qui *Rom.13.*
diligit proximū,legem impleuit. Verùm ſicut ſimilitudo
dilectionem conciliat, ita & diſparitas ſeu diſsimilitudo
diuiſionum & diſcordiæ ſeminarium eſſe ſolet.

¶Ne ergo fideles (qui velut eiuſdē corporis diſtincta mē
bra non eundem actum habēt,ſed operationes diuerſas)
ob huiuſcemodi varietatem inter ſe diſsideāt,quū propo
ſuiſſet dictā ſimilitudinē, mox ſequēter aſſerit fideles nō
caſibus fortuitis,nec proprio arbitrio vel merito,ſed per
dei gratiā huiuſcemodi dona eſſe ſortitos. Nā vnicuique *Ephe.4.*
noſtrum,inquit, data eſt gratia ſecūdum menſuram dona
tionis Chriſti,vt minorem maior nō contemnat, nec rur
ſus maiori minor inuideat:quæ duo,ſcilicet contemptus
& inuidia,fraternæ dilectioni vel maximè aduerſantur.

¶Ius eſt patrifamilias filios ſuos paruos adhuc de cuiuſ- *Simile.*
libet coloris panno veſtire.Nec iure poſſunt huiuſce pa-
tris filii ob ſuarū veſtium varietatem inter ſe concertare.
Grauiter hoc diſpliceret patri. Sit ergo vnuſquiſq; ea quā
accepit gratię portione cōtentus,& gratus deo, qui vni-
cuique gratiæ ſuæ modum ſecūdum ſuam diſtribuit capa *Minus ac*
citatem. Vnde ſi minus accepiſti, ſcias profecto non am- *cepiſſe*
plioris doni te fuiſſe capacem,quin & miſericordiam eiꝰ *quibuſdā*
in hoc erga te agnoſce, quòd non contulit ea tibi, qui- *vtile eſt.*
bus non fueras bene vſurus,ne tempore exigēdę rationis
bonorum ſuorum diſsipatorem grauius damnaret.Id po-
tius tibi curæ ſit,vt quid acceperis agnoſcas, & in eo ſtu-
deas placere deo, & proximo ſubuenire, ſicut quodlibet
membrum corporis,mēbris cæteris ſine inuidia operati-
onis ſuæ miniſterium libenter impendit,quoniam ſumus
inuicē mēbra.Oculus enim dirigit pedem,pes oculū por
tat,& ſic de cæteris membris. Ita & vnicuique noſtrū da- *1.Cor.12.*
tur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem propriam videli-
cet, & aliorum. Quæ autem ſint illæ gratiæ, ex quarum
varietate dicimur mēbra diſtincta, & qualiter in illis in-
uicem per charitatem ſeruire debemus,oſtēdit cōſequen
ter,dicens:

*Siue prophetiam ſecundum rationem fidei.*

¶Explicat donationes ſex, quarum prima eſt propheti intédés quòd quiſquis eas vel earum aliquam acceper proximo per eam ſtudeat opitulari. Ait ergo: Siue prop tiam, (ſubaudis) quiſpiam acceperit, illã ſecũdum rati nem fidei, id eſt, prout auditorum depoſcit fides, diſpẽ Dabatur enim pleriſque in eccleſia primitiua prophe donum, qui eccleſiæ ſtabilitatem & multiplicationẽ c dentium ad conſolationem fidelium (qui tũ adhuc nun ro pauci & exoſi mundo perſequutionibus premebãt prædicerẽt, quomodo in veteri teſtamẽto opus erat p phetis, qui teſtificarentur & prænuntiarent venturum uatorem, vt in eius fide, illius quoque tẽporis fideles narentur. At verò nunc non prophetica prænuntiatio

Math. 7. ſed admonitione opus eſt, inſtructione & circũſpectio prudenti, ne ſeducãtur fideles à falſis prophetis, qui v unt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi paces. Sequitur:

*Siue miniſterium in miniſtrando.*

¶Siue miniſterium, inquit, vel eccleſiaſticũ, vel ſecul ſortitus quiſquam fuerit, gerat ſe in miniſtrãdo prout ximorum quibus miniſtrat depoſcit vtilitas, vt ſic pro communis corporis ſe eſſe membrum. Datur enim à D quibuſdam in eccleſia gratia miniſtrãdi, & Græco voc

Actu. 6. lo Diacones appellantur, quòd Latinè ſonat miniſtri, q

*Miniſtros* rũ primus fuit. B. Stephanus, ſicut meminit Lucas in A

*eccleſiæ* Apoſtolorum. Quales autem eſſe debeant, Apoſtolos

*quales eſ-* di ad concionem dicentes: Cõſiderate fratres viros e

*ſe decet.* bis boni teſtimonii ſeptem, plenos ſpiritu ſancto & ſa tia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Iſtis ſucceſſe miniſtri eccleſię, quorum intereſt vt ſint boni teſtimo pleni ſpiritu ſancto & ſapientia.

2. Cor. 2. ¶Qualis iam teſtimonii & famæ ſint, ipſi viderint, q decebat Chriſti bonum & viuificum odorẽ in omni l ſecum ferre. Verũ ſpiritu ſancto quomodo eſſe pleni ſent qui pleni ſunt ſpiritu huius ſeculi, ambitiõis ſcili & auaritiæ, malitiæ, fraudis, impudicitiæ, & ſimilium. I dubita num pleni ſint ſapientia, quæ eſt vera dei cũ ip amore notitia, ſi vitam illorum ſpectes & ſtudia, qui

niſi temporale ſapit nihil. Nihil enim niſi quod terrenũ eſt, plurimi eorum ſectari videntur. Huiuſcemodi fruſtra Chriſtum audiũt, dicẽtem: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Chriſto nẽpe in ſuis mẽbris ſeruire vocati ſunt. Qui quoniam in ſuis miniſtris mũdiciam requirit, iuxta illud, Ambulãs in via immaculata hic mihi miniſtrabat, eiſdẽ per Eſaiã loquitur, dicẽs: Lauamini, qui fertis vaſa domini ¶Mundos itaque hos eſſe decet. Primò à macula conſciẽtiæ, & nihilominus à macula operationis iniquę, quę nimirum conſcientiam commaculat. Non enim niſi innocens manibus & mundo corde, & qui ingreditur ſine macula, ſtare debet in loco ſancto ſuo, id eſt, dei miniſterio. Nec quiſquam niſi qui diligit cordis munditiam, habebit amicũ Chriſtũ regem. Secundò à macula auaritiæ debent eſſe immunes, & Chriſti meminiſſe, dicentis: Gratis accepiſtis, gratis date. Tertiò à macula malæ famę quã multi per incõtinẽtiã incurrere paruipẽdunt. Cuius (ſcilicet famę, vt quidã ait) apud molles minima eſt iactura cathedras. Hic in Salomonem dictum eſt: Inclinaſti femora tua mulieribus, dediſti maculam in gloria tua.

*Ioan.12.* *In ſuis miniſtris mũditiã dominus requirit.* *Macula cõſcientiæ* *Prou.22.* *Mat.10.* *Iuuenalis* *Eccle.47.*

¶Sed quàm factus eſt decolor eccleſiæ ſtatus. Et receſsit (ait Propheta) à filia Sion omnis decor eius. Huiuſcemodi proinde miniſterium ſuo modo in dei populo, quod eſt eccleſia, ſortiuntur iudices, conſiliarii, aduocati, curatores Xenodochiorum ſeu hoſpitalium, vel menſæ pauperum diſpenſatores. Caueant ne ſe earum rerum gerãt dominos, quarũ dũtaxat diſtributores & ſeruatores ſunt, nec (quod abſit) ſemetipſos potius quàm ſibi commiſſos paſcere feſtinẽt. Miniſtri ſunt enim, quorum dum nõ expectatur rediturus eſt dominus, ſua ab illis diſtricta ratione repetiturus. Sequitur:

*Thre.1.* *Miniſtrorum nomine veniũt & iſti.* *Lucæ.12.*

*Siue qui docet in doctrina.*

¶Si, inquit, docendi gratiam quiſquam acceperit, is ſeſe in communicatione doctrinæ fratri membrum fidele exhibeat. Qualiter autem doctrinam communicet, ad Timotheum ſcribens oſtendit, dicẽs: Sollicitè cura teipſum probabilem exhibere deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractãtem verbum veritatis. Nõ ergo ſufficere debet docenti quòd probabilis eſt hominibus, & quòd vulgi

plauſu celebretur, niſi & deo ſe probabilem exhibeat.

*Verbum dei iniquè tractant.* ¶Porrò operarius confuſibilis eſt, quiſquis prauis moribus propriam doctrinam confundit. Verbum dei non rectè tractat, ſed adulterat, quiſquis illud ad quæſtum rei temporalis conuertit. Vtique piſcator inutilis, qui illo rete quod capientis ſalubriter hominibus laxare iubetur, nil aliud niſi vilem maris algam venatur. Sed omnium peruerſiſsimè tractat verbum veritatis, qui temeritate profana verbum vitæ in lethale virus hęretica interpretatione peruertit.

¶Proinde non otioſè Apoſtolus præcipit docenti quatenus non quomodocunque, ſed duntaxat in doctrina doceat, *Sic doce.* ſana ſcilicet & catholica, nõ in vanitate ſuarum adinuẽtionum, ſed ſicut per Eſaiam dicitur: Hæc eſt via, ambulate in ea, & nõ declinetis, neque ad dexteram, neque *Eſa.30.* ad ſiniſtram. Sunt quippe nonnulli qui ſupra ſunt, qui infra doctrinam doceant, neutri in doctrina. Illi excedunt, iſti ad doctrinam vſque non attingunt.

*Supra doctrinã docent.* ¶Primi ſcilicet, qui ſupra doctrinam docere pręſumũt, hi ſunt qui nulla ſacræ ſcripturę auctoritate fulti, ſecundum ſuas opiniones (quas nimirũ quaſi articulos fidei haberi volunt) fingunt adinuẽtiones nouas, onera grauia, circumſtantias delictorum innumeras, vſqueadeo conſcientias hominum illaqueantes, vt nõnullos deduxerint ad inſaniam, qui tamẽ interim quę grauiora ſunt legis, iudicium ſcilicet de ſeipſo, & miſerationem proximi ipſi paruipendentes prætereũt, colentes culicem, camelum autem glutiẽtes. *Mat.7.* Hinc ſanè palmam auferre ſe gloriãtur, quòd ore vulgi celebrantur, nempe qui inſueta & ſingulari ſubtilitate, quæ nemo alius intellexit, adinuenerũt ipſi, ſuũ verbum iactitantes, non autem honorantes verbum dei.

*Citra doctrinã docent.* ¶Infra doctrinam docent, qui ſacrarum literarum periti tenues, ab integritate doctrinæ ſufficientis deficiunt, non valẽtes aliis plenè tradere, quod ipſi nõ ſũt aſſequuti: nec etiam hi, qui tametſi ſcripturæ peritiam habeant competentem, nihilominus tamen vel humano timore, vel ſpe commodi temporalis, vel alia quauis affectione terrena ſcienter celãt populo veritatem, de quibus per Ieremiam dicitur: Prophetæ tui nõ aperiebãt tibi iniquitatem tuam *Thre.1.*

vt

vt te ad pœnitentiam prouocarent. Non ſic apoſtolus qui ait: Nõ ſubterfugi quo minus annũtiarem omne conſilium dei vobis. *Actu. 20.*

¶Itaque in eos qui vel infra vel ſupra doctrinã docẽt, in Apocalypſi ſcriptum eſt: Si quis appoſuerit ad hæc, apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri huius, auferet deus partẽ eius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta. De illo autem qui doctrinę gratiã ſortitus, hãc quũ poſsit cõmunicare, recuſat, id quod per Salomonem dicitur, accipi rectè poteſt. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Sequitur: *Apoc. vlt.* *Prou. 11.*

*Qui exhortatur, in exhortando.*

¶Exhortatio ſpecies quædam doctrinæ eſt & prædicationis, & cõpetit non modò docentibus, ſed etiam auditoribus, & maximè reſpicit ad dolentem vel deſperãtem. Verbi gratia: Quum doctor quilibet coram populo de rectitudine fidei & morũ, de præmiis & ſuppliciis ritè diſſeruerit, exemplum tandem conſolationis lapſis minimè profert. Interim fortaſſe aliquis de aſtãtibus multorũ ſibi criminum conſcius, ob immanitatem aut multitudinẽ ſcelerum abundantiori triſtitia obſorptus, deſperationi propinquus efficitur, quia non audiuit verbum cõſolationis à prædicãte. Si huiuſmodi peccatorem inueniat ſimplex quilibet, verbi dei fidelis auditor, ſtatim perquirit ab eo, cuius rei gratia triſtatur, & cõperta cauſa cõſolatur eum verbis ſimplicibus prout poteſt, ſimulq́ue hortatur, ne de ſalute deſperet, ingerens illi etiam exempla cõſolatoria de Dauide, Petro, Paulo, de latrone à dextris cum Chriſto crucifixo, & de ſimilibus. Rurſum de iis quæ apud nos geri videmus, talibus & ſimilibus exhortãs illum ad ſpem. *Exhortatio qualiter exhibetur.*

Ad vnumquenque enim pertinet, vt proximum ad ea quę ſũt bona hortetur. Hortari nempe debet pater filium, vir fratrem ſuum, amicus amicũ, paſtores præſertim cõmiſſos ſuæ curæ, verbo pariter & exemplo, vt ſint ſtrenui duces in acie, cæteros præeundo. Bonus enim dux, nõ dicit militibus ſuis ite, ſed me ſequentes venite. Quãuis ergo docendi munus ſortitus non es, at ſaltem vel proximum exhortare. Sequitur. *Exhortatio ad quos ſpectet.*

*Qui tribuit in ſimplicitate. Qui præeſt in ſollicitudine. Qui miſeretur*

*miſeretur in hilaritate.*

¶Sub his tribus verſibus, duæ donationes gratiæ cœle-ſtis comprehendũtur, quarum prima eſt gratia miſeratio-nis in proximum, quæ in duobus conſiſtit: Affectu ſcilicet & effectu, ideo circa hanc donationem duo dicit: Vnum concernit interiorem miſerendi affectum, videlicet: Qui miſeretur in hilaritate. Alterum concernit exteriorem o-peris affectum, videlicet: Qui tribuit in ſimplicitate, qui nimirum excludit omnem intentionem prauam, qua a-vanam gloriã quis intendit, aut ab eo cui tribuit retribu-tionem. Itaque qui tribuit eleemoſinam, in ſimplicitate hanc tribuat, non in duplicitate, intendens per illam præſentem pariter & futurã adipiſci gloriam, vt hæc ſim-plicitas omnem hypocriſim excludat.

*Tribuendum inopi qualiter.*

¶Ne tãtùm in ſimplicitate, ſed etiam in hilaritate tribu indigenti, quaſi non dubitans de æterna retributione, de qua vtique dubitare videtur, qui miſeretur cum triſtitia. Meminerit dicentis: Quàm diu vni ex his minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Qui autem de mercede æternæ re-tributionis dubitat, nequaquam in hilaritate cordis mi-retur, ideo nec ei prodeſt, quod triſtis & inuitus elargi-Et quoniam in multis offendimus omnes, oſtendit Apo-ſtolus quotidianam medicinam, & ſi leuioribus vulne-bus, tamen multis. Vnde & ipſe dominus ait: Dimittite, dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. AEqum eſt enim vt dimittendi dimittatur, & dimittere nolenti, nõ dimi-tur, & nihil danti, etiam nihil detur.

*Mat.25.*

*Mat.7.*

¶Alia donatio gratiæ quam in litera expreſsit Apoſto-eſt gratia prælationis ſeu regiminis. Qui præeſt, inquit, ſollicitudine, ſcilicet præeſſe debet, ne ſibi commiſſos ne-gligere videatur. Qualis autem eſſet huiuſcemodi ſolli-citudo, oſtendi poteſt exemplo duplici, ſcilicet, Paſtoris erga ſuum gregem, Et gallinę circa pullos ſuos.

*Paſtor de quibus ſollicitus eſt gregi.*

¶Sollicitus eſt paſtor ſuo gregi de paſtu bono, de arce-lupo, de pecore infirmo, de pecore errante & deuio, & ſui gregis integro numero, ne ſi quid forſitan defuerit, eo requiratur. Bon⁹ fuerat gregis paſtor & cuſtos, qui ad eum, cuius pauerat gregem: Oues tuæ & capræ ſteri-non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec capt-be

*Iacob paſtor. Gene.31.*

beſtia oſtendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quicquid furtim peribat, à me exigebas, die noctúque æſtu vrgebar, & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis. Docet ergo ſollicitos eſſe paſtores ouiũ Chriſti de grege, paſcẽdo pane verbi cœleſtis, de arcendo lupo, id eſt, hæretico vel tyranno, ne rapiat & diſpergat oues, ſi paſtor auxilii ſubtractione fugerit, de pecore infirmo vt illud ſtudeant cõſolatione & bonis conſiliis confirmare, deerrãte à via iuſtitiæ, vt curent illud reducere, denique de integro com
miſſorum ſibi numero, Dictũ ſibi credãt à domino, quod 3. Re. 20.
ſcriptum eſt: Cuſtodi virum, iſtum qui ſi lapſus fuerit, erit
anima tua, pro anima illi⁹. Et vnde rurſum per Ezechielẽ Ezec. 34.
dominus dicit: Ecce ego ipſe requiram gregem meum de manu veſtra.

¶Denique mirè ſollcita eſt gallina pullos ſuos ſub alas *Gallinæ*
colligere, fouere, defendere à miluo, cõtra miluũ animo *ſollicitudo*
ſe pro pullis ſuis pugnare, interdum etiã affectione vires *de pullis.*
ſuppeditãte, confligere audet cum canibus. Quo exẽplo 1 *Pet.* 5.
videat paſtor gregis Chriſti quantam de ſibi cõmiſſis ani 1. *Pet.* 2.
mabus curam gerere, quantam debet exhibere pro illorũ *Chriſtus*
ſalute diligẽtiam & ſedulitatem. Siquidem princeps ipſe *ſe & paſto*
paſtorum, paſtor & epiſcopus animarum noſtrarum Chri *ri cõparat*
ſtus Ieſus horum duorum, ſcilicet paſtoris erga ſuũ gregẽ *& gallinæ*
ſolliciti, & gallinæ circa pullos, pietatem & ſollicitudinẽ *Ioan.* 10.
in ſe trãſfigurat, de ſemetipſo dicẽs: Ego ſum paſtor bon⁹, *Mat.* 23.
quippe qui ſuas oues ſanguine proprio redemit, animã ſuam ponens pro ouibus ſuis, qui & ouem perditam diligẽter quoadusque illam inueniret, requiſiuit, & ouibus ſuis vitam æternam donauit. Ego, inquit, vitam æternã do eis. Ceterũ gallinæ circa pullos ſollicitudini ſuam comparãs pietatem, ad ciuitatem ſanguinum loquẽs ait: Quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.

## HOMILIA SECVNDA.

*Dilectio ſine ſimulatione odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Vbi ſupra.*

¶In præcedentibus docuit apoſtolus eos ſpecialiter, qui in eccleſia dei certa munia ſunt ſortiti, qualiter ſe in huiuſmodi

iuſmodi habere debent adinuicem,& ad ſemetipſos ſ
dum legem charitatis.Hîc cõſequenter hoc ipſum do
omnes generaliter.Et primò docet qualiter ſe debeã
bere ad proximos. Secundò, qualiter ad ſemetipſos,
Solicitudine non pigri.

*Dilectio ſit talis.* ¶Circa primum oſtendit qualiter ſe debẽt habere fid
ad proximos in affectu,in effectu,in affatu.Nã in affe
*Debet eſſe vera.* debet eſſe dilectio,in effectu opis exhibitio,in affatu
lectionis oſtenſio.

¶Circa primũ dicit:Dilectio ſine ſimulatione,ſcilicet
plenda eſt,odiẽtes malum,adhęrẽtes bono,charitate
ternitatis inuicem diligentes.Vbi oſtendit qualis eſſe
bet ad proximũ dilectio. Debet enĩ eſſe vera,diſcreta
ma,reciproca. Quòd debeat eſſe vera,inſinuat quũ d
Dilectio ſine ſimulatione,ſcilicet implẽda eſt. Oĩs di
o quæ nõ eſt ſecundum deum, ſimulata eſt . Loquũtur
quit, pacem cum proximo ſuo , mala autem in cord
2.Re.20. eorum.Et vtique peiores ſunt ſimulatores qui falcif
&.30. amicitiam,quàm qui falcificant monetam,quãdoqu
amicitia pæcuniæ præferenda ſit.Huiuſcemodi ſimul
amicitiæ fuit Ioab,qui oſculo ſimulans amicitiam,in
cit duos viros prĩcipes,Amaſam ſcilicet,& Abner,Q
ſcelus ipſe Dauid,etſi miræ eſſet mãſuetudinis,nolu
3.Reg.2. men dimitti inultum.Mandatum quippe filio ſuo Sa
ni reliquit,quaten⁹ ipſius Ioab canos deduceret cum
guine ad inferos, quem etiã adhuc viuẽtem , cũ ſua
2.Re.3. genie graui percuſsit execratione,ſicut in 2.Regum
mine legimus.

*Mat.26.* ¶Sed huius impietatem longè ſuperauit, qui oſcul
didit filium dei dominum ſuum , & magiſtrum in m
peccatorum.Cui fuiſſet bonum,ſi natus non fuiſſet.
micus meus,inquit,maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem
Sequitur : Tu verò homo vnanimis , dux meus & n
meus.Da illis,inquit Propheta,ſecũdum opera eorum
ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum(illis
rum)qui loquũtur pacem cum proximo ſuo,mala au
*2.Cor.11* cordibus eorum.Sequitur:Deſtrues eos & non ædific
*Similia.* illos.Similes enim diabolo ſunt,qui ſub ſpecie boni
culoſius tentat, & ſcorpioni , priuſquam pungat,ri

ni

rurſum draconi crocodilo, qui hominem deuoraturus illachrymat.

*Dilectio ſit diſcreta.*

¶Secundò inſinuat Apoſtolus quòd dilectio ad proximũ debet eſſe diſcreta, quum dicit: Odientes malum, vt videlicet propter cuiuſuis hominis dilectionem nemo malum operetur. Neque enim quum illud auditis: Diligite inuicem, exiſtimabitis vos euocari vt conſpiretis ad malum, ſed velim inquit, quod eſt his longè diuerſum, id eſt, alienos vos fieri, non modo ab actionibus prauis, ſed etiã ab omni mentis affectu qui ducat ad malum.

¶Proinde ſic ipſi diligendi ſunt homines, vt tamẽ odio habeantur eorum errores. Inſipiens enim & indiſcreta eſt illa dilectio, quando cum perſona etiam perſonæ vitia diliguntur. Porrò ſicut diligit quiſque ſeipſum, ſic diligit & proximum. Nam qui ſeipſum diligit ſecundum carnem & vitioſè, is vtique diligit pariter & defendit vitia ſua, nec poteſt aliter diligere proximũ, quàm diligat ſemetipſum. Quum autem is qui diligit iniquitatẽ, odiat animam ſuã, etiam animam proximi ſui (quem ſicut ſeipſum corruptè diligit) odire conuincitur. Qui verò ſemetipſum ſpiritualiter & ſecundum deum diligit, is vtique vitia ſua & odit & deteſtatur. Iſte nouit proximum ſuum prudenter & diſcretè diligere.

*Auguſt.*

¶Vnde ait B. Auguſtinus: ſi noſti diligere te, committo tibi proximum quẽ diligas ſicut te. Si verò neſcis diligere te, timeo ne deſpicias proximum ſicut & te.

*Dilectio ſit firma.*

¶Tertiò inſinuat quòd dilectio ꝓximi debet eſſe firma, quum dicit: Adhęrẽtes bono. Non enim ſatis eſt mala defugere, niſi etiã & bono adhæreamus. Deſignat enim adhærentia firmitatem & conſtantiam in diligendo, ne dilectio puerilis eſſe videatur. Siquidem (vt philoſophus ait) amicitiæ iuuenum ſunt de facili permutabiles, quòd eorũ dilectio ſuper re fragili & fugitiua, forma videlicet aut voluptate fundatur.

*Super quibus dilectio fundatur.*

¶Sunt autem tria quibus dilectio ſolet inniti, & propter quæ contingit hominem amare, videlicet, voluptas, vtilitas & honeſtas, quod aliis verbis nonnulli exprimentes, dicũt triplex eſſe bonum, ſuper qno fundatur dilectio, ſcilicet bonum delectabile, bonum vtile, & bonum honeſtũ.

Illa ergo dilectio quæ horum duobus primis innititur,
to tranſit & deficit, ipſa videlicet delectatione vel vtili
te deficiente. Solùm illa dilectio, quæ ſuper virtutis ho
ſtate fundatur, perſeuerans & ſtabilis eſt, prouenit en
iudicio, non affectu.

*Dilectio ſit reciproca.*

¶Poſtremò, quòd dilectio debeat eſſe reciproca, inſin
quum dicit: Charitatem fraternitatis inuicem diligen
Debemus enim communiter diligere ſine cuiuſquam
ceptione, & nihilominus diligere, & optare in omni
charitatem mutuam, & non modò diligere, ſed etiá v
& optare, vt vniuerſi fideles ſe mutua dilectione com
ctantur. Contrarium faciunt qui inuidét amicitiæ in
ſecundum honeſtatem diligentium, & ſeminant diſ
dias, operarij ſathanæ diuidere & diſpergere cupien
quos ſpiritus ſanctus congregauit.

¶Circa ſecundum, quo oſtendit apoſtolus qualiter ſe
beant habere fideles ad proximos ſecundum legem
ritatis in effectu, dicit.

*Honore inuicem præuenientes.*

*Dilectio qualiter eſt exhibē da in effectu.*

¶Vbi tangit duplicem dilectionis effectum, quorum
mus conſiſtit in exhibitione honoris. Secundus in ſ
uandis proximi neceſsitatibus, Ibi: Neceſsitabus ſa
rum. De primo dicit: Honore inuicem præueniétes,
enim non eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præue
obſequiis. Quum enim ſeinuicem fratres honore p
niunt, vtique charitatem aut accendunt, aut ſi præſ
conſeruant eam & augent.

*Fratrē honorare & tibi vtile eſt & illi.*

¶Fratrem proinde honore præuenire, & tibi vtile e
illi. Tibi, quia proximum honorando, teipſum hono
gnum facis. Honor enim potius in honoráte eſt, qu
honorato. Nam qui aliis libenter honorem impēdit,
bat vtiq; ſe erga illos eſſe animo integro & liberal
miter & honeſtè ſe de aliis ſentire, de ſe verò ſub
Quod qui facit, vtique honore dignus eſt & coram
coram hominibus. Contrà verò, qui proximum no
rat oſtendit ſe erga illum, vel non integro animo e
de ſe eximia, de illo exigua ſentire.

¶Aduertendum tamen eſt, quòd licet vaniſsimum
nores ambire, laudabile tamen & virtuoſum eſt h

digna gerere, & honorem illis libenter impendere.

¶Proximo nihilominus expedit, vt illum honore præuenias. Tum quia per hoc totũ erga ſe bonũ cognoſcit affectũ, de quo fortaſsis antè dubitabat, prout ad ſuſpiciones homines procliues ſunt. Tum & hac ratione, videlicet, quia etſi ille malus eſt, & indignum ſe tali cenſet honore, intra ſe confundetur & erubeſcet, & ſtimulo propriæ conſcientiæ ad hoc forſan tãdem adigetur, vt à vitiis reſipiſcat, & talem ſe exhibeat, vt illo honore ſit non indignus. Tum quia ſi bonus eſt, honorem ſibi exhibitum in deum refundet, dicens: Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, & beneuolentiæ tuæ exemplo ędificatus, deũ in te laudabit, glorificans patrem qui in cœlis eſt.

¶Circa ſecundum dilectionis effectum, qui conſiſtit in ſubleuandis proximi neceſsitatibus (interpoſitis paucis quæ veniunt poſtmodum tractanda) dicit:

*Neceſsitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes.*

Vbi docet temporali ſubſidio proximum leuare, ſiue is indigena, ſiue aduena fuerit, vel peregrinus. Neceſsitatibus, inquit ſanctorum communicantes. Illos enim fidelibus commendat, vel qui ad illos in opus Euangelicæ pręԁicationis miſsi erant, vel qui propter Chriſtum cuncta reliquerant, vt eorum, inquit, ſitis participes pietatis, arguens pro fœnore id habere oportere. Siquidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturi ſunt cœlum, ſic ſanè cum nummis cœleſtia commutabitis. *Piorũ neceſsitatibus ſubueniendum eſſe.*

¶Nec deliciis ſanctorum dixit, ſed neceſsitatibus communicandum, vt ocyus impetret quod depoſcit. Inhumani enim videntur eſſe qui ſanctorum non ſubueniunt indigentiæ. Tempore quo hæc ſcribebat Apoſtolus, fidelium, plerique ſuis facultatibus priuabantur, iuxta quod Hebræis ſcribens ait: Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcẽtes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam, ideóque hortatur eos quibus ſuæ adhuc erant facultates, vt pro Chriſti nomine ſpoliatis, temporalia ſubſidia miniſtrarent, illorum indigentiam ſuam eſſe putantes, temporibus bonis cum eis in commune vtentes. Dei etenim dona communia, non debent fieri priuata. *Heb. 10.*

¶Rurſus

¶Rurſus de neceſsitatibus illorum ſanctorũ, qui vel
uenę apud illos erãt, vel peregrini, dicit: Hoſpitalitaté
*Pro peregrinis.* ctantes, quod plus eſt quàm ſimpliciter quempiam ho
tio ſuſcipere. Ille enim ſectari dicitur hoſpitalitaté, qu
ſe non rogatus pręuenit, aut rogat, aut quod plus eſt c
pellit & cogit & quęrit in vicis, vt Loth. Per hác enim
*Gene.19.* ſpitalitatis virtutem, vt alibi dicitur placuerunt qui
*Heb.13.* angelis hoſpitio receptis, vt Loth & Abraham.
*Gene.18.* ¶Circa tertium quo docet qualiter ſecundum chari
præſcriptum habere ſe debent fideles ad proxim
affatu dicit:

*Benedicite perſequentibus vos, benedicite, & nolite maled*

Dilectio *qualis ſit in affatu.* ¶Vt in his Apoſt. ſententiis doctrinę congruus ordo
uaretur, non potuit ordo literæ ſeruari. Quũ ergo in
centibus docuiſſet ſeruare charitatem erga amicos,
idem docet erga inimicos, Benedicite, inquiens, perſe
tibꝰ vos, benedicite & nolite maledicere illis, ſcilice
vim vobis inferunt, iis nolite maledicere, id eſt, dem
re, vel hos blaſphemare, vel contumeliam illis infer
cet ipſi de vobis malè loquantur, dicẽtes vos eſſe m
cos & ſeductores, patienter ferte illorum opprobri
1. Cor.4. ſtri & aliorum exemplo. Vnde de ſe & coapoſtolis ſu
quens dicit, Maledicimur & benedicimus. Benedic
Benedicẽ*dum maledicentibus.* tur, id eſt, bona illis orate.
¶Hoc dicit, ne iuxta prauam & priſtinam conſuetu
irato animo incitati facilè maledicant, ſed magis ſu
ta iracundia benedicant, vt Chriſtiana diſciplina h
1. Pet. 3. tur. Vnde & B.Petrus à maledicentiæ vitio dehorta
Maledicẽ*tiæ uitiũ.* cit: Non reddentes maledictum pro maledicto, ſed
trariò benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, vt be
1. Cor. 5. ctionem hęreditate poſsideatis. Hinc rurſum Apoſt.
rinthiis ſcribens ait: Si is qui frater nominatur inte
eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut m
dicus, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Et iterum d
ledicis per Prophetam dicit: Quorum os maledi
& amaritudine plenum eſt. Quibus & mox pœnam
nuntiat dicens: Contritio & infœlicitas in viis eo
viam pacis non cognouerunt, non eſt timor dei an
los eorum.

¶Hinc etiam de eo qui aſsiduè & pro qualibet cauſa iu-
rat, per ſapientem dicitur: Vir multum iurans, replebitur *Eccle. 24.*
iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga. Qui enim *Eccle. 27.*
in altum mittit lapidē, ſuper caput eius cadet. Et maledi- *Prou. 20.*
ctum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet. Et in
quem iuſtius quàm in ſuum authorem: Ceterùm quiſquis
propter Chriſtum ſe inſectantibus benedixerit, oſtendit
ſe id lætiori animo ferre, quod propter illum tolerat, quē
colat plurimū. Contra verò, qui maledictis ſe laceſcen-
tē inſequitur, grauiter ſe id ferre quod patitur patefacit,
quia eum nihil amet propter quem iniuria laceſsitur.
Quæ ſequuntur, referenda ſunt ad proximi dilectionem
in affectu. Sequitur enim:

*Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* *Quibus gaudentib⁹ ſit congaudēdū.*

¶Gaudere debetis, inquit, cū gaudentibus, niſi forſan illi
gauderent quū malefecerint, & in rebus peſsimis exulta-
rent, aut in caducis ſeculi vanitatibus. Sed cū eis gauden-
dum eſt qui ſecundū Deum & rectè gaudēt, qualiter erat *Prou. 2.*
illis gaudēdum, quibus dictum eſt: Gaudete autem quòd *Luc. 10.*
nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Si enim gaudere pro-
hibentur diſcipuli, quòd eis in Chriſti nomine dæmonia
ſubiiciebantur, multominus gaudendum eſt de quęſtu pe
cuniæ, & huius ſeculi vana & fallaci proſperitate.

¶Sed ſi videris hominem digna agentem qui mereatur
ſcribi in cœlis, illius ſaluti congaudeto, non autem ſuper
ſucceſſu eius mundano, aut latitudine poſſeſsionum, quia
iſtorum gaudia, luctus ſequuntur & lachrymæ. Proinde
gaudentibus congaudere animi magnitudo eſt, vt nō mo
dò vacemus inuidia, ſed etiam adgaudere poſsimus læti- *Cōgaude*
tia exultantibus. Per id enim arguitur animus omni pror *re gauden*
ſus inuidia liber. Siquidem longè maius eſt gaudentibus *tibus ani-*
congratulari, quàm edere cum flentibus gemitum: lachry *mi magni*
mas namque natura ſuggerit, & ad commiſerandum fa- *tudo eſt.*
ciles reddit, ſicut quidam ſapiens ait:

Molliſsima corda humano generi dare ſe natura fatetur,
Quæ lachrymas dedit, hæc noſtri pars optima ſenſus:
Plorare ergo iubet caſum lugentis amici,
Squalloremque rei, pupillúmque ad iura vocantem
Circunſcriptorem, cuius manantia fletu *Iuuenalis.*

Ora puellares faciunt incerta capilli. Et poſt pauca:
Naturæ imperio gemimus, quum funus adultæ
*Iuuenalis.* Virginis occurrit, vel terra clauditur infans.
¶Sicut ergo nos decet cõgaudere gaudentibus, ita eti
1. Reg. 15 debemus flere cum flentibus. Niſi forſan & ipſi lugere
*Threnis.* ſecularia. Siquidem à pleriſque, vt idem dicit.
2 *Cor.* 12. Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.
*Matth.* 5. ¶Sed cum illis flendum eſt, qui aut ſua, aut proximo
deflent delicta. Sicut Samuel lugebat Saul cũctis dieb
eò quòd ab illo receſsiſſet domin⁹. Et Ieremias flebat p
cata populi, & Paulus ipſe multos Corinthiorum, qui p
fornicationem non egerunt pœnitentiam. Huiuſmodi
gentes à domino prædicantur beati. Erudit ergo nos A
ſtolus, vt ſimus animo erga omnes beneuolentiſsimo
de & adhuc ſubdit:

*Idipſum inuicem ſentientes.*

¶Hoc eſt, De aliis ſicut de vobiſmetipſis ſentite, & i
ſicut vobis bene optate, & mala amolimini. Et ſicut v
ſos diligitis, ita & alios diligite, & ita exiſtimate vos d
à fratre, ſicut à vobiſipſis. Si magni te ducis, nõ tame
trem te inferiorem exiſtimabis: & vt tenuem illum &
gum putas, ſic velim de te & ipſe ſentias. Hunc in m
omnem diſparitatem æquabis, nec illum contemnes
quam tibi ſit impar, ſed æquè illum vt te honore p
queris. Sequitur:

*Solicitudine non pigri, ſpiritus feruentes, domino ſer-*
*uientes.*

¶Poſtquam in præcedentibus oſtendit quomodo ſe
beant habere fideles ad proximos, hîc docet quali
*Erga ſe-* debent habere ad ſemetipſos. Et ſeriatim tradit ſer
*metipſos* menta, quorum tria priora referri poſſunt ad tempus
*ſic ſe ha-* ſperitatis vel tranquillitatis, reliqua ad tempus adue
*beant.* tis: tametſi non adeò præciſè, quin ad omne tempu
manis mentibus informandis congruere poſsint.
*Proſperi-* ¶Aduertendũ ergo quòd ſecuritas ſiue proſperitas
*tas mala* hæc parere ſolet, ſcilicet pigritiam, tepiditatem, ocio
*hæc parit.* tem. Aduerſus hæc tria vitia, tria tradit Apoſtolus
traria remedia, videlicet, ſollicitudinem, ſpiritus fe
rem, in bonis operibus & ſeruitio dei alacritatem. D

mo dicit: Sollicitudine non pigri. Vbi aduertendum eſt multa eſſe quæ reddunt hominem ſollicitum, vt verbi gratia, Bellum, mare, lethale vulnus, morbus acutus, inopia, debitum, præſertim ſi creditor inſtet.

*Sollicitũ hæc reddũt hoiem.*

¶Sic ſpiritualiter ſollicitos nos debent reddere bellum aſsiduæ tentationis, mare inundans, anguſtiarum ſcilicet & tribulationis, ſicut in Iona ſcriptum eſt: Mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Vulnus proinde læſæ conſcientiæ, morbus ardentis concupiſcentiæ, inopia virtutis & operum iuſtitiæ, debitum graue promeritæ pœnæ, præſertim quum inſtet ſummus creditor dicens: Redde rationem, redde quod debes. Qui & ipſe nihil praue admiſſum inultum abire patietur. Ecce quàm multa, quæ ſi diligenter attenderentur, & ſollicitos reddere, & omnem prorſus ignauiam & pigritiam propellere poſſent à nobis.

*Ionæ. 1.*

*Matt. 18.*

¶Secundò contra tepiditatem opponit ſpiritus feruorem, dicens: ſpiritu feruentes, ne forſan & tibi dicatur: Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ignẽ quippe venit Chriſtus mittere in terram, nec aliud vult, niſi vt ardeat. Hic ignis ſemper ardet & operatur. Voluntas enim humana dei amore ſtimulata melioraſẽ per, & maiora meditatur, adeò vt & ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciat eam. Proinde feruor iſte mentem ab omni impuritate purgatam reddit. Olla nempe feruens ſeipſam purgat. Nequaquam huic inſident muſcæ. Ignitus enim diuini feruor amoris, cogitationes malas quaſi muſcas, nõ admittit.

*Feruor ſpiritualis quid conferat.*

*Apoc. 3.*

*Lucæ. 12.*

*Canti. 8.*

*Simile.*

¶Tertiò, aduerſus ocioſitatem mandat nobis Apoſtolus in dei famulatu, & piis operibus alacritatem, dicens: Domino ſeruientes. Attamen quum propter deum etiã proximo benefacis, putabis te nõ tam homini quàm deo ſeruire. Rurſus quũ vel proprij corporis neceſsitatibus, vel negotiis domeſticis, vel his qui tibi cõmiſsi ſunt ſecũdũ legem charitatis intendis, deo te non dubites per hæc omnia famulari. Hæc omnia & ſimilia in dei gloriã facienda, ſicut alio loco idẽ Apoſtolus ait: Siue comedatis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã dei facite.

*Intẽtio ſãcta domino famulatur.*

*1. Cor. 10*

domino, inquit, ſeruientes, cuius ſeruitio nihil præſtan
nihil honorabilius, nihil iuſtius, denique nihil in hac
ta vtilius eſt. Sequitur:

*Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes.*

*Aduerſitas parit hæc vitia.* ¶Hîc tria tradit Apoſtolus documenta, præſertim tépo
aduerſitatis opportuna. Solet enim aduerſitatum incur
in homine tria parere vitia, ſcilicet puſillanimitatem,
ſtem impatientiam, de diuino ſubſidio diffidentiam. C
tra quos animi morbos contraria hîc nobis tradũtur m
dicamenta, videlicet ſpes, patientia, & oratio.

*Spes, puſillanimitatis remedium eſt.* ¶Itaque primò contra puſillanimitatem ſanctæ ſpei
medium obiiciens dicit: Spe gaudentes. Sicut enim pu
lanimitaté comitatur triſtitia menté obrutura, ita &
gaudium comes eſt, deiectá & preſſam mœrore men
Iacobi. 1. mox leuaturum. Hac ſpe gaudere nos docet B. Iacob
poſtolus, dicens: Omne gaudium exiſtimate fratres,
Simile. in tentationes varias incideritis, ſcientes quòd prob
Roma. 5. fidei veſtrę patientiam operatur, patientia auté opus
fectum habet. Spe gaudet pauper, ad præclaram ad
tus hæreditatem. Nos autem (vt alibi ait apoſtolus)
& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei.

*Patientia cómendatur.* ¶Secundò contra impatientiam, patientiæ tradit an
tum, dicens: In tribulatione patientes. In patientia n
Luc. 21. veſtra poſsidebitis animas veſtras. Quòd ſi per pati
animas noſtras poſsidemus, liquet quòd per impatie
Prou. 19. animas perdimus. Siquidem (vt per Salomonem di
Hebr. 10. qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. Itaque patien
bis neceſſaria eſt, vt voluntatem dei facientes, repo
promiſsionem. Hanc patientiæ virtutem piorum C
Similia. martyrum mens bene conſcia inuictam ſeruauit vſq
Iacob. 5. mortem.

¶Patiens eſt nauta inter freti maris frementes flu
miles inter horrentes armorum ſtrepitus, & (vt B. Ia
ait) agricola expectat pretioſum fructum terræ, pa
ter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotin
entes igitur eſtote, inquit, & vos, & confirmate cor
ſtra, quoniá aduentus domini appropinquauit. No
gemiſcere fratres in alterum, vt non iudicemini. E
dex ante ianuam aſsiſtit. Exemplum accipite fratre

tus mali,laboris & lõganimitatis & patientię Prophetas
qui loquuti ſunt in nomine domini.Ecce beatificamꝰ eos
qui ſuſtinuerunt.Sufferẽtiam Iob audiſtis,& finem domi-
ni vidiſtis .Confirmate corda veſtra,inquit, vtique patiẽ-
tiæ virtute,quę abſente patientia per impatientiam vacil
lant & infirmantur.

¶Tertiò,contra deſperationis mortem & elongationem
à deo propter occurentiũ molem malorũ,oſtendit nobis
remedium internæ orationis,dicens:Orationi inſtantes, *Oratio ob*
quaſi dicat,Si à vobis id extorquere non valetis,vt ſitis in *ſtat deſpe*
tribulatione patientes,eritis ſaltẽ orationi inſtantes.Vigi *rationi.*
late,inquit,dominus,& orate, vt nõ intretis in tẽtationẽ. *Matt.16.*
Nec ſimpliciter dixit,orãtes,ſed orationi inſtãtes,vt ſi in *Mat.21.*
initio nihil acceperis deprecatus,inſtando tamen ad votũ
cũcta perficies.Orãdum eſt autẽ nõ vt nihil patiamur ad-
uerſi,ſed ne in rebus aduerſis deficiamꝰ.Vigilate itaque,
ait dominus,omni tẽpore orantes,vt digni habeamini fu
gere iſta omnia quę futura ſunt,& ſtare ante filium hoĩs.
Præmiſerat graues illas tribulatiões,quę aduerſꝰ electos
dei in fine mundi ſũt emerſurę:inſinuãs nimirũ quòd has
nullus ſine orationis inſtantia ſuperabit.

¶Propter aduerſitates enim quidam à deo magis elon- *Aduerſis*
gantur,aut per impatientiã & deſperationem,aut quia de *rebus qui-*
deo diffiſi ad humanum recurrunt auxilium,habentes(vt *dam à deo*
Eſaias ait)fiduciam in vmbra AEgypti.Sed planũ eſt hũc *magis elõ-*
deſipere,qui innititur vmbræ. Sequitur enim : AEgyptus *gantur.*
fruſtra,& vanè auxiliabitur.Quod enim pateris,fecit tibi *Eſa.30.*
dominus.Et quis eſt qui de manu eius poſsit eruere?AE- 1.Re.28
gyptus ſeculum iſtud & mũdi vanitas eſt,baculus itaque *Deut.32.*
arundineus & confractus,cui ſi quis innixus fuerit, deci- *AEgyptus*
pietur planè,& inſuper vulneris ſui damno afficietur.Cõ *miſtice.*
fringetur enim hæc fragilis arũdo,& acerbo vulnere ſau *Eſai.28.*
ciam reddet manum innitentis. Mendacium proinde ſpẽ *Sapi.5.*
ſuã poſuerãt,& baculo huic arundineo fuerant innixi,qui *Ad diui-*
ſerò pœnitentes dicunt: Quid nobis profuit ſuperbia, & *nos recur-*
diuitiarũ iactantia quid contulit nobis?Tranſierũt omnia *rentiũ per*
velut vmbra.Hæc eſt enim vmbra AEgypti quæ (vt dictũ *fidia.*
eſt) fruſtra & vanè auxiliatur. Nonnulli verò dum rebus 4.Reg.1.
aduerſis affligũtur,prophano ſcelere ad ſortilegos aut di

 uinos

uinos recurrunt,conſulentes Beelzebub deum Accaron
quaſi non ſit deus in Iſrael.Sed non ſic Chriſto fideles q
apoſtolico īſtituto in omni neceſsitate ſua fiducialiter a
deum orantes recurrunt,ſicut de ipſis per prophetam d
minus loquitur,dicens:In tribulatione ſua mane conſu
Oſee.6. gent ad me.Horum nempe vox eſt: Nos alium deū ne
mus,niſi dominum in quo ſperamus,qui nō deſpicit n
nec amouet ſalutem ſuam à genere noſtro.

¶Cæterùm vt ſecundum charitatis præſcriptum ad n
metipſos pariter & ad proximos nos rectè geramus,a
vt orātes exaudiri& adiuuari à domino mereamur,ne
ſe eſt nos omnem prorſus cauere ſuperbiam,& grati
ctis amplecti humilitatem. Vnde ſubdit dicens:

*Non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes.*

¶Vt non ſitis illius ſectatores,de quo ſcriptum eſt:Om
Iob.41. ſublime videt,qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ
*Solos humiles à deo liberari.* enim niſi humilitate paruuli à deo liberantur, dicēte
pheta:Circundederūt me dolores mortis,& pericula
ferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inu
Et poſt pauca ſubdit:Cuſtodiens paruulos dominus,
Iob.5. miliatus ſum & liberauit me.Non enim niſi humiles
ponit in ſublimi. Denique non niſi humilibus patet a
Mat.19. tus ad vitā æternam,dicente domino:Niſi cōuerſi fue
& efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum
lorum. Poſtremò,non niſi humilitate paruuli,diuinæ
ſolationis vbere lactantur.Nam ſi per ſuperbiā grādi
fectus ſis,mox tibi diuinę conſolationis vbera nega
ſicut de ſeipſo Propheta loquitur,dicens: Si nō humi
ſentiebā,ſed exaltaui animā meam,ſicut ablactatus
per matre ſua in retributio ita anima mea.

¶Non alta ſapientes, inquit, ſed humilibus conſen
tes.Quaſi dicat:Cum abiectis & humilibus voſmet
annumeraueritis.Nec ait colloquētes humilibus,ſe
ſentiētes,quod nequaquam ore peragitur,aut aliqua
teriori ſimulatione , quomodo foris hypocrita finge
militatem,& intus amplectitur vanitatem,qui non
de,ſed in ore habet veritatem.Sed vera humilitas
ſcit,ne ſit elatio in animo,ne pręſumentes de ſe non
doleant aliis,ne exprobrēt eis vt peccatoribus.Hęc

eſt ſuperbia quæ tum offendit, quum ſe præponit, ſed hu-
milibus ſint conſentientes, id eſt, conformiter humilibus
de ſe in corde ſentiant, vt gratiam habeant apud deum.

## DOMINICA TERTIA poſt epiphaniam.

*Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.* *Roma.12*
¶In hac lectione Apoſtolus duo facit. Primò
oſtendit nonnulla quæ ſunt à nobis vitanda.
Secundò, docet ea quæ ſunt amplectenda & facienda.
Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Pro-
uidentes bona.

¶Circa primum duo facit. Primò, oſtendit quæ debeamus
vitare in nobiſipſis. Secundò, quæ vitare debemus, ne in-
feramus aliis, ibi: Nulli malum pro malo.

¶Circa primum cauendum nobis eſſe præcipit à propriæ *Ne prudẽ-*
prudentiæ præſumptione, dicens: Nolite eſſe prudentes *tes ſimus*
apud voſmetipſos. Præmiſerat enim: Non alta ſapientes, *apud noſ-*
ſed humilibus conſentientes. Ideo ne illis, inquit, conſi- *metipſos.*
miles efficiamini qui euanuerunt in cogitationibus ſuis, *Rom. 1.*
quorum obſcuratum eſt inſipiens cor: qui dicentes ſe eſſe
ſapientes, ſtulti facti ſunt: illorum, inquam, excæcationis
exemplo cautiores redditi, nolite eſſe prudentes apud
voſmetipſos. Nolite vel veſtræ propriæ prudentiæ, vel vi
ribus vſqueadeò fidere, vt exiſtimetis vos nullius egere
conſilio qui recta ſuggerat.

¶Moyſes tametſi colloquio diuino frueretur, nihilomi-
nus tamen vſus eſt conſilio ſoceri ſui Iethro ſacerdotis *Exod.18.*
Madian. Rurſum ipſe Apoſtolus Paulus vas electionis, *Moyſes cu-*
qui non ab homine, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti *ius vtitur*
accepit Euangelium, qui diuinam ſapientiam a tertio cœ *cõſilio.*
lo affluenter reportauit, ad Ananiam informandus deſti- *Gal.1.*
natur a Chriſto. Non tamen prohibetur hîc nobis prudẽ- *2.Cor.11*
tiæ virtus, quam dominus pręcepit, dicens: Eſtote prudẽ- *Actu.9.*
tes ſicut ſerpentes. De qua beatus Petrus ait: Eſtote pru- *Mat.10.*
dẽtes, & vigilate in orationibus, ſed ne videamur nobiſ- *1.Pet.4.*
ipſis prudẽtes, ne imperſuaſibiles cõtumaceſq; reddamur

¶Apud ſe autem prudẽs ille dicitur, qui quum ſtultus ſ
*Apud ſe prudens quis ſit.* exiſtimat ſe eſſe ſapientem. De quo per Salomonem di
tur: Sapientior ſibi ſtultus videtur ſeptem viris loquen
bus ſententias, quum tamen à vera ſapientia & prude
*Prou. 26.* remotior nemo ſit, ſicut idem Salomon ait: Vidiſti hom
*Ibidem.* nem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit i
*Sapientia vera qualiter acquiratur* piens. Vnde niſi noſipſos à præſumptione huiuſcem
propriæ prudentiæ euacuauerimus, nõ poterimus ſap
tiæ ſalutaris eſſe capaces, propter quod Corĩthiis ſcri
dicit: Si quis videtur ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus
*1. Cor. 3.* vt ſit ſapiens, & captiuet intellectum ſuum in obſequ
Chriſti. Prudentiæ carnis omnino renuntiet, ipſa e
*Ibidem.* ſtultitia eſt apud deum. Vnde & per prophetam dom
dicit, Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam
*Eſa. 29.* dentiũ reprobabo. Et quoniam mundus in ſapientia
*1. Cor. 1.* non cognouit, placuit deo per ſtultitiam prędicatio
ſaluos facere credentes.

¶Scimus per moyſen in lege dominum mandaſſe, in
*Leui. 1.* molatione turturis aut columbæ, & caput ad collum
*Figura.* torqueri, & extractam veſiculã gutturis & plumas de
re proiici in loco in quo cineres effundi ſolẽt. Quon
rum docemur voluntatem noſtram per caput deſign
(quòd inter cæteras animæ & corporis potentias prin
habeat) ſub dominicis præceptis humiliare. Porrò gu
ris veſica execta reiicitur, dum à ſenſu carnis & pro
prudentiæ præſumptione, mẽs nòſtra vacuatur. Cin
verò locus, quo iactantiæ plumas & propriæ pręſum
nẽ prudentię abiicias, mortalis cõditionis recordatio

*Eſai. 57.* ¶Inter eos autem qui prudentes ſibi nullius acquie
*Prudẽtes apud ſe qui.* conſilio, denotantur primò illi qui exercent vſuras
textu pietatis. Verbi gratia, vt augeatur res pupillo
quum tamen dicat Apoſtolus, non eſſe facienda ma
*Roma. 3.* veniant bona. Nec enim pietas dici poreſt, quod adm
tur contra legem dei: quum ſit impietas, dei manda
obtemperare. Nec ſit habitatur⁹ in tabernaculo do
qui pecuniam dederit ad vſuram. Et quia recipien
vſuras non alia patet ad ſalutem via, quàm per illam
ſtitutionem, tenẽtur proculdubiò huiuſcemodi neg
rum geſtores hanc vſuram ſeu excreſcentiam reſtu

iis, à quibus contra fas accepta eſt, niſi forſan ipſi quorum geſſere negotia, ſuarum rerum compotes facti & emácipati reſtituant.

¶Secundò, prudẽtes apud ſemetipſos & difficile perſuaſibiles ſunt, qui ſuperbiam & ſuperfluitatem exercent ſub imagine honeſtatis, allegantes pro ſe temporis & loci cõſuetudinem, vt palàm ſit eos eligere viam latã & ſpatioſam, vtique iam plurimis tritam, quæ ducit ad perditionem: per quam (teſte domino) ambulant multi, quum tamen in lege dei ſcriptum ſit: Non ſequeris turbam ad faciendum malum. *Mat. 7. Exẽplum multitudinis non excuſat. Exod. 23.*

¶Tertiò, qui recuſant vel differunt aliena reſtituere, dum ſancti ſunt, irretiti vitio cupiditatis. Hi fruſtra ſuis moriẽtes iniungunt hæredibus, vt malè acquiſita reſtituãt, quaſi cupidis hæredibus maior ſit eorum cura ſalutis, quàm fuerat ſibiipſis. Sed mortuis illis hæredes quicquid relictum eſt, ſuum iam eſſe defendunt, non mortuorum. Nec rem ſuam minuent pro ſubſidio defunctorum. Malentes (vt ſe res habet) ſibi melius eſſe quàm alteri. Non ergo fallant miſeri ſemetipſos, putantes poſteros cum propriæ rei detrimento facturos, quod ipſi dum viuerent, & ſuarum rerum potirentur, pro ſalute propria facere noluerunt. Sed quid prodeſt miſeris etiam ſi mundum vniuerſum lucrentur, animarum verò ſuarum detrimentum patiantur? *Mat. 16.*

¶Araneo planè ſunt ſimiles, qui vt vilem capiat muſcam, texendo reti euiſcerat ſemetipſum. Stultus eſt qui aureo piſcatur hamo, quũ ſit ipſe damno vicinior quàm lucro. Iſti autem lucra huius ſeculi cum ſuarum animarum periculo ſectati ſunt. *Araneo ſimiles auari. Simile.*

¶Quartò, qui in ſe peccantibus dimittere nolentes vltionem expetũt, pretextu zeli boni & æquitatis, exiſtimãtes id quod permagnificũ & egregium eſt (ſcilicet ignoſcere) eſſe ignauię & puſillanimitatis, eſſe offœminatorũ, quaſi non is qui crudelitatẽ vincit, ſed qui ab ea vincitur, pro viro forti habendus ſit. Vſqueadeò mentitur iniquitas ſibi. Sed tu puta egregium vindictę genus eſſe, ignoſcere. *Egregium vindictæ genus.*

¶Circa ſecundum, vbi docet quæ vitare debemus, ne inferamus proximis, dicit:

Nulli

*Nulli malum pro malo reddentes.*

¶Quod vtique facere ſolent ſuo ſenſui nihil non tribu tes videlicet prudentes apud ſemetipſos, credentes ſi quicquid libet, etiam licere, libidinem ſuam ſuperuac rationibus fruſtra fucare ſatagentes, quum tamen fas n ſit cuiuis homini etiãſi vel infidelis ſit vel peſsimus, m lum pro malo reddere, quum ſine exceptione dicat Ap ſtolus: Nulli malum pro malo reddentes.

*Quadruplex retributionis modus.* ¶Sed aduerte quadrifariam eſſe retribuendi modũ. Re dere nempe contingit bonum pro bono, quod huma eſt: bonum pro malo, quod diuinum eſt: malum pro ma quod ferarum eſt: malum pro bono, quod diabolicum e

¶De primo exemplum eſt, verbi gratia: Amare ſe am tem, iuuare ſe iuuantem, mutuanti mutuare, ſalutante ſalutare. Iſta enim etiam ethnici faciunt & peccatores.
*Mat.5.* Ad hoc enim communis humanarum mẽtium inſtinct inducit.

¶De ſecũdo exemplum habemus in deo, qui ſolem ſu
*Ibidem.* oriri facit ſuper bonos & malos, pluit ſuper iuſtos & i iuſtos, & miſericors & patiens eſt ſuper malos & ing tos. Sanè quiſquis ſimiliter faciens bonum reddit pro lo, probat ſe eſſe filium patris qui in cœlis eſt. Diligit
*Mat.5.* quit inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus & c lumniantibus vos, & benefacite his qui oderunt vos, tis filii patris veſtri qui in cœlis eſt.

¶De tertio exẽplum eſt: Exigere oculum pro oculo, de
*Exod.21.* tem pro dente, plagam pro plaga, liuorẽ pro liuore, ſe
*Nũ licitũ ſit iniuriã ſuã vlciſci.* dum legem talionis. Sed quærat aliquis: Num ſempe peccatum iniuriã ſuam vlciſci, quum dominus ipſe t nis legẽ permiſerit? Ad quod reſpõdetur, quòd vtiq;
*Mat.26.* peccatũ eſt, quoties quis vel prętermiſſo iuris ordine manu ſua vlciſcitur, accipiẽs incõceſſum gladium, d qui & ipſe gladio intereat, vel etiã quoties manu alte cui tamen id munere publico conceſſum nõ eſt. Veru læſus à proximo vltionem quæris interuentu eius qu blica functione conſtitutus eſt iudex, & hoc amore iu tiæ feceris, aut vt is qui deliquit per hoc corrigatur & hibeatur, aut vt alii ipſius ſupplicio deterreãtur, & vt hoc tuta ſit inter improbos mores innocẽtia, nõ aut

turãdi odii tui cupiditate, nec vt illius te pœna delectet, ſed ea quę dicta ſunt intendẽs, recta feceris, nec peccaſti. Spectãdũ eſt enim hac in re quorſum tua feratur intẽtio, quę operi tuo vel ęquitatis vel iniquitatis nomẽ imponit. *Seſe vlciſcentium inſania.* ¶Quiſquis autem ſola ſe vlciſcendi libidine malum reddit pro malo, non ſolùm illi quem odit, ſed multò magis ſibimetipſi nocet. *Simile.* Sicut enim aper in ſylua, furore percitus in cuſpidem venabuli impingit, vt vel ſuo vulnere ad venatorẽ vſque pertingat, ſibiipſi non parcens, qui quò ardentiori furore venatorem petit, eò lethale ferrũ ad intima recipit profundius: nihilò ſeci⁹ quiſquis proximo malum referre pro malo contendit, proprio ſe iaculo primũ conficiat neceſſe eſt. Sic enim propheta precatur, dicens. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorũ cõfringatur. Nam ſi malum eſt pati hominem malum, alienum videlicet malum: quantò peius eſt intrinſecum iugiter & proprium pati malum, imò pati ſemetipſum malũ? & hinc malum, quia reddideris malum pro malo. *Malũ pati præſtat quàm eſſe malũ.* Itaque malum pro malo non reddere duo nos ſuadent, proprium videlicet detrimentum, & diuinæ legis præſcriptum, vt patet ex dictis.

¶Circa tertium principale dicit:

*Prouidentes bona non tantũ coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.*

¶Hic tradit ea quæ ſunt amplectenda & facienda. Et primò circa hoc oſtẽdit, qualiter ſe debẽt habere fideles erga omnes generaliter. Secũdò, qualiter ſe debent habere ad inimicos ſpecialiter, ibi: Non voſmetipſos defendentes.

¶Circa primum dicit: Prouidentes bona non ſolũ. *Bona eſſe prouidẽda coram hominibus.* Quod non eò dixit, vt ad iactantiam viuamus, ſed ne obtrectantibus præbeamus occaſionem, præſertim quum ſint plurimi qui & dicta noſtra & facta obſeruãt. Spectaculũ enim inquit, facti ſumus mundo, angelis & hominibus. *1. Cor. 4.* Itaque ne ſitis illis in ſcandalum, ſed in exemplũ virtutis, prouidere bona non modò coram deo, ſed etiã corã hominib⁹. Quaſi dicat: Sollicitè & diligẽter ꝓſpicite, per quę bona, & deo placere, & proximũ ędificare poſſitis. Nec putetis vobis de veſtra cõſciẽtia blãdiẽdũ, ſi xꝑimorũ offẽſiones & ſcãdala nõ vitaueritis, illorũ pacẽ & ædificationem contemnentes

*1. Timo. 3* temnentes. Nam ſanctos oportet habere teſtimonium
ab his qui foris ſunt.
*Curā deo nos tria cō mendant.* ¶Sed tamen primo loco debet nobis eſſe cura prouide
di bona coram deo, deinde coram hominib⁹. Sunt aut
tria bona quæ nobis coram deo, (auxiliatrice gratia) p
uidere debemus, ſine quib⁹ nemo illi acceptus eſt: quę
fides recta, conſcientia bona, intētio ſyncera. Primum
cet ſancta Romana eccleſia. Secundum efficit innoc
vel pœnitentia. Tertium operatur circūſpectio, & ſim
citas columbina.
*Fides recta.* ¶De primo per ſapiētē dicitur: Beneplacitum eſt deo
des & manſuetudo. Intātum autē placet noſtræ fidei
*Eccle. 1.* ceritas, vt per eam credentium animæ deo deſpōſen
*Oſee. 2.* cut ipſe per prophetam loquitur dicens: Spōſabo te
in fide. Et pleriſque in euāgelio à Christo dictum leg
fides tua te ſaluum vel ſaluam fecit. Sine fide autē im
ſibile eſt placere deo.
¶De ſecundo ſapiens ait: Qui diligit cordis mundici
*Heb. 11.* habebit amicum regē, Et ideo beati mūdo corde, q
*Cōſciētia bona.* am ipſi deum videbunt. Et non niſi innocens manib
mundo corde accipiet benedictionē à domino. Gra
*Prou. 22.* illa anima eſt, cui propter ſui mūdiciam dicitur: To
*Mat. 5.* chra es amica mea, & macula nō eſt in te. Anima
*Cant. 4.* quę conſciētiam fœdatā probris gerit, per prophetā
*Ezec. 16.* tur: Abominabilem feciſti decorem tuum.
*Intentio ſyncera.* ¶De tertio, ſcilicet intentione ſyncera & recta, qu
nibus dei gloriam intendit, dictum eſt à domino: S
*Mat. 6.* lus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum
*Oculus ſimplex & oculus nequam.* Si autem nequam fuerit, etiā corpus tuū tenebroſum
Vbi per oculum ſimplicem, intētio recta ſignificatur
oculum nequam intentio praua. Idcirco autem oc
nequam habētis corpus totum tenebroſum dicitur,
opera (etiam in genere ſuo bona) ſiniſtra tamē intē
facta, non modò deum non placant, ſed inſuper offe
Vt verbi gratia: Si quis propter vanam hominum g
quæ recta ſūt geſſerit, deo nequaquā placet, ſed de
dit, quia id quod ſolius dei eſt, cōtra vetitum vſurpa
*Figura.* Olim diuina lege re⁹ mortis erat, qui thymiamatis
*Exo. 30.* tionē in ſuos priuatos vſus cōuerteret, aut illo ſibi

lupt

luptatem odore vteretur, quod vtique per Eſaiã alijs dũ- *Eſa. 42.*
taxat verbis manifeſtius interdicens: Gloriam meam, inquit, alteri non dabo. Et hæc de bonis quæ nobis prouidere debemus coram deo.

¶Præcipua verò bona quæ nobis coram hominibus prouidere debemus, ſunt: Exemplum virtutis, exhibitio honoris, dulcedo affabilitatis, auxilium ſubuẽtionis. Vnuſquiſque, inquit, proximo ſuo placeat in bono, hoc eſt, per ea quæ recta ſunt & bona, ſtudeat quilibet proximo ſuo eſſe commendabilis, Chriſti bonum atque viuificum odorem circunferendo, & fidei lumen in lucerna bonorum operum inter huius ſeculi tenebras errantibus præferendo, vt redeant in viam, charitatem nihilominus & pacem ædificando, vt tam ex ore quàm ex opere veſtro Chriſtus ipſe & audiatur & videatur, & doctrina fidei exemplariter in opere veſtro deſcripta, ab omnibus legatur, & luceatis in medio nationis prauæ & peruerſæ, ſicut luminaria in mũdo, verbum vitæ continentes, vt ſic ſcandalum omne vitantes, poſsitis præſtare quod ſequitur.

*Hæc e proximo nos commendant.* *Rom. 15.* *Philip. 2.*

*Si fieri poteſt quod in vobis eſt, cum omnibus hoĩbus pacem habentes.*

¶Quantum, inquit, ad vos attinet, cum omnibus hominibus ſeruabitis pacem, ſi corã eis bona prouideritis, præſertim in illa quæ dicta ſunt. Bene autem dixit: Si fieri poteſt. Sępe enim nec quietem ducere poſſumus, nec pacem ſeruare, præſertim quum de fide certamẽ oritur. Sed vos, inquit, pro viribus cauete, ne cuiquam diſsidij vel perturbationis cauſam obtuleritis.

*Pacem cũ omnibus ſeruari nõ poſſe.*

¶Verùm ſi fidem lædi videas vel offendi, obſiſte virili animo pro fidei veritate tuanda, decertans. Nec tamen dixerim, quòd hominem ipſum qui fidẽ lædit odio habeas, ſed quòd illius tibi ſit odioſa impietas. Vel potius ipſius miſertus, curandum illum per te, & ad ſanitatem reducẽdum ſperato: Sic fiet vt id quod videbatur fieri vix poſſe, factu facillimum ſit: & quantum in te fuerit pace ſis vſus, ſola impietate expugnata. Sed quia ſunt qui bono virtutũ odore (non ſecus ac ſerpens fragtãtia vineæ florentis) offenduntur, quibus odor vitæ conuertitur in mortem, ideo ponit Apoſtolus conditionem (vt dictum eſt) Si fieri poteſt,

*Quoſdam virtutis fama offẽdi. De quorũ odio non eſt curandum.*

teſt, inquiens, quod in vobis eſt. q.d. Vobis attendite,
per vos pax turbetur. Quòd ſi obſeruaueritis, & nihil
minus ipſi vobis infenſi ſint, de illorũ irrationabili in v
odio non curetis, quia id minimè ex data per vos illis
caſione, ſed de ipſorum malignitate proficiſcitur, mo
pacifici vos ſitis, etiam cum his qui pacem oderunt, co
tentiones & lites (quibus pax inter homines maximè
latur) ſummo ſtudio ſemper fugientes. Vnde ſubdit:

*Non voſmetipſos defendentes chariſsimi, ſed date locum iræ.*

¶Hic Apoſtolus docet ſecundum ſuperius memoratu
videlicet qualiter ſe debent habere fideles ad inimic
tã pro iniuria flagrante maleficio & iam præſente, q
pro præterita, ibi: Scriptum eſt enim: Mihi vindictam

*Si ſit iniuria præſẽs*

¶Si enim ſit iniuria præſens, audi quid dicat: Non voſ
ipſos defendẽtes chariſſimi, ſed date locum iræ. Vbi
dicit: Vnum eſt, ſeipſum non eſſe vindicandum: alter
dum eſſe locum iræ. Itaque contra illum qui tibi vult
lum inferrre non te defendas, expetẽdo vltionẽ, ſed
verbis contentioſis cum illo certando, ſicut decet m
ſuetos & humiles ſectatores Chriſti, qui à Iudæis in
plo tumultuantibus & conrixantibus exiuit, & coram
pha & Pilato calumniam illi ſtruentibus perpauca lo
tus eſt, nec ſe defendit. Nam vt Sapiens ait, Honor e
mini, qui ſe ſeparat à contentionibus.

*Iurgia ſũme cauenda*

Ioan 8. Mat. 26. Luc. 22. Prou. 20.

¶Puta longe honeſtius eſſe cõtentioſo cedere, quàm
cere cõtendẽdo. Citius tacebit cõtentioſus, ſi tacuer
ille conſiſtit aduerſum te, quàm ſi pergas aduerſus
cõtendẽdo defendere. Vnde & per ſapientẽ dicitur: N
tiges cũ homine linguato, & nõ ſtrues in ignẽ illius li

Eccle. 8.

*Vim vi repellere.*

¶Et quanuis vim vi repellere liceat omnibus, quia
hoc licitè fieri non poteſt niſi cum moderamine inc
tæ tutelæ, & difficilè tunc ſit defenſionem ſic temp
quin ſit ipſa culpabilis, cõſultius eſt amplecti quod h
cet Apoſtolus, vt ſcilicet noſmetipſos non defend
¶Verùm ne palea granũ opprimat, & oues quæ ſe d
dere nõ nouerunt, paſsim à lupis cõſumãtur, date, in
locũ irę (quod eſt ſecundũ quod hoc loco expreſsit
ſtolus) id eſt, cedite ad tẽpus improbitati, vt flamma
clauſa intra ſemetipſum ira exurat. Tametſi nihilom
hoc apoſtoli dictũ & aliter ad ędificationẽ poſsit int

¶Vno modo ſic, Date locũ iræ , id eſt, eos qui contra vos
irati ſæuiunt, permittite & ſinite. Patientia nempe veſtra *Date locũ*
magnam habet remuneratiõe, & eorũ improba ſæuitia *iræ.*
damnationẽ.Itẽ aliter:Date locũ iræ.ſ.diuinæ,quæ illatas Hebr.10.
vobis iniurias vindicabit.Nã ſi pœnas de iis qui mala vo-
bis inferunt,ſumpturi eſtis,nõ vobis opem laturus accur
ret deus.At ſi hos dimiſeritis,acerbius in eos vindicabit. *Si iniuria*
¶Cæterũ ſi iniuria iam in prçteritum tranſierit,audi quo- *iã ſit præ*
modo te habeas erga illũ qui intulit eam. Sequitur enim: *terita.*
*Scriptũ eſt enim: Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus.* Deut.32.
¶Ideo hęc intulit Apoſtolus,ſacrarum literarum teſtimo
nio comprobata, vt conſoletur impatientiuſculè toleran
tes, qui nihil magis voluptatis habent quum offendũtur,
quàm vt iniurię eis illatæ vindicentur. Mihi vindictã(in-
quit dominus per Moyſem)de iis qui vos lęſerũt deferte.
Mea enim eſt vltio,&ego retribuam eis in tempore,vt la
batur pes eorũ.Itaque nemo temerè ſibi vſurpet quod do *Vltionem*
minus ſeruauit ſibi ſoli, & aſſerit eſſe ſuum. Vnde Dauid *iniuriæ*
ſanctus,vir vtique quem inuenit dominus ſecundum cor *deo deferẽ*
ſuum,de Semei(viri vtiq; ſcelerati,& multo ſupplicio di- *dam.*
gni) aduerſum ſe maledictis quũ poſſet, noluit ſe vlciſci. 2.Reg.16
¶Potes ſanè, ſicut dictũ eſt , illatæ tibi iniuriæ vltionem
legitimo iudici,citra dei offenſam deferre, quum ſecun-
dum Apoſtolum omnis poteſtas à deo ſit, nec ſine cauſa Roma.13
gladium portat:Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei
qui malè agit.Vnde & cauſam tuam quam ei defers,Deo
te deferre putabis.Hoc tantùm caue, ne aliud quicquam
aut intendas,aut optes,quàm vt per legitimam vltionem
is qui foreſecit corrigatur,non autem vt confundatur aut
pereat, neque vt te illius pœna delectet.
¶Quòd ſi quęras , quare non permittit deus vt ſe quiſque *Quare*
de inimico ſuo vlciſcatur?Vtique ob hãc cauſam,vel ma *prohibet*
ximè,quòd in vindicando plerunque modum excedat qui *deus vl-*
leſus fuerat,nec poteſt ſeſe cũ animi tranquillitate vindi *tionem.*
care.Idcirco deus vindictam hãc ſibi reſeruat, vt ipſe qui
immutabilis & imperturbabilis eſt , iudicet illos , iuxta
quod ſcriptum eſt: Tu autem domine cum tranquillitate
iudicas omnia. Eius enim ideo iuſtum eſt iudicium , quia Sapien.12
non perturbatur,nec modum excedit in vindicando.

¶Sed

¶Sed his quæ dicta ſunt obſtare videtur quod in Apo
lypſi clamant ſancti, dicentes: Vſquequo domine non
dicas ſanguinem noſtrum: Et vnde per prophetam dic
Lætabitur iuſtus quum viderit vindictam. Sed lóge al
ſancti, & aliter impij vindictam de inimicis exquir
Impij nempe idcirco ſuas iniurias vlciſci volunt, vel
inimicis ſuis inſultent, vel vt de eorum pœna ſatie
& ſe oblectent, ſuũ in eos odium exſaturátes, & vt hi
puniuntur, confundantur & pereant. Quę omnia lo
abſunt à ſanctis, qui ſe ideo non vindicant de inimic
locum dent diuinæ vltioni. Lætantur autem quum v
rint vindictam, eò quòd per illam, eorũ inimici vel a
lis perpetrandis coërceátur, aut ad id quod eſt rectum
uocantur, aut certè (quod magis optant) corriguntu
ſanantur, vel quia ex obſtinatorum percuſsione deu
ſtus cõprobatur & laudatur, vel quia eorum percuſsio
cax documẽtum eſt eorum ſimilibus, vt dei iuſtitiam
paueſcant, iuxta quod per Salomonem dicitur: Peſti
flagellato ſtultus ſapientior erit.

*Vltionem quomodo petant ſancti.*

*Apoc. 6.*

*Quomodo lætatur iuſtus quum viderit vindictam.*

*Prou. 16.*

¶Proinde & hac ratione lætatur iuſt' de iudicio dei,
deum diligit, & quia id ei placet quod & deo. No
nim quòd deus ſicut interdum pluit ſuper iuſtos & i
ſtos, ita & impios nonnunquam etiam in hac vita p
& pertinaces in fine damnabit. Et quia in his, vt dicti
diuinæ voluntati ſe iuſtus cõformat, lætatur nimirum
viderit vindictam. Non ergo huic apoſtolico præc
contraueniunt, quaſi malum pro malo reddentes, an
di cupientes, qui ſuorum inimicorũ optát nõ perdit
ſed correctioné & ſalutem: nec in eorũ ſuppliciis
ptatem, ſed dei deſyderát gloriam. Dicat itaque: No
metipſos defendétes chariſsimi, ſed date locũ irę. Si
nõ ſinit paterfamilias, vt inter filios ſuos, ſi quid ori
rit quæſtionis, vnus ab altero ſumat vltioné: at mul
nus inter filios ſuos id inultè permittet deus, quádo
id potius velit, vt inimicis noſtris benefaciédo, diui
ſeratione reperiamur & ipſi non indigni. Vnde ſub

*Simile.*

*Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: & ſi ſitit, pot da*
*Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.*

¶Superius oſtendit qualiter habere te debeas erga
mi

micum, videlicet vt non inferas illi quod malum eſt, hic docet qualiter te habeas erga illum etiam conferendo in eum quod bonum eſt, dicens: Sed ſi eſurierit, quaſi dicat, Tantum abſit, vt te de illo vindices, vt etiam ſi eſurierit inimicus tuus, cibes illum.

¶Quòd autem ait, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius, bifariã poteſt exponi. Vno modo ſic, quaſi dicat: Nõ velis in cõtumelioſum & laceſſentẽ te exercere vindictã, quin potius aliquid boni in eũ cõfer- to: tũc enim deus erit in eũ acerbior tuæ iniuriæ vindex, ſi ille nõ ceſſat tibi inimicari, cui tu benefacere non deſinis. Vnde vt deſignet acerbiora ſuper impiũ tormẽta vẽtura, dixit, vt ei benefaciendo, carbones ardentes in eum cumulares. Quę idcirco intulit Apoſtolus, vt eorũ qui iniuriis affligũtur, ſubleuet animi puſillanimitatẽ, quib[9] fortè nil aliud videtur ſuaue, quàm ſui hoſtis iuſta cohibitio. *Carbones ignis ſuper caput inimici congerere.*

¶Alio modo ſic, vt per carbones intelligas incentiuum dilectionis & feruidæ charitatis, vel ſpiritus ſancti vrentẽ præſentiæ ardorem. Si, inquit, hęc, quę dixi, feceris inimico, ardorẽ charitatis pones ſupęr mẽtem eius, vſqueadeò vt tuis beneficiis delectatus, incipiat diligere quem prius habebat exoſum, & dicat: Quid eſt hoc quòd huic tanta facere mala volui, qui contulit in me tot bona? Sine cauſa igitur infeſt[9] ei extiti, Quia verò tãta erga me vſus eſt benignitate, chariſsimum ex hoc habebo fratrem, quem hactenus perſequutus ſum vt hoſtem.

¶Hoc modo egit Dauid erga Saul. Potuit enim hoſtẽ perſequentem (ſi voluiſſet) occidere, tradente hunc domino in manu eius, ſed diuinæ longanimitatis imitator, hoſtem ſeruare maluit, non modò tunc, quando ſopitis omnibus, nocte tentorium ingreſſus eſt dormiẽtis, & tulit ſecum in ſignũ haſtam quæ ſtabat ad caput regis & cyphum aquæ, ſed etiam alia vice & quidẽ magis opportunè, quum haberet hunc in ſpelunca ſolum, vbi & fidũ cohibebat militem ne extenderet manum in illum. 1.Re.26. *Exemplo Dauid parcendũ eſſe inimico.* 1.Re.24.

¶Sed quid illi poſt dixerit Saul quantumuis impius, aduerte. Profectò carbones ignis pius etiam in hoſtem ſuũ Dauid congeſſerat ſuper caput eius. Quum enim clamaret poſt tergum eius Dauid, & oſtenderet oram chlamy-

dis,quam(ignorante rege,& alium purgante in ſpelū
tenebroſa,in qua illum quem quęrebat latitare neſciē
præſciderat , ipſe Saul reſpōdit:Num hæc vox tua eſt
mi Dauid?Iuſtior me es.Nūc ſcio quòd regnatur' ſis p
me.Sic vicit Dauid in bono malum,quam profectò vi
riam & vincendi genus , conſequenter Apoſtolus no
commendans, dicit:

*Noli vinci a malo,ſed vince in bono malum.*

Qui enim malum reddit pro malo , vincitur & à m
proximi,& etiā à proprio malo, & ipſe malus & mal
ſeruus efficitur,qui illum ſibi deſumpſerit imitandū,
idcirco deteſtatur,quòd ſoleat obeſſe. Sed hæc tua ſi
ctoria,vt illum & longanimitate & patientia,imò eti
*Vinci a malo.* neficiis vincas,ipſúmque ex improbò reddas probio
¶Noli,inquit,vinci à malo,hoc eſt,vel à vitio tuo, ſ
licet, odio,inuidia,iniuſtitia:vel à malo, id eſt diabo
quo proculdubiò vinceris , dum aduerſum inimicum
exardeſcēs in iram,ad tui vltionem inſurgis,ad ſua
te antiquus hoſtis trahit voluntatem.
¶Vel,noli vinci à malo,id eſt,à malo homine.Si enim
tra illū tuas vīdicare iniurias perrexeris,ab illo vinc
&ā malo eius:quia ei qui malum tibi intulit ſimilis e
ris,ipſe enim te ſibi ſimilem facit.Quòd ſi commou
mo tuo imperaueris,& fręnaueris impetū tuæ paſſi
& malū pro malo nō reddideris, tum vtique victor
ris,& triumpho dignus.Sed vince,inquit,in bono m
id eſt,in deo diabolum,in virtute vitium, de inimic
virtute contende facere & lucrari amicum, ſic vtiq
ris in bono malum . Talem quippe nos de inimicis
referre victoriam,egregiam ſanè & glorioſam.

## DOMINICA QVARTA post epiphaniam.

*Rom.13.* N*Emini quicquam debeatis, niſi vt inuicem dilig*
¶In hac lectione Apoſtolus duplex inſinu
bitum.Vnum,à quo fideles decet eſſe libe
terum,cui ſemper eos conuenit eſſe obligatos.De
dicit:Nemini quicquam debeatis.De ſecundo ſub

ſi vt inuicem diligatis. Circa primum duo facit in textu li
teræ lectionis thomū pręcedēte. Primò enim docet quod
ſubditi debent ſuis præpoſitis obediētiam. Secūdò, quòd
de ſua temporali ſubſtantia debēt eiſdem legitimam præ
ſtationem, ibi: Ideo enim & tributa præſtatis.

¶Circa primum principale dicit:

*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,*

¶Docet (vt dictum eſt) quòd ſubditi debent ſuis præpo-
ſitis ſubiectionem, & hoc triplici ratione. Primò, ne deo *Parendum*
reſiſtant. Secundò, ne propriam perniciem incurrant. Ter *eſſe præpo*
tiò, ne ſuam conſcientiam ledant. Secunda ratio ponitur *ſitis.*
ibi: Itaque qui reſiſtit poteſtati. Tertia ibi: Ideóq; neceſſi-
tate ſubditi.

¶Circa primum rationęm dicit: Omnis anima poteſtati-
bus. Hoc enim poſt peccati lapſum deus voluit. Nā ſicut
corpora ſuperiora & cæleſtia, hæc inferiora gubernant,
& ſicut beſtiis homines præſunt (Expedit enim iumentis
& pecoribus & aliis animantibus brutis, vt per humanam
prouidentiam ſeruentur & gubernentur) ita vtile & ne-
ceſſarium eſt illis hominibus, qui vel ingenio ſuo hebe-
tiori, aut vitio praui, & quaſi in quandam pecorinā quali-
tatem verſi, vt à prudentibus & iuſtis, aut iuſtitiæ admini
ſtratoribus gubernentur & cohibeantur.

¶Et ne fortè aliquis ſibiipſi fidens, ſe putet ab huiuſce *Ab obediē*
modi ſubiectione fore eximendū, dicit Apoſt. generaliter *tiæ lege e*
omnē animā poteſtatibus ſublimiorib⁹ debere eſſe ſubie *ximi nemi*
ctam. Et ideo is qui ſe aliis videt eſſe prælatum, & ipſe fe *nem.*
rat æquanimiter aliquem ſibi præferri. Obedientiā quam
à ſubditis depoſcit, ipſe ſuperiori dependat. Quod Apoſt.
hac de cauſa admonet, vt oſtendat Chriſti euangeliū do-
cere fideles non modò quatenus ipſi à deo non deſciſcāt,
ſed vt etiā ſuis maiorib⁹ in licitis & honeſtis ſubiacētes,
factiones ſeditioſas aduerſum illos, & quaſcunque rebel
liones omnino deuitent. Idipſum & beatus Petrus admo
net, dicēs: Subiecti eſtote omni humanę creaturę propter *1.Pet.2.*
deū, ſiue regi quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquā ab eo
miſſis, ad vindictam malefactorū, laudem verò bonorū.

¶Quaſi & ſi ſecūdum animam debeat homo inuiolabili-
ter ſeruare fidē deo, corpore tamē debeat ſeruare ſui do-

minantibus ſecundum ſeruitutẽ præſentis vitæ,modò n
imperetur(vt dictũ eſt)quod repugnet fidei,quam deo
omnibus vſque ad mortẽ ſeruare debemus.Si enim ha
ſubiectionẽ nõ docuiſſent apoſtoli,exiſtimaſſent fort
nõnulli malis hominibus,& præſertim infidelibus ge
tibus principatũ ſe parere nõ debere, nec etiã bonis & fi
delibus,ſed potius illis cõferri,& eſſe pares.Igitur ſup
*Etiam anima parendum præpoſitis* biã hanc remouet,dicẽs:Omnis anima poteſtatibus.Q
autẽ dicere potuiſſet:Omnis homo,maluit tamen dic
omnis anima,vt non ſolùm corpore,ſed etiam anima
gnoſcant ſe eſſe ſubiectos , vt nõ detractantes & co
ſed prompta voluntate ſeruiãt etiam ſecularibus pot
tibus,non tantùm bonis & modeſtis,ſed etiã malis &
ſcolis,cuius aſsignat rationem,quum ſubdit,dicens:

*Non enim eſt poteſtas,niſi a deo.*

*Poteſtates a deo eſſe.* ¶Quod nequaquã de perſonis principũ dicit , ſed de
rum poteſtate ſeu principatu.Nam diuinę ſapiẽtię e
ad decorem ſpectat vniuerſi, vt alii dominẽtur,alii
norũ ſuorum imperio pareant,ne omnia cõfuſione t
tur. Nõ enim ait,nõ eſſe principẽ niſi à deo,quũ per
*Oſee.8.* phetã dominus ipſe dicat : Ipſi regnauerũt,& non ex
principes extiterũt,& nõ cognoui:ſed nulla,inquit
teſtas niſi à deo de principatu(vt dictũ eſt)nõ de pri
differẽs,ſicut quũ dicitur,viri & mulieris coniunctio
deo proceſsiſſe,nõ illud aſſeritur,omnem viri & mu
cõiunctionem à deo eſſe,quum ſint pleraq; cõnubia
aut caro & ſanguis,aut ſuperbia,aut auaritia concilia
ſed deum nuptias primũ inſtituiſſe. Poteſtates ita
mnes quaſcunque animo & cogitatione verſaueris,
ſunt inſtitutę,ſiue patris in filium,ſiue in vxorem vi
domini in ſeruum, & ſi quas alias dixeris,ſiue cæte
mnes quas eſſe,vel inter animalia bruta conſtat.Vt
gratia,in apibus,in elephãtis,ciconiis,& aliis mult
*Prou.8.* de & ex perſona ſapientiæ diuinæ ſcriptum eſt:Per
*Cur poteſtates inſtitutæ.* ges regnant,& legum conditores iuſta decernunt.
¶Quòd ſiquæras , quare poteſtates iſtæ à deo con
ſunt. Vtiquè quia genus hominũ vſque adeò depra
*Pſal.* eſt,vitiis,vt meritò dixerit ꝓpheta.Homo quũ in ho
eſſet,non intellexit,cõparatus eſt iumentis inſipie

& ſimilis factus eſt illis. Sic enim ſæuiũt pleriq; in inuicẽ, vt palàm ſit eſſe verũ, quod per ſapientẽ quẽdam dicitur: *Homines feris cruẽtiores.*
Sed iam ſerpentum maior concordia: videlicet quàm ſit inter ſe hominũ. Nã & primi hominis primogenitus cæde fratris excidit parricida. Sanè ferarũ eſt hominem decerpere, nec tamen omnium, ſed ferociũ dũtaxat beſtiarum, vt leonum, luporũ, & ſimilium, quorũ eſt ſæuire in mitia. Homines autem in inuicem ſæuire furor planè, non natura eſt. Vnde Boëtius canit dicens: *Iuuenalis* *Gene. 4.*

Quos leo, ſerpens, tigris, vrſus, aper *Boetius.*
Dente petunt, iidem ſe tamen enſe petunt. *Beſtiæ ĩter ſe mitiores homine.*

Vnde iterum per eundem (qui ſupra) dicitur:

Cognatis maculis ſimilis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vſquam
Expirauit aper maioris dentibus apri? *Iuuenalis*
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam, ſæuis inter ſe conuenit vrſis.

¶Quoniã ergo naturali derelicta mãſuetudine ſuis vitiis homines verſi eſſe videntur in beluas, ideo beſtialibus hominibus deus principes moderatores conſtituit, vt illorũ terrore eorũ feritas reprimatur, & vt inter improbos mores ſæueritate legũ tuta ſit innocẽtia, ne dum ſuperbit impius, incẽdatur pauper, ſed æquis legibus ordinentur adinuicem diues & pauper. Vnde ſequitur: *Pſal.*

*Quæ autem ſunt, à deo ordinata ſunt.*

¶Hoc ait, vt ꝓbet omnẽ poteſtatẽ à deo eſſe, quaſi dicat: Quicunque habet poteſtatem, dei ordinatione habet. Nõ enim eſt poteſtas neque malo homini, neque bono, niſi à deo vel permiſſa vel data. Vnde & Pilato dominus ait: Nõ haberes in me poteſtatem, niſi deſuper tibi datum fuiſſet. Hominũ quidẽ malitia nocẽdi cupiditatẽ, à ſe habet: poteſtatẽ verò ſi deus non dat, nullam habet. Hinc & Satan ipſe antequam quicquã certamini B. Iob inferret, ait ad dominum: Mitte manũ tuam, id eſt, da poteſtatem, vt oſtẽderetur ꝙ nocere volentium poteſtas non niſi à deo eſt. *Poteſtatẽ malorũ a deo eſſe.* *Ioan. 19.* *Iob. 1.* *Iob. 34.*

¶Porrò deus propter peccata hominũ, regnare facit hypocritam, ſicut per Oſee loquitur, dicens: Dabo eis regẽ in furore meo. Hoc tamen deus facit ad finem bonũ, quatenus, ſcilicet impiis accipientibus poteſtatem nocẽdi, & *Oſee. 13.* *Malorum poteſtate bene vti deum.*

 bonorũ

bonorum patientia exerceatur,& puniatur iniquitas pe morum. Nam per poteſtatem diabolo datã, & Iob prob tus eſt, vt iuſtus appareret: & Petrus tentatus eſt,ne de præſumeret:& colaphizatus Paulus,ne ſe extolleret:& I das damnatus eſt,vt ſe ſuſpenderet. Diabolo tamen & m bris eius pro ipſa nocendi cupiditate dabitur ſuppliciu patientiæ verò & conſtantiæ electorum deus ipſe pręm erit Itaque patet quòd ſiue bona fuerit poteſtas (vt re Dauid) ſiue mala (vt Neronis) non tamẽ eſt niſi à deo volente vel permittẽte. Hoc autẽ totum proſequitur A ſtolus, vt poteſtatibus fideles ſubditi ſint, quia nõnulli fidem venientes priſtinum obſequium (quaſi iam libe dominis ſuis & principibus reddere recuſabant, quum men ipſe dominus Ieſus non venerit hominum cõdi nes mutare, ſed animas ſine fine victuras ſaluare.

Lucæ.22
2.Cor.11.
Math.17.

¶Dicebant enim Romani credẽtes. Nos qui diuinis le b⁹ paremus,& deo ſeruimus, nõ debemus Neroni ali poteſtatibus terrenis aut ſeruire; aut præbere honorẽ de graue potuit oriri ſcandalũ & dominis & princip ſi ſerui eorum & ſubditi iá Chriſtiani effecti, à ſuorũ quiis dominorum efficerentur alieni. Nec parum hoc cuiſſe odori bono eccleſiæ Chriſti, quaſi vineę iá flo incipientis, quum non deteriores, ſed iá meliores do dominos recipere ſeruos, Chriſti fideles effectos. V & ipſe Chriſtus præcipit, dicens: Reddite quæ ſunt C ris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Sequitur:

Matt.22.

*Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit: qui autem ſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.*

*Rebelles poteſtati & deum & homines offendere.*

¶Hic ponitur ſecunda ratio quare ſubditi tenentur o dire prępoſitis, ſcilicet ne propriam perniciem incurr Nam qui illis obſtiterint, tam deo quàm hominibus pœnas daturi. Quod ſanè per illud ſignificatur quod Damnationem ſibi acquirunt. Offendũt enim tam de quàm homines. Terrenæ ſiquidem poteſtates ſubi tum irritatæ contumacia aut occidunt, aut in carcere tunt, aut certè relegant in exiliũ ſeruos rebelles. Nec rum. Nam quando non facit quod facere debuit ſer iuſta eſt ira domini, digna eſt pœna ſerui. Quòd ſi

dare ſub domini poteſtate non vis, audi conſequenter dicentem:

*Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.*

¶Quaſi dicat: Nequaquam formidini futurus eſt princeps illi qui virtuti incumbit, & bene agit, ſed ei qui malè. Si enim bonus eſt princeps, bene operantem non punit, ſed diligit. Si verò malus eſt, non nocet bono, ſed purgat eũ. Malus verò debet timere, quia inſtituti ſunt principes ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Vnde ſubdit: *Poteſtas non eſt bonis formidini.*

*Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.*

¶Non dicit: Laudabit te poteſtas, quia multę poteſtates ſunt quę in ſubditis malum potius quàm bonum diligũt: ſed habebis, inquit, laudem ex illa: id eſt, Ipſa faciet poteſtas, vt laude ſis dign⁹. Si enim poteſtas ob benefacta vel ad mortem vſque te afflixerit, aut in aliquo bono tibi fuerit aduerſatrix, tu quoque ſi legitimè decertando mortẽ vel quamlibet iniuriam ęquanimiter pertuleris, habebis ex illa laudem: prębebit enim occaſionem vt tu lauderis. Percipies nẽpe pro irrogatis tibi perſequutionibus promiſſum regnum cœlorum, & apud deum & homines laudaberis. Quãti martyres ab huiuſcemodi poteſtate triũphantes, laudem perpetuam meruerunt: qui ſi non fuiſſet illa poteſtas, obſcuri & incogniti ſine laude fuiſſent? Et ſubdit:

*Si autem maleféceris, time. Non enim ſine cauſſa gladium portat.*

¶Non princeps nobis formidinem parit, ſed noſtra malignitas, qua & principis gladius exercetur, id eſt poteſtas principis quę pœnas exigit. Neque enim, inquit, ille temerè ſuccinctus eſt ferro, ſed vt improbos tormentis afficiat. Sunt nempe enormia quędam flagitia, quę potius per mundi iudices, quàm per eccleſiarum antiſtites iudicantur. Vnde & opportunum à poteſtate ſeculari auxilium eccleſia conſueuit inuocare.

¶Quum enim (in Actis Apoſt. legimus) non obtemperaretur Paulo iubenti ne nauis à gubernatore & nautis in extremo diſcrimine relinqueretur, Centurio qui tum erat *Actu. 27.*

in illa naui enſe funem reſcidit, quo ſcapha nauem ſeq-
batur, vt ea dimiſſa gubernatores qui per eam fugere v-
lebant, cæteris in periculo relictis, cogerentur in naui
ipſi remanere, vt illorum induſtria vniuerſi ſaluaren-
Sanè ſicut ille gladio nauis ſaluti (alioqui perituræ) co-
ſuluit, ita & poteſtas ſecularis laboranti nonnunquam e-
cleſię ſuccurrit. Rurſus propter lattones, raptores, hom-
cidas, contumaces, rebelles, & hæreticos, & cæteros gr-
ſatores, qui eccleſiam non audiunt, ſecularis poteſta-
illos coercendo ſuccurrat eccleſiæ, vel maximè eſt inſti-
ta. Vnde & de quolibet huiuſmodi poteſtatem haben-
ſubdit:

*Poteſtas ſuccurrit eccleſiæ laboranti.*

*Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit.*

¶Quaſi dicat: Cùm gladio vtens inſectatur nequitia-
lęſam innocentiam vindicando, Dei miniſter eſt. Vind-
in iram, id eſt, loco dei vindicat offenſam dei, ad oſten-
dam iram futuram, & futuram vindictam, quia hęc pu-
tio indicat perſiſtentes in malo grauius à deo puniend-

*Secularis poteſtas, dei vices exequitur*

*Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram,*
*etiam propter conſcientiam.*

¶Hîc ponitur tertia ratio quare ſubditi tenentur obe-
ſuis præpoſitis, ſcilicet, ne propriam lædant conſcien-
Ideóque, inquit, neceſsitati ſubditi eſtote. Hoc eſt, ex n-
ceſsitate, quia deus hoc vult, & ita ordinauit. Subditi e-
eſtote neceſsitati, & hoc non ſolùm propter iram ſuæ
dictam qua coſurgent in vos, ſi rebelles & contuma-
fueritis, ſed etiam propter conſcientiam, qua ius ſuū
cuique tribuere iubemini. Verbi gratia: Es ſubditus ill-
mens damnum temporale, eſto ſubditus propter con-
entiam mentis, vt ipſa conſcientia, quam Dominus in-
tur, non te de inobedientia accuſet.

*Obediẽdū poteſtati propter cõſcientiā.*

¶Et licet omnes fideles per fidem ſint vnum in Chri-
in qua fide non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, domini &
ui, differentia tamen eſt in conuerſatione mortali, & h-
iuſmodi ordinem in via huius vitę ſeruandum eſſe, a-
co Apoſtoli docuerunt, ne nomen domini & doctrina
dei ab incredulis vt ſuprà dictum eſt, blaſphemetur.
ducat ergo te non modò formido pœnæ, ſed multò m-
iudicium conſcientiæ illis ſubeſſe & deferre honorē

ad

ad hoc tibi à deo dati ſunt vt publicis vtilitatibus, & tuis etiam proſpiciant commodis, ne dum non ſit rex, vnuſquiſque faciat quod rectum ſibi videtur, ſuperbiat impi⁹ & incendatur pauper. Quum autem nemo teneatur alteri ſeruire gratis, (nullus enim militat ſuis ſtipendiis vnquã) & dignus ſit operarius mercede ſua, ſubdit dicens: *Iud. 17. 1. Cor. 9. Lucæ. 10.*

*Ideo enim & tributa præſtatis.*

¶Hic docet, quod ſubditi debent ſuis præpoſitis de ſua tẽporali ſubſtantia legitimã præſtationem, dicens: Ideo enim & tributa præſtatis, ſcilicet illis qui à deo vobis poſiti ſunt vt vos defendant ab hoſtibus, & ſuo timore coercẽãt inimicos veſtros, ne vos illi vel interficiant, aut veſtra diripiant. Ac ſi dicat: Hæc ſanè eſt probatio ſubiectionis, qua ſubiecti eſſe debetis, quia etiam tributa præſtatis in ſignum ſubiectionis. Non ait, ſoluitis, ſed præſtatis, quaſi reddituris. Reddent enim tibi ſeruiendo, dum defenſionis gratia pro patria depugnãt, & dum inter virum & proximum ſuum iuſtè iudicando ſubditorum cõſulunt vtilitatibus & paci. Principum ergo in te beneficia teſtaris, quum illis mercedem & tributum depẽdis. Perſpicuũ enim eſt te illud perſoluere, quia (vt dictum eſt) tui curam illi ſuſceperint. Neque enim huiuſcemodi cẽſum à principio populi detuliſſent illis, niſi ipſi fuiſſent populo perneceſſarij, quippe quum ipſi curis vacui, hos habeãt qui pro ſe inuigilent. Vnde ſubdit: *Quare poteſtati præſtationes debentur*

*Miniſtri enim dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.*

¶Fit hoc dei voluntate, vt tributa ſuis miniſtris pendantur. Vult enim deus, vt pax ipſa & virtus exerceantur, & propulſetur iniquitas, & ad id deo volente miniſtri ſint principes, & deo parẽt, dum iſto miniſterio funguntur, & pro communi hominum ſtatu labores ſubeunt, & adhoc nituntur, vt nos quietam vitam viuamus.

¶Quum ergo miniſtri dei ſint in hoc ipſum ſeruientes, vt vos defendant & puniant reos, æquum eſt vt tributum à vobis recipiant. Sic enim Ioãnes Baptiſta militibus quęrentibus & dicentibus, quid faciemus & nos? Reſpondit: Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contẽti eſtote ſtipendiis veſtris. Non iuſsit vt pro ſaluandis animabus ſuis arma ponerẽt, vel diſcederẽt à ſignis, probè ſciens *Luc. 3.*

ſciẽs eos à deo cõſtitutos, vt & patriæ & Reipublicę pr
ſidio ſint. Vnde & conſequenter mandat, dicens:

*Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui uectigal, ue*
*ctigal: cui timorem, timorem: cui, honorem, honorem.*

¶Ac ſi dicat: Debitum tibi quoddam inexcuſabile imp
ſitum eſt, quod perſoluere principibus debeas, videlic
gratitudinis & legitimę prętationis. Ergo reddite v
uerſis quibus creditus eſt magiſtratus, quod debetis. C
fueris pro ſenſu obligatus, cenſum illi depende, cui
vectigali vectigal, cui pro tributo tributum perſolue. N
ſolum pecunias deberi illis affirmat, quin & timore
id eſt, pudorem & verecundiam, & honoris plurimũ pr
cipibus exhibendum, ita vt cui debeatur hic honos, h
nos reddatur.

*Onera ciuilia eſſe perſoluenda.*

¶Timor autem geminus eſt, altero noxij ex malorum
cinorum conſcientia corripiuntur, alterum vicíſsitu
quadam inter ſe homines impartiuntur, qui mutuo d
nentur amore. Et hic timor reuerentiæ dicitur. Eſt pr
terea timor quidam præcipuus, qualis eſt ille timor de
dicitur: Timor domini ſanctus permanet in ſeculũ ſe
Timor ergo hoc loco venerationem quandam præ
Sed eſt aduertendum, quòd præceptum iſtud non ſo
Apoſtoli, ſed etiam ipſius eſt domini, dicentis quod f
meminimus: Reddite quæ ſunt Cęſaris Cęſari. Quo
proprio firmauit exemplo, quum pro ſe & Petro perſ
exigentibus didragma. Reddite ergo, inquit, omnibus
bita, vt ſic euangelica doctrina laudetur.

*Mat. 12.*
*Mat. 17.*

¶Ex prędictis patet, coemptiones quas exciſias dicu
cæteras impoſitiones ſeu onera ciuilia, ſine quorum
ſolutione Reſpub. conſeruari non poteſt, apoſtolico
tuto & exemplo Chriſti, atque ipſius aſſertione, vera
gitima debita eſſe, & omnino debere ſolui, & eos q
ſoluunt peccare in Rempub. & detinere alienum. Si
ter dicendum eſt de debito ſoluendi legitimum vec
quibus oportet & cenſum principi pro patrię defe
ne, vt ipſius ſit potentia maior, quæ nimirum patr
muro eſt. Inopia verò eius ſeu impotentia, ſummum
trię diſcrimen eſt.

*Hæc vera debita ſunt.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Niſi ut inuicem diligatis.*

¶Hic Apoſt, tractat de illo debito fraternæ charitatis, cui nos conuenit ſemper eſſe obligatos. Cætera, inquiẽs, debita ſoluite, & ab illis vos eſſe liberos curate. Charitatis verò debitum quãtumcunque ſolueritis, nunquam tamẽ ab eo abſolui velitis. Neque id exiſtimes, ſi hodie te proximo tuo beneuolum præſtitiſti, eſſe te ob id beneuolẽtię vinculo liberatum, vt eũdem mox in craſtinum negligas, ſed potius exiſtima te proximo cuiq; perpetui amoris eſſe debitorem. Hoc ipſum enim charitatis debitũ, quãdiu in præſenti ſeculo viuitur, debetur. In futuro quoque ſine pondere plenius firmabitur.

*Charitas reddita ſemper debetur.*

¶Sola nempe charitas eſt, quę reddita ſemper retinet debitorem. Redditur autem quum impenditur, debetur nihilominus quum fuerit reddita, quia nnllum eſt tempus in quo reddenda non ſit. Nec tamen quum redditur, amittitur, ſed potius reddendo multiplicatur. Et quantò pluribus redditur, tãtò maior acquiritur. Totam proinde legẽ implet, vt poſt dicetur, qui proximum amore proſequitur. Amare ergo proximum quiſque debet, eò quòd tãtum beneficij ex hoc aſſequitur, vt legem ipſam adimpleat, quod vt oſtendat Apoſtolus, mandatorum ſummam breui explicat, dicens;

*Hac ratione amandus eſt proximus.*

*Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non cõcupiſces rem proximi tui: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur.*

¶Vbi etiam docet interiorem quandam beneuolentiam ipſam legem exigere, quippe quæ hoc iubeat, vt proximũ diligas non aliter quàm teipſum. Sed quum dominus dicat, quòd in dilectione dei & proximi, hoc eſt in duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ, quare hoc in loco dicit Apoſt. in ſola proximi dilectione legem impleri, nulla intentione habita de ea quæ potior eſt Dei dilectione?

*Mat. 22.*

¶Ad quod reſpondetur, quia in dilectione proximi, cõſiſtit & dilectio dei. Neque enim vel proximus ſine deo, vel deus ſine proximo rectè diligi poteſt. Ideo verò dilectio

proximi

proximi hîc exprimitur, quòd ipſa euidentius in factis
paret: Dei verò dilectio quũ ſit in corde, magis latet. N
enim ita facilè probari poſſumus de dei dilectione, ſi
de dilectione proximi. Verbi gratia: Dũ malum pro ma
non reddo, dũ peccanti in me fratri dimitto, dũ hilari t
méte quàm vultu aut veſtio nudum, aut reficio famelic
dũ oro pro perſequentibus, in his vtiq; & ſimilibus liq
quòd proximum diligo, quod quum facio, oſtendo me d
ligere deum, cuius mandatis acquieſco.

*1.Ioan.4.* ¶Hoc nẽpe mandatum (vt B. Ioannes ait) habemus à d
vt qui diligit deum, diligat & proximũ. Proinde per di
ctionem proximi, peruenitur ad dilectionem dei, & co
uerſo. Et quanuis dilectio dei ſit maior in dignitate, ta
proximi dilectio prior eſt in operatione. Qui enim n
*Ibidem.* diligit fratrem ſuum quem videt, deum quem non
det, quomodo poteſt diligere? Hinc eſt, quòd proxim
lectionem (vt iam dictum eſt) magis quàm dilectioné
Apoſtolus exprimere maluit, de qua nimirum & ipſe
minus ait: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis in
cem, ſicut dilexi vos. Vbi etiam illud mãdatum maio
dei dilectione videtur eſſe omiſſum. Sed bene intellig
*Ioan. 13.* bus vtrũque reperitur in ſingulis, vt dictum eſt. Nam
diligit deum, non poteſt illum contemnere quem deu
ligedum præcepit, & qui ſanctè diligit proximum, qu
eo diligit niſi deum?

*Simile.* ¶Hæc eſt dilectio ab omni mundana dilectione diſcr
quam vtique diſtinguendo dominus ait: Sicut dilex
Quid enim ille niſi deum dilexit in nobis, non quem
bebamus, ſed vt haberemus, quomodo medic⁹ fidel
citur diligere ægros, qui tamen in eis nil diligit niſi ſ
tem quam cupit reuocare, non morbum quem ven
pellere. Diligamus igitur proximum in deo, imò deu
*Simile no* proximo, ſicut in imagine ſua rex diligitur & honora
*tandum.* ſiue de auro ſit illa, ſiue de ligno vel lapide, ſiue eti
picta carbone fuerit in pariete. Plerunque enim arti
egregiam imaginem depicturi, prima illius lineamé
bone deſcribũt, quæ formoſis poſtmodũ veniũt colo
aboléda, & decoráda, quod imperit⁹ quiſq; ac ſtolid
aduertés huiuſcemodi prima infecta carbone lineam

tam

tanquam vilia contemnit. Vnde & per Apoſt.illi dicitur, qui fratrem lapſum ſuperbè contemnit: Tu quis es qui iudicas alenum ſeruum? quòd ſcilicet nũc vitiis quaſi nigrore carbonis fuſcatus ſit. Sequitur, Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem. Potẽs eſt enim deus ſtatuere illum, & animi virtutib⁹ & gratia (ac ſi quibuſdam coloribus ſpecioſis) decorare, quanuis nunc peccatis denigratus ſit, & deformis. Rom.14.

¶Quòd autẽ iubemur proximos diligere ſicut noſmetipſos, id vtique præbet occaſionem inueſtigandi qualiter ſe ipſum debet quiſque diligere. Aduertendũ ergo eſt quod ille verè & rectè ſe diligit, qui idcirco ſe diligit, quia dei figmẽtũ (quod deus ipſe dilexit) ſe eſſe cognoſcit, cui tota vi mentis inhęrens, ſeſe prorſus illi reſignat. Quòd ſi ſe non propter deum, ſed propter ſe diligit, non ſe referens in deum, ſed in ſemetipſum, ad cõmutabile bonũ conuerſus, auerſus autem à ſummo & incõmutabili bono, hic talis non poteſt proximum rectè diligere, quòd nondum didicerit diligere ſicut oportet ſemetipſũ, quia nec ſe in deo, nec deum in ſe diligit. *Seſe qualiter debet quiſque diligere.*

¶Non enim poteſt proximũ ſyncerius, quàm ſeipſum diligere, ſed ſicut ſe propter ſe, & ꝓpter voluptates ſuas & priuatũ commodũ diligit, ita procul dubiò diligit & proximum, optans illi qualia ſibimetipſi. Sed iſte quoniam diligit iniquitatem, odit vtique animam ſuam. Qui autem propter habendum deum ſe diligunt, ipſi verè ſe diligũt. Hæc autem dilectio qua deum diligunt, vt diligant ſe, quò rarior, eò precioſior eſt. Sequitur:

*Dilectio proximi malum non operatur.*

¶Nam qui omnem proximum diligit, quomodo fieri poſſet, vt in illum hominem operaretur malũ? Itaque qui amat hominẽ, vel quia bonus eſt, vel vt bonus fiat, amare debet. Sic enim & ſemetipſum amare debet. Nã quiſquis aliter ſeſe diligit, iniquè diligit & peruerſè: quia ad hoc ſe diligit, vt ſit iniuſtus, & vt ſit malus. Ecce iam non ſe diligit (vt dictum eſt) ſed diligit iniquitatem, & odit animã ſuam. Sequitur:

*Plenitudo ergo legis eſt dilectio.*

¶Vbi enim (vt B. Auguſtinus ait) adeſt charitas, quid eſt quod

quod poſsit deeſſe? Vbi autem nõ eſt, quid eſt quod poſ
ꝓdeſſe? Duas ĩeſſe charitati virtutis ſpecies patefacit,
li videlicet abſtinentiam quum inquit, Malum nõ ope
tur: & boni operationẽ quum infert. Plenitudo ergo le
eſt dilectio. Quo fit vt integrã nobis virtutem pariat
ritas, Quæ virtutis integritas lege nobis præfigitur dic
te ſcriptura: Declina à malo, & fac bonum.

# DOMINICA QVINTA post Epiphaniam.

Coloſſ 3. INduite vos ſicut electi dei, ſancti & dilecti.
¶In hac lectione docet apoſtolus quibus virtut
vel maximè nos deceat ornari. Et primò, quib' ap
debemus cum proximo. Secundò, quibus ordinari & e
ri debemus deo. Primum facit à principio lectionis. Se
dum ibi: Et pax Chriſti.
¶Circa primũ eſt aduertendum, quòd quiſquis virtuoſ
cupit aſſumere nouitatem, primum debet vitioſam e
re vetuſtatem. Quod etiam ante lectionis huius initi
cet Apoſtolus, dicens:
¶Expoliantes vos veterem hominẽ cũ actibus ſuis &
duẽtes nouum, cũ qui renouatur in agnitionẽ dei ſec
dum imaginẽ eius qui creauit eum. Vbi nõ eſt genti
Quid vetus homo. Iudæus circunciſio & præputiũ, Barbarus & ſcyta, ſe
& liber, ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. Vbi veter
minem, vitam priſtinã peccatis & vitiis, ſcilicet incre
tate, iniuſtitia, immunditia, impietate, malignitate, a
riis, rapinis, fraudibus & dolis defotmẽ appellat. Per
enim & ſimilia peccator homo ſecundũ veterem Ad
tuit, manetq; in hac vetuſtate, quoaduſq; per baptiſm
Homo nouus quid ſit lutatis lauacrũ, ſiue per pœnitẽtiæ ſacramẽtũ, renou
¶Porrò homo nouus quem aſſumamus, eſt bona ſec
deum volũtas, mens noua, & cõuerſatio noua. Vera
Gene. 35. quis putet quòd hominẽ exteriorem pręciperet inno
Exod. 19. ſiue per nouorum aſſumptionem veſtimentorum (qu
Innouationes duæ. do pręcepit Iacob familiæ ſuæ, & Moyſes populo) ſi
alicuius rei ſimilitudinem, explicat ſe, dicẽs: Qui ren
tur in agnitionem dei. Vbi duas notemus eſſe renou
nes: Vna eſt momentanea, qua renouatus homo in b

mi ſacramēto, & per ſpiritus ſancti virtutem regeneratus efficitur mox noua creatura. Alia eſt quæ fit paulatī & aſſiduè, quum videlicet ſcripturę ſacræ vel lectione, vel auditione, ea de deo homo incipit intelligere quę pri' ignorabat. Hinc enim aſsiduè mens humana renouatur.

¶Poſſet fortaſſe & tertia quędam innouatio reperiri, qua videlicet poſt lapſum peccati per reſipiſcētiam peccator renouatur. Et quia non ſecundum corpus quod corrumpitur fit hæc renouatio, ſed ſecundum mentem: idcirco quum dixiſſet, qui renouatur, mox adiecit: ſecundum imaginem eius qui creauit illum. Nempe ſecundum mētem nō ſecūdum corpus ad imaginem dei creatus eſt homo, quum ſpiritus ſit deus.

¶Rurſus aduertendum eſt, quòd alia eſt iſta imago quæ renouatur in agnitione dei, & alia eſt imago ad quam factus eſt primus homo, non autem mulier. Vnde ad Corinthios ſcribens: Vir, inquit, eſt imago & gloria dei. Mulier autem gloria viri. In eo autē imago dei in viro eſt, vt quomodo ex vno deo omnia, ita ex vno homine omnes homines prodierunt. *Ioan. 4. 1. Cor. 12. Imago dei quæ in viro ineſt.*

¶Porrò imago quā hoc loco in agnitione dei aſſerit renouari, & ſecūdum quam omnis homo ad imaginē dei eſt, quæ etiam eſt in fœminę æque vt in viro, eſt mēs rationalis quæ verè dei imago eſt, vt renouari ſecundum imaginem eius qui nos creauit, ſit reformari & corrigi ſecundū rationis rectę ſuadelam, & ad propriæ iudicium conſcientiæ, iuxta quod per Prophetam dominus admonet, dicēs. Redite præuaricatores ad cor. Nihil quippe deo accepti' offerre valem' imagine ipſius in nobiſmetipſis renouata & à peccatis immuni, de qua imagine ſubdit: Vbi non eſt gentilis & Iudæus. Aliqui addūt, maſculus & fœmina, ſed nos eſt de litera Apoſtoli, quamuis tamē ſine vitio poſsit ſubītelligi. In parte nēpe rationali, vbi homo eſt ad imaginē dei, nō eſt maſculus vel fœmina, Iudęus vel gētilis. Hęc enim & ſimilia ſe tenēt ex parte hominis exterioris. *Renouari ſecundum imaginem dei. Eſa. 46.*

¶Iubemur autem renouari ſecundum hominem interiorem (vt dictum eſt) vbi eſt imago dei, vbi non eſt gentilis aut Iudæus, id eſt, acceptio gētilis vel Iudæi. Nullus enim propter huiuſcemodi velut indignus excipitur. Nec quaſi *Renouari iubemur ſecundum hominem interiorē.*

propter

propter hæc quiſpiam ſit altero commendabilior, pręſu-
tur. Nemini quippe vel officit, vel ꝓficit apud deū, qu
vel de iis, vel de illis natus eſt. Neque etiam eſt ibi circ
ciſio, nec præputium, quia non ſunt ibi aliqui propter h
digniores, quòd ipſi hoc habēt, vel minus digni quòd
habent. Et ſimiliter non eſt ibi Barbarus & Scyta, ſer
& liber, id eſt, non propter iſta aliquis ibi dignior eſt(
ctum eſt) In nouo enim homine nulla diuerſitas exter
cuiquam præiudicat, nec ſexuum videlicet nec nation
nec conditionum, tantùm bona conuerſatio cum re
de requiritur & ſufficit. Quare autē non ſit interiori
mine inter fideles differentia, oſtendit quum ſubdit
omnia & in omnibus Chriſtus, q.d. quia omnia homi
fidelium genera Chriſtum habent caput, & in omnib
ſis eſt Chriſtus, tanquā forma renouans eos per grati
dei & operum bonorum.

¶Et omnes vos vnus (Chriſtus cuius eſtis & corpus)

*Initium lectionis.* fecti eſtis. Et mox ſequitur initium lectionis: Induite e
vos ſicut electi dei, ſancti & dilecti. Q.d. Quia iam
Chriſti corpus tranſlati, & ipſius membra per fidē eff
eſtis, virtutibus vos ornate, vt tanta dignatione ſitis
indigni. Magna quippe dei erga vos illa eſt dignatio,
vos ſibi voluit eſſe dilectos, electos & ſanctos.

¶Quum autem dicit: Induite, oſtendit facilem omni

*Virtutum impoſsibilem eſſe nulli.* (ne dicam non impoſsibilem) ad virtutē ſemper eſſe
tum, quam non ſecus ac veſtimentū aliquod accipe
induere poſſumꝰ, eaque vti ad ornamētum & decor
ſigne: qua qui caruerit, deformis appareat neceſſe e
ſtendens itaque quibus erga proximum virtutibus or
debemus, dicit: Induite vos ſicut electi dei, id eſt, ſec
prępoſitum diuinæ voluntatis prædeſtinati ab æterno
ex cæteris pereuntibus electi.

*Num. 15.* ¶Quondam gens Iſraëlitica, quòd eſſet electa in p
*Iſrael veſte differt a gentibus* lum peculiarem Domino, ex cunctis gētibus iuſſa e
tis in veſtitu ſignis, fimbriis ſcilicet hyacinthinis,
coloris cœleſtis in quatuor angulis palliorū à cæter
tibus ſecerni. Vos autem, inquit quorum omnis deb
intus eſſe gloria, interiorem veſtrum hominem virt
habitibus, quaſi quibuſdā cœlicis coloribus com

deco

decorare debetis, non modò quia electi & vocati eſtis à deo, ſed etiá quia ſancti, id eſt, ſanctificati per regenerationé baptiſmalem, & infuſioné ſpiritus ſancti. Qui ſicut in ſpecie colúbæ ſuper Chriſtú in Iordane à Ioanne baptizatum aperto cœlo deſcédit, ita & per gratiá ſuam baptiſmi ſacraméto renatis ſeſe infundit, & cœlo dignos efficit. *Baptiſmo nobis quid cõferatur.*

¶Et dilecti, inquit: Non enim fieri poteſt, vt qui electi ſunt dei & ſanctificati, dilecti non ſint, quum ex dei dilectione hoc acceperint, vt electi ac ſancti eſſent. Eſt enim dilectio dei cæterorú omnium ſuorú in nos donorum donum primú, ex quo cætera omnia dona procedunt. Quòd auté baptiſmi lauacro ſanctificati, etiá dilecti deo ſint, paternæ vocis atteſtatione probatur. Hic, inquit, eſt filius meus dilect⁹: quæ vox à patre luminú baptizato domino, apertis cœlis ſpiritu ſancto in ſpecie columbæ deſcédéte, ſuper Chriſtum à Ioanne audita, quid aliud inſinuat, quá ſicut dictú eſt, baptiſmi lauacro renatos ſpiritu ſancto accepto, & hæredes eſſe cœleſtis regni, & patri qui in cœlis eſt dilectos? Moueat itaque vos, inquit, tanta diuinæ dignationis munificentia qua vos & elegit, & ſanctificauit, & dilexit, & virtutum decore ſummo ſtudio vos illi acceptos reddere curetis. Et ideo induite vos. *Donorum dei in nos cauſa.* *Luc. 3.*

*Viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam.*

¶Quinque virtutes enumerat, quibus erga proximú homo rité ordinatur, quarum prima eſt miſericordia, dicés: Induite vos ſicut decet, dei electos, ſanctos & dilectos, viſcera miſericordiæ erga proximum quantum ad interiorem pietatis affectú, qui tantá à deo miſericordiam (etiá indigni & immeriti) ſuſcepiſtis, quá ille induerat, qui ait: Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Qui rurſum & alio loco ait: Ab infantia creuit mecú miſeratio, & de ventre matris meę egreſſa eſt mecum. *Miſericordiæ virtus nobis cómédatur.* *Iob. 30.* *Iob. 31.*

¶Et quoniam interioré miſerationis affectú ſequi debet effectus operis, ſi facultas adſit, Ideo ſubdit: Benignitaté ſcilicet induite quo ad effectú, qui ex interiori miſeratiõe exterius ꝓgrediatur, ſicut & ad vos diuina miſeratio per multa & varia ſuę largitatis dona proceſsit. Itaque & vos *Benignitas erga fratré, in quo conſiſtit.* *1. Ioan. 3.*

proximum diligite,non verbo tantùm aut lingua,ſed op
re & veritate. Alioqui quid prodeſſet interior miſerico
dia tua proximo,ſi ipſe per illam non ſubleuetur?

*Simile.* ¶Sed quia plerunque de benefactis oriri ſuperbia co
*Humilitatẽ erga proximũ ſic ſerua.* ſueuit,ſicut de veſtiméto tinea naſcitur,&è ligno verm
hinc eſt quòd tertio loco ad humilitatem inducit, qua
maximè habere decet electos dei,ſanctos & dilectos.
quidem euidentiſsimum ſignum reproborum ſuperbia,
lectorum verò humilitas eſt. Vt ergo contra illos qui
miſerti ſubueniſtis vos nó extollatis,inquit,néve illos
ſtris beneficiis vſqueadeò vobis eſſe deuinctos exiſtim
tis,vt illos tãquam ſeruos poſsidere vos arbitremini,
illos deſpicientes,veſtra ab eis beneficia exprobretis,
militatem induite,nequaquam voſmetipſos illis(tam
tenues ſunt)in propria æſtimatione præferẽtes. Quin
tius coram deo de vobiſipſis humiliter ſentientes, ve
mè iuſtiſsiméque vos ſeruos inutiles ſine vlla diſsim
*Luc. 17.* tione confiteamini, dicentes: Serui inutiles ſumus,q
fecimus,facere debuimus.

*Modeſtia ſic ſeruanda.* ¶Ne autem ob miſericordiæ, benignitatis,& humilit
gratiã incipiatis forſan inſoleſcere,nullius ope vos
gere putantes,Induite vos,inquit,præter eas animi v
tes quæ dictæ ſunt, etiã modeſtiam, quæ coercet inſole
tiam,& iactantiam omnem cohibet, ne etiam plus æ
ſuper præſenti proſperitate(etiã ſpirituali) lætemini,
ſicut ſcriptũ eſt, Seruite domino in timore,& exulta
cum tremore.Apprehendite diſciplinam,quaſi mode
legem,nequando iraſcatur dominus, & pereatis de v
ſta,tollátque propter inſolentiæ culpam à vobis dom
quod prius humilibus contulerat. Hinc dominus ipſe
ſcipulorum ſuorũ lætitiã paululo profuſiorem (quòd
dæmonia in nomine ſuo ſubiicerẽtur)coercens & arg
ipſorũ reproborũ ſpirituum (qui ſibimetipſis placuer
*Luc. 10.* ruinã propoſuit,dicens:Videbam ſatanam ſicut fulg
cœlo cadentem.In hoc, inquit,nolite gaudere,quia ſp
tus vobis ſubiiciuntur, ne forſan & ipſi vobis inſole
placentes,in conſimilem ruinam deducamini.

*Patiẽtiã indue.* ¶Opportunè ergo docet hic Apoſtolus in rebus pro
ris vtendum eſſe modeſtia.Et ſubdit: Patientiã,ſub

ind

induite vos, vt ea ſitis in rebus aduerſis muniti. Nō enim permittit conditio huius vitæ, quæ tentatio & militia eſt, neque locus iſte exilij & laboris, vt ad votum vobis cuncta ſuccedant. Quin potius ad labores & ſudores vos eſſe natos agnoſcite. Et vt Sapiens ait: Sta in timore, & pręparа animam tuam ad tentationem, hoc ſciens, quòd patiētia tibi inter tot aduerſa neceſſaria eſt. Quoniā verò hęc à proximis plerunque inferuntur, ſubdit, dicens: *Iob. 7.* *Eccleſiaſtici 2.*

*Supportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam.*

¶Supportantes, inquit, inuicem, quia & vos ab aliis ſupportari oportet. Et donātes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquē habet querelam de offenſione, quaſi dicat, pro parnis hæc ducite, nec magni exiſtimetis illa quæ in vos admittūtur. Cuius cōdonationis exemplū ſubnectit, dicens:

*Sicut & Chriſtus donauit vobis, ita & vos.*

¶Sicut Chriſtus, inquit, qui tamen non habuit quod ei dimitteretur dimiſit vobis omnia peccata: ita & vos proximo in vos peccanti dimittite, qui & ipſe multipliciter admiſiſtis, quod vobis & à deo, & à proximo dimittatur. Quū Chriſtū pro exemplo inducit, hortatur vt & ſi grauia ſint in nos admiſſa, nō modò donemus, ſed etiam pro his qui nobis infeſti ſunt, apud deum intercedamus. At quum nobis ille non modò delicta donet, ſed & foueat beneficiis, ita & nos de illis bene mereamur. Et ſicut ille nobis delicta non modò ſemel, ſæpenumero donat, & nos ſimiliter illis faciamus. *Quomodo fratri ignoſcas.*

¶Rurſus, Si is qui in eos deliquit, non agnoſcat culpā, nihilominus donemus ignoranti, ſicut & Chriſtus nobis plurima quę nec agnoſcimus condonat. Nam delicta ſua quis intelligit? Proinde Chriſtus dominus noſter quum pridie quàm nos eſſet ſuo ſanguine à peccatorum contagione loturus, diſcipulorum pedes lauiſſet, & extertiſſet lintheo quo erat ipſe præcinctus (vtique facto portendens quòd humanitate ſua quam ad miniſterium aſſumpſerat, & hāc quaſi lintheum pręcinxerat ſuæ diuinitati, abſterſurus eſſet peccata mūdi) hoc inquam quū feciſſet, ait: Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: Sum etenim. Si ergo laui pedes veſtros, domin⁹ & magiſter, & vos debetis *Ignoſcēdum etiā peccatū non agnoſcenti.* *Ioan. 13.*

alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis,
quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

¶Qua nimirũ tantæ dignationis ſuæ diſpenſatione q
impendere proximis noſtris debeamus inſinuauit. Et
inquiens, debetis alter alterius lauare pedes. Porrò ſp
tualiter proximorũ pedes lauamus, dũ illis in nos adm
ſa donamus, & pro fratrum delictis etiam in nos per
tratis diuinam clementiã interpellamus. Et quia fieri
ſet, vt munera quis largiatur, nec tamen ex vero offic
ſed ſimulata beneuolentia id agat, ſubdit, dicens:

*Proximorũ pedes ſpiritualiter lauare.*

*Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vincul perfectionis.*

¶Qua charitate ritè poſsimus munera elargiri. Pote
nim quiſpiam benignus videri & humilis, quum nih
ſe habeat charitatis, ſine qua cætera bona non habẽt
tiam, & idcirco ait: Super omnia hæc charitatem hab
Ipſa enim hæc omnia quaſi vinculum continebit, co
uabitq;. Si verò defuerit, diſſoluuntur, arguentúrque, &
mulata extitiſſe, & nullius momenti, quæcunque in p
mos contulerimus. Quemadmodum & in domo con
cta cernere eſt, quæ ſi compages deſint & nexus qui
cõtineant, ocyus collabetur. Similiter & in corpore: ſi
cturæ aberũt & nerui, pereat neceſſe eſt corpus ipſ
diſſoluatur. Sic charitas quum ipſa vniuerſa conſtr
quę patiunt perfectionẽ, ſi fuerit ſublata, nil proſus
benefacta cętera profutura, qua charitate qui caret,
quam eſt ad perfectionem aliquam euaſurus, ad qu
tiam & ſi nihil videatur deeſſe, imperfectior tamẽ ip
hac vita deprehenditur. Poteſt enim per totam ha
tam, ſuis ſemper augeſcere incrementis.

*Charitas vinculum perfectionis.*
*Similia.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in quam & voca in vno corpore, & grati eſtote.*

¶Hic docet quibus nos virtutibus aptemus, vt erga
ritè ordinemur, & inſinuat huiuſcemodi virtutum tr
diſtinctionem: primò enim illas adducit, quę prof
ad perfectionẽ mentis. Secundò, eas quæ faciunt a
fectionem loquutionis. Tertiò, eas quæ cõducunt a
fectionem bonæ operationis. Secundum, ibi: Verbũ

ſti.Tertium.ibi:Omne quod.

¶Itaque primò quo ad virtutes quæ proficiunt ad perfectionem cordis ,ideſt,interioris affectionis dicit: Et pax Chriſti,id eſt,pax ,illa,quam Chriſtus inter deum & hominem conciliauit, quam ſeruandam docuit & mãdauit nõ autẽ mũdana pax aut humana,quę vel obſtãdo vel vĩdicãdo pficitur,ſed pax Chriſti, inquit, quę firmior ſit,quippe quã nullũ mortale bonũ cõciliat, ſicut & dei nobiſcũ cõciliatio nulla re alia fuerit inita,niſi quia ille ſola ſua clemẽtia & charitate inimicitias ſoluit, quas olĩ in nos ob delicta exercuerat.Hæc inquã pax exultet in cordibus veſtris,id eſt cauſa ſit exultationis in cordibus veſtris, quod vtique tum erit, ſi habeatur charitas quæ iã habet pacẽ, quam puro corde cuſtodit. *Pax Chriſti differens à pace mũdi.* *Pax Chriſti exultet in cordibus.*

¶Porrò inueniri pax poteſt ſine charitate,charitas autem ſemper ſecũ habet pacem,in quã pacẽ,inquit,vocati eſtis in vno corpore,ſcilicet eccleſiæ.Ad cuius quidẽ corporis ſubſiſtentiã & collectionem neceſſaria eſt pax, quã facit charitas.Pax ſiquidem eccleſiæ mẽbra vnita facit & cohęrentia ſibi. Charitas verò totũ corpus & ſingula mẽbra viuificat.Ad pacem inquit,vos euocãs Chriſtus omnes vnũ corpus effecit,cuius ipſe ſit caput.Per pacem enim multi vnũ corpus efficimur nil diſſentientes,quia nec aliter nobis cum deo in gratiam reditus patuiſſet, vel ſuorũ bonorum feciſſet participes. Quia non eſt deus diſſentionis, ſed pacis.Vnde nec prius intrauit ſpiritus vitæ in oſſa arida quæ erant ſuper faciem campi vt viuerent, quàm ſingula propriis eſſent adunata iuncturis. *Pax neceſſaria ad eccleſiæ cõſtitutionẽ.* *1.Co.14.* *Exec.37.* *Spiritus vitæ in oſſa arida ſic venit.*

¶Quoniam verò grande bonum eſt hanc Chriſti poſſediſſe pacem,& in eccleſiæ corpꝰ eſſe vocatum,idcirco de tanto bono, Grati,inquit,eſtote. Tunc autem nos gratos exhibemus beneficiis dei, quum non aliter ipſi nos gerimus erga conſeruos,quàm deus ſe gerat erga nos.Nã qui deo gratias agit,quòd ab eo ſit peccatorum veniam cõſequutꝰ,nequaquam in eum vlciſcitur,qui ſe affecit iniuria. Quòd ſi de eo qui iniurias intulit,pœnas exegerit,nequaquam videtur dei in ſe beneficia meminiſſe,in mortem illius cui quum debitum decem millium talentorũ eſſet à domino ſuo clementer dimiſſum,ipſe tamen nec centum *Modus quo grati ſimus.* *Mat.18.*

denarios ſupplicáti cõſeruo dimiſerit. Agẽdę itaque
nos hoc modo erũt gratię, etiã pro malis quæ patim
ſi, dũ videlicet iniuria à quouis nobis illatã toleram
ignoſcim⁹ ꝓpter deũ, ſic enĩ vel martirii aſſequem
ronã. ¶Secũdò, quo ad virtutes quæ faciunt ad perſ
onem loquutionis, dicit:

*Dei verbũ in nobis inhabitare quid.*

*Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.*

¶Circa diſciplinam & perfectionem loquutionis du
cit. Primò exoptat in nobis dei verbum abundáter h
tare. Secundò, monet nos dei verbum in proximum
doctrinam communicare: ibi, In omni ſapientia.

*Pſal* *Philip.2.*

¶Circa primum dicit: Verbum Chriſti habitet in vo
cut habitauit in eo qui ait: In corde meo abſcondi
quia tua. Et quia Chriſti verbũ illud dirigit in quo hab
ideo Apoſtolus alibi loquitur fidelibus dicens: Sitis
querela, & ſimplices filii dei ſine reprehenſione in m
natiõis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut lu
ria in mundo, verbum vitæ continẽtes.

¶Proinde ſi in vobis, inquit, dei verbum & moniti
na, quibus nos ille inſtruxit habitauerint, pręſenté
& omĩa terrena bona paruifacietis. Nullis etiã (& ſ
uiores ſint) caſibus ſuccũbetis, ſed omnia fortiter to
do, etiã de malis occurſãtibus gratias agetis. Neque
ſimpliciter in vobis ſit dei verbum, ſed inhabitet, di
affluẽter. Nam ſi ſacrarum literarum abũdabimus
tione, facilè & ærumnas & calamitates & quodui
genus tulerimus, nõ aliter quàm vir quiſpiã opul
iacturam aliquam paruam pateretur, & nihil ducere
ca ſecundum dicit:

*Simile.*

*In omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos*
*mis & hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia, ca*
*tes in cordibus veſtris domino.*

¶Docet verbum Chriſti in proximos communica
dicit in omni ſapientia docẽtes, voſipſos ſcilicet &
Et commonentes voſmetipſos de ſcitis, vt doctrina
lis qui neſciunt, & commonitio illis qui ſciunt, ſe
ſunt. Docentes dico & commonẽtes de his quæ co
tur in pſalmis & hymnis, & cãticis ſpiritualibus, ita
nõ ſit tantùm laus oris, ſed etiam cordis. In gratia

ho

hoc eſt, in agnitione beneficiorum dei, cantantes in cordibus veſtris domino, id eſt, ſemper reddite deo gratias. Ita vt quod ore canitis, corde intelligatis, vt mẽs voci cõcordet. Tertiò, quo ad virtutes quæ faciũt ad perfectionem operationis, dicit conſequenter Apoſtolus:

*Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.*

¶ Siquidem bonitas operis dependet ex rectitudine intentionis. Si cibum, inquit, vel potum deſumis, ſi aliquò peregrè proficiſceris, cuncta in Chriſti nomine facite. hoc eſt, Illum, vt adſit, & opẽ ferat inuoca, & prius illum precatus, mox opus quodcunque aggredere. Nam dei nomen inuocatum, dæmones (qui impedimento ſolent eſſe bene agentibus) abiicit & propellit, facitq; vt facilè tibi cuncta ad votum ſuccedant. *In initio boni operis Chriſti nomen querinuocandum.*

¶ Omne, inquit, quodcunque facitis in verbo aut in opere, id eſt, in doctrina aut in opere quopiam, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper in initio gerẽdorum, dicẽtes: Deus in adiutorium meum intẽde, vel, Adiutorium noſtrũ in nomine domini. Quod etiam Boëtius Platonem adſerit monuiſſe, videlicet, In minimis quoque rebus, diuinũ à mortalibus eſſe præſidiũ implorãdum. Ait enim: Inuocandum reor rerũ omniũ patrẽ, quo prętermiſſo, nullum ritè fundatur exordium. Quum autẽ fine bono concluſeris, quod auſpice deo cœpiſti, tum, inquit, eſtote *Boetius.*

*Gratias agentes deo & patri, per ipſum.* *Opere bono peracto gratiæ agũtur domino.*

¶ Quaſi dicat: Si filium inuocas, per eum inuocabis & patrem. Si filio gratias egeris, per ipſum & patri gratias dices. Et ſicut nos filius ad patrem traduxit, ita & quas ipſi filio agimus gratias, ipſe illas offert patri. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo. Ipſe eſt enim altare illud noſtrum, imò Dei altare vnicum, ſacroſanctum atque adorãdum, ſuper quo ſolo offerre legitimas hoſtias patri pro ſalute noſtra debemus. Sicut enim per ipſum Chriſtum mediatorem noſtrum cœleſtia nobis dona proueniunt, ſic etiam orationes & operationes noſtræ per ipſum exaudibiles & acceptabiles ſunt. *Heb. 13. Deut. 16. & 26.*

¶ Rectè ergo per CHRISTVM docet nos gratias reddere Deo patri, quia per CHRISTVM omnia ab

illo accepimus. Et quia per Chriſtum cupimus eta
ri & impetrare, æquum eſt vt exauditi & pro ipſa e
ditione noſtra & tantorum per ipſum obtentu bono
etiam per ipſum gratias agamus patri, præſertim qu
gratias illas quas agimus Chriſto, agamus (vt dictu
& patri.

## DOMINICA IN Septuageſima.

1.Cor.9. FRatres, neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes qu currunt, ſed vnus accipit brauium.

¶In hac lectione Apoſt. duo facit. Primò, d nos expeditos eſſe debere ad curſum ſpiritualem. Se oſtendit fidem & batiſmum ſine curſu iſto non ſuff ad ſaluté. Primum facit à principio lectionis. Secund bi: Nolo autem vos ignorare fratres.

*Currentiũ ad brauiũ ſimilitudo.* ¶Circa primum dicit: Neſcitis quòd hi qui in ſtadi runt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brau Quaſi dicat: Qui ad brauium in ſtadio currunt, n curſu totis nitantur viribus, & ad curſum omnibu bus valent modis ſe expediant, brauium nõ aſſequ Et vos niſi per charitatem & opera ſancta vſque i perſeueranter cucurreritis, æternę fœlicitatis præ non poteritis adipiſci.

¶Ea tamen eſt inter currentes ad brauium & vos di litudo, quòd illorum omnium ſolùm vnus accipi uium, & cæteri omnes victi diſcedunt, qui tamé ſim laborauerunt. Vos autem omnes quotquot cucur perſeueranter, accipietis coronam. Et qui prior ve expectat vt coronetur cum poſteriori, Deo aliquid m prouidente pro nobis, (vt ait Apoſt.) vt non ſine

Heb. 11. Apoc. 6. conſumentur. Vnde in Apocal. ſanctis ſuorum corp glorificationem poſtulantibus, dictum eſt vt expect modicum tempus donec impleatur numerus fratru rum. Agonem iſtum non cupiditas, ſed charitas fac nes enim hunc curſum currẽtes amant alterutrum, curſus amor eſt.

*Curſus mortaliũ triplex.* ¶Huius curſus occaſione notandum eſt, mortales uerſos tribus modis indeſinenter currere. Currunt

omnes. Primò, per vitæ defluentiam. Secundò, per mali odium & fugam. Tertiò, per boni deſiderium & appetentiã. Quid enim aliud eſt (vt de primo loquamur) hęc fragilis vita, niſi continuus & velox ad mortem decurſus? Hoc equidẽ intelligebat qui ait: Dies mei velociores fuerunt curſore. Auolat quippe vita præſens ſicut nauis quæ plenis velis celerrimè delata perſulcat æquor, ſicut auis quæ remigio alarum verberans ventum, liquidi ætheris ſpatia celeri tranſit volatu, & ſicut ſagitta emiſſa ex arcu, irrequieta feſtinat ad deſtinatum locũ, ſicut ſcriptum eſt: Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram.

*Currimus ad mortẽ* *Iob. 9.* *Similia.* *2. Re. 14*

¶Aqua nempe defluẽtis amnis aſsiduo lapſu in decliuiora tendens tandem in mare deuoluitur, nec eſt hodie eadem quæ fuit heri aqua in flumine. Et licet eſſe fluuius idem videatur, attamen alueus tantùm manet, aqua dilabitur. Haud ſecus hi qui ante nos vixerũt, vtique per mortem in terram vniuerſi deſcenderunt, & alii in locum eorum ſurrexerunt, quos etiam ſuccedentibus aliis cedere neceſſe eſt. Vnde per quendam dicitur:

*Simile de aqua fluminis labentis.* *Iuuenalis.*

Nec ceſſat enim decurrere velox
Floſculus, anguſtæ miſeræque breuiſsima vitæ
Portio. Et ſubdit:
Dum ſerta, vnguenta, puellas
Poſcimus, ſubrepit non intellecta ſenectus.

¶Secundò, currunt mortales vniuerſi per mali fugam, Boetio teſtante, qui ait: Omne animal tueri ſalutem laborat, mortem verò perniciémque deuitat. Fugiunt enim omnes quod ſibi malum videtur, dolorem ſcilicet, ignominiam, egeſtatem, afflictionem, deſpectionem, interitum. Qui vtinam ſaperent & intelligerent, & ex his temporalibus malis nouiſsima & ſempiterna mala prouiderent atque vitarent. Sed vani & ſtulti rerum æſtimatores tranſitoria mala formidant, æterna non pertimeſcunt.

*Currimus per mali fugam.*

¶Tertiò, currunt mortales per deſyderium boni. Eſt enim, vt ait idem Boëtius, veri boni mentibus hominum naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuiꝰ error abducit, inebriatos ſcilicet & commotos à calice Babylonis. Diligunt nempe vanitatem, & ſequuntur mẽdacium, vmbram complectuntur pro ſolida veritate, & in ſomniis ſuis

*Currimus per boni appetẽtiã.*

ſuis illunduntur. Quid enim aliud ſunt huius ſeculi ill[e]
bræ, ſi ad verum expendantur, niſi vanitas, mendaci[um]
ſomnium, vmbra? Ad hæc tamen veritate relicta tota
ſerorum feſtinat intentio, quaſi poſsint in his eſſe be[...]
*Tria poſ-* quæ duntaxat vmbra veræ beatitudinis ſunt.
*ſunt effice* ¶ Sunt autem tria quæ beatitudinem homini adferre p[...]
*re beatos.* ſe putantur. Abundantia ſcilicet vel ſufficiētia, Volu[p...]
ſeu lætitia, Honor ſeu gloria, quibus rebus antiquus [...]
*Diabolus* ſtis fallendis capiendisque animabus in hoc mūdo q[...]
*piſcator* piſcator aſtutus nō ſecus atque eſca vtitur, ſub qua [...]
*aſtutus.* ſupplicii perpetui quaſi hamum abſcondit. Nam ſuffi[...]
tiæ ſiue abundantiæ cupidine capiuntr auari, volu[p...]
tum amore irretiuntur luxurioſi. Gloriæ vanæ deſyd[...]
ſuperbi, & honorum huius ſeculi ambitioſi illaquea[...]
Quòd ſi cuipiam hæc tria ſimul cum ſecuritate & æt[...]
tate ſuppeterent, vtique beatum dixerimus cui hæc [...]
Sed iam nec tota cuiquam in hac vita proueniunt, [...]
*Ioan 16.* perpetuò ſubſiſtūt: & quum abierint, ſunt allatura m[...]
*Mat. 11.* rem. In ſolo deo omnis boni fonte hæc reperiri poſ[...]
dicente domino: In mundo preſſuram habebitis, in [...]
autem pacem. Siquidem non niſi in ipſo inuenire p[...]
*Stadiū in* mus requiem animabus noſtris.
*quo morta* ¶ Stadium autem in quo mortales contendunt & c[...]
*les currūt.* runt cæteris ſpectantibus, hic mundus eſt, vbi ſpe[...]
*1. Cor. 4.* culum facti ſumus mundo, angelis, & hominibus, [...]
riam profectò vel ignominiam reportaturi. Gloriam [...]
que, ſi tandem adepto brauio doceamus non in va[...]
*Eccle. 10.* cucurriſſe: confuſionem verò ſi de illorum ſorte fu[...]
*Sapiē. 5.* mus, de quibus per Salomonem dicitur: Labor ſtulto[...]
affliget eos qui neſciunt in vrbem pergere. Qui ſerò [...]
*Vnus ac-* fitentes errorem, dicunt: Laſſati ſumus in via iniqui[...]
*cipit bra-* ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ig[...]
*uium.* uimus. Sed quid ſibi vult quod ait, vnus accipit bra[...]
*1. Cor. 3.* Nónne in hoc noſtro curſu quiſquis bene cucurrerit, [...]
*Tribus* boris ſui præmium accipiet, vt non doleat incaſſum [...]
*modis ſi-* curriſſe? Nónne vnuſquiſque propriam mercedem [...]
*deles vnū* piet ſecundum ſuum laborem? Quare ergo dicit, vnu[s ac-]
*efficiūtur* cipit brauium?

¶ Sed t[...]

¶Sed tribus modis vnum eſſe contingit,videlicet:Primò per fidem indiſciſſam.Secũdò,per fraternam concordiã. Tertiò,per mẽtem deo fideliter intẽtã. Nemo enim beatitudinis æternæ brauium accipiet,niſi qui iſtis modis fuerit vnus.

¶De primo per Apoſtolum dicitur: Obſecro autem vos *1.Cor.1.*
fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti , vt idip- *Roma.15*
ipſum dicatis omnes , & non ſint in vobis ſchiſmata . Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſentẽtia vt ſcilicet omnes vnanimes vno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam quiſquis hãc deſeruerit vnitatem,errat vtique ſicut ouis quæ periit, fu-
turus præda rugientibus præparatis ad eſcam . De qui- *Iudas apo*
bus beatus Iudas Apoſtolus loquitur , dicens : Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos,animales ſpiritum non habentes, arbores infructuoſæ,bis mortuæ , eradicatæ, quibus procella tenebrarũ ſeruata eſt in æternum . Iſti nimirum ſunt qui per ſectas & hæreſes eccleſiaſticam diſcindunt vnitatem.

¶De ſecundo modo huius vnitatis dicit propheta: Habi- *Pſal.*
tare facit(ſubaudi ſpiritꝰ ſãctus) vnanimes in domo.Hinc *Ioan.13.*
Ipſe Dominus ait:In hoc cognoſcẽt omẽs , quòd diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionem habueritis adinuicẽ . Dilectio enim vnitos facit, ſicut econtrario odium reddit diuiſos.
In hoc dei filius venit in mũdum perpeſſurus mortẽ vt fi- *Ioan.13.*
lios Dei, id eſt, electos qui erant diſperſi congregaret in
vnum,quibus etiam ipſe dicit : Pacẽ relinquo vobis,quia *Ioan.14.*
videlicet ſitis inuicem vniti. Quia non poterit vniri per gratiam cum Chriſto , quiſquis diſcordiam aut odiũ geſ-
ſerit cum Chriſtiano. *1.Cor.6.*

¶De tertio dicit Apoſtolus : Qui adhæret Deo vnus ſpi-
ritus eſt. Efficitur autem vnus,dum per intentionem ſan- *Luc.10.*
ctam quæcunque aut facit aut patitur, in finem vltimum
& optimum,ſcilicet Deum,fideliter refert & ordinat. Si- *Gene.4.*
quidem amãdo vnum ſummũ & verũ bonũ(quod vtique vnũ eſt neceſſariũ) homo efficitur vnus.Qui autẽ derelicto deo diuerſa ſectatur,& ipſe nimirũ varius & per multa mẽte diſperſus,efficitur vagꝰ & profugꝰ ſuper terrã.Vagus per effrenẽ rerũ concupiſcẽtiam, profugus per pecca

tricem

tricem conſcientiam. Inquietum, inquit Auguſtinus, e cor meum domine, donec requieſcat in te. Et quantò lo gius in regionem diſsimilitudinis ab illo peccator diſ ſerit, tātò maioribus anguſtiis neceſſe eſt afficiatur. Q ergo fœlicitatis æternæ brauium non niſi vnus accip ſtudeat quiſque dictis modis eſſe vnus & ſic currere vt laboret in vanum. Vnde ſubdit:

*Sic currite, vt comprehendatis.*

*Sic curritur ad verā beatitudinem.* ¶Ritè curritur ad brauiū cœleſte per charitatem per ſyderia ſancta, per bonam voluntatem, per operum bo rum aſſiduitatem. Attamen vt bene curratur, tria nec eſt obſeruare. Primū, vt oneroſa ſarcina deponatur. Se dum, vt aſpectus à rebus ſuperuacuis auocetur. Terti curſus perſeueranter continuetur.

*Heb. 12.* ¶De primo ad Hebræos ſcribens ait Apoſtolus: De nentes omne pondus & circūſtans nos peccatum, per tientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, a cientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione c tēpta, atque in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate e eū qui talē ſuſtinuit à peccatoribus aduerſū ſemetip contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris defi tes. In his ſi bene aduertas, prædicta tria ad curſum ne ſaria ſeriatim docet Apoſtolus. Primum docet, quū d

*Onus triplex deponendum.* Deponentes omne pondus. Secundum, quum dicit: A cientes in authorem fidei, &c. Tertium, quum ſubiu Recogitate, vt ne fatigemini animis veſtris deficie Sed vt ad primū regrediamur, nouerimus multiplex onus ſeu pondus quod eſt deponendm, vt bene cur ad æternæ beatitudinis coronam.

Eſt enim onus ignauiæ & pigritiæ, quo grauatus di

*Prou. 26.* piger: Leo eſt in via, leæna in itinerib⁹, in medio pla

*Prou. 20.* occidendus ſum. Iſte propter torporis & inertiæ ſu gus, terram proprii corporis (nempe agrum feracem

*Mat. 25.* tus arare recuſat. Dignus qui hyeme mendicet, & di Domine, domine aperi nobis, & nihil illi detur.

*Onus iniuſtitiæ.* ¶Eſt proinde deponendum pondus iniquitatis & in ſtitiæ, dicente domino per prophetam: Nunquid iuſtifi

*Mich. 6.* bo ſtateram impiam, & ſacelli pondera doloſa, in qu

di

diuites eius repleti ſunt iniquitate,& habitantes in ea loquebantur mendaciũ,& lingua eorum fraudulenta in ore eorum?Pręmiſerat dicens:Adhuc ignis(ſcilicet cupiditatis iniquæ) in domo impij,& theſauri iniquitatis,& menſura minor,irę plena.

¶Et ſanè pondus iniquitatis ſiue lucrum iniuſtum, quaſi mola aſinaria imò ipſa mola grauius,prorſus abiiciendũ, non modò ne curſum tuũ impediat,ſed etiã ne te demergat in profundum. Vnde in Apocal. dicitur, quòd ſuſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarẽ magnũ & miſit in mare,dicens:Hoc impetu mittetur Babylon,& vltrà nõ inuenitur. Babylon confuſionẽ ſonat, & per eam iniquorum vniuerſitas rectè deſignatur,qui omnes per Chriſtũ fortem vtique illum, & magni cõſilij angelũ,*cui dicitur, Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potẽtiſsime, quaſi lapis mittentur in abyſſum, vnde non conſurgent in æternum. Claudit enim, & nemo aperit.

*Opes iniquæ mola aſinaria. Figura. Apoc. 18. Eſa. 9. Pſal.*

¶Babylon enim vel vniuerſitatem impiorum, vt dictum eſt,vel vnamquãque peccatricem animam ſignificat,quæ confuſo vitæ ordine,iuſtitię noluit eſſe ſubiecta.

*Onus irrequietæ cõſciẽtiæ.*

¶Denique abiiciendum eſt pondus grauatæ & irrequietę conſcientię, ne fortè in operibus manuũ ſuarum deprehendatur peccator,& quaſi fur ſarcinæ pondere tardatus,& cõprehenſus per eam coram iudice cõuincatur. De hoc pondere per Prophetam dicitur:Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

*Pſal. Idem.*

¶Secundò neceſſe eſt ad bene currendũ, vt oculus à curioſis circunſpectationibus auocetur, ne fortè ſibi minus proſpiciens,aut corruat,aut impingat. Oculi nempe ſapientis in capite ipſius ſunt,oculi verò ſtultorũ in finib⁹ terræ. Oculos habebat in capite ſuo qui ait: Oculi mei ſemper ad dominũ:& iterũ. Ecce ſicut oculi ſeruorũ in manib⁹ dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum,donec miſereatur noſtri. Quid eſt autem oculos in capite habere, niſi proponere deum ante conſpectum ſuum,quomodo idem Propheta qui ait: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Caput enim viri Chriſtus,

*A ſuperuacuis auocetur. Eccle. 2. Pſal. Pſal. Ibidem. 1. Cor. 11.*

ſtus. In hoc capite mentis noſtræ oculos defixos eſſe de-
re, ſcriptura in prętactis locis & aliis multis denuntiat.
¶Oculi columbę ſunt deſuper riuos aquarũ, & ſicut ſcri-
Can. 5. ptũ eſt, reſidet iuxta fluēta pleniſsima, vt illic & ſeſe, pa-
ter & accipitris inſidiãtis vmbram ſpeculetur. Porrò ſ
Eccleſ. 1. ſapientię verbũ dei in excelſis, in quo fidelis anima &
Pſal. ſam & ſua particula (diaboli videlicet inſidias) cõue
Peregri- A vanitatibus autē oculos ſuos auerti Propheta preca
nilex. dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem.
Gen. 19. ¶Peregrinorum eſt in terra aliena vanis ſpectaculis
remorari, ſed ad patriam ſuſpirare & tranſire. Ne forte
Exēplũ morte illius quę contra vetitum retroſpiciens, in la-
in B. Antonio. verſa eſt, & ipſe induretur, ſenſúmque perdens & mo
& progredi deſinat, & in lapidem verſus eſſe homo
ſtat. Fœlicem curſum beati Antonij, dum relicto ſecu
Perſeuerantia ſit teret heremum, remorari volens inimicus, grandē
in curſu. argenteũ, item prętereà auri maſſam immodicam
ſolitudinis, teſte Athanaſio, callidus inſidiator obiec
Mat. 10. ¶Tertiò ad curſum requiritur, vt curſui perſeuerant
ſtetur, quia non currentibus tantùm, ſed in curſu vſque
metã ſtadij perſeuerantibus brauium datur, dicente
ſto: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus e
¶Sanè ad hũc curſum exēplo gemino nos hortatur
ſtol⁹, ſimul nos docēs qua prudētia currere debeam
licet: Primò, exēplo currentiũ ad brauium quodlibe
ius ſeculi. Secundò, exemplo ſui curſus & laboris p

¶Circa primum dicit:

*Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe ab-
& illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos aute
corruptam.*

Cur contineas ab illecebris ſeculi. ¶Qui in agone, inquit, id eſt, in certamine grandi &
rioſo (à quo aut coronandus venit, aut abiiciendus
vituperio) deſudat, abſtinet vtique ſine vlla cuncta
ab omnibus quæ ſibi eſſe poſſent impedimento, & h
men corruptibilis prǫmij gratia. Quantum ergo,
huius rei pudere vos debet, quum illi in omnibus
continentes ſe prębeant, ſi non itidem & ipſi ege
incorruptibili corona conſequenda? Quòd ſi vos n
moueat prǫmiũ glorię, at certę ſollicitos reddat p

cura ſalutis, & vel ipſius perditionis intuitu ab omnibus abſtinete, quæ vos poſſunt illaqueare.

¶Nō concupiſcatis ſpolia (ait Machabęus ad ſocios) quia bellum aduerſum nos eſt. Abſtinete, inquit, & non magis ſpoliis rapidis, quâm vobiſipſis ſaluãdis intẽdite. Hinc etiam ſpiritualis militiæ dux beatus Petrus: Obſecro vos, inquit, tanquã aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſyderiis quæ militant aduerſus animam. *1. Mac. 4* *Conſiliũ Machabæi.* *1. Pet. 2.*

¶Si cuipiam qui in duello cum hoſte pro anima ſua decertat, delectabilia quęlibet ab ipſo hoſte ad fraudem oſtendantur, profectò non aduertet, imò potius inſidias agnoſcens, ſi non prorſus decipiat, cauebit, ſollicitior & ſe defendere, & hoſtem ferire. Et vtique quiſquis conceſſa rapere properat, rapiendus eſt & ipſe. Vnde & ſocij Iudæ Machabæi qui in pręlio quodam cecidiſſe memorantur, reperti ſunt pecunias idolorum abſconditas habuiſſe ſub veſtibus. Sed quo ruitis miſeri, quę vos malè ſana cupido præcipitat? Quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuę detrimentum patiatur? Si in agone duelli hoſtis tibi aurum ſpargat, vt quum te inclinaueris, ipſe trucidet, caue & abſtine, quia non ſedulitatis hoc eſt, ſed inſidiarum. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. *Simile.* *2. Ma. 12* *Socii Machabæi quare ceciderunt.* *Mat. 16* *Simile.*

¶Circa ſecundum, vbi nos exemplo ſui proprij laboris & curſus docet qualiter currere debeamus, dicit:

*Ego igitur ſic curro non quaſi in incertum: ſic pugno non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè quum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.*

¶Vt certi ſimus de pręmio noſtri curſus, ponit ſe nobis Apoſtolus in exemplũ, quatenus ipſum imitemur. Sic curro, inquit, non quaſi in incertum, id eſt, quaſi ſim incertus de pręmio, vel dubius de veritate promiſsionum Chriſti. Sic pugno, non quaſi aërem verberans, id eſt, non verbis, ſed rebus contendo. Habeo enim & dæmonem ipſum reluctantem, quem plagis affligam. Et quis ille ſit oſtendit, quum ſubdit: Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne quũ aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. Arguit eos qui gulæ & ventri ſunt addicti, & hoc vitium fouent ſub quodã perfectionis pretextu, quia perfectioris

ſe fidei

ſe fidei credunt. Ipſe verò,inquit,ſubeo omnem labo vt continentius viuam & aduerſus corpus meum do ſticum hoſtem depugno.

¶Nempe corpus hoc noſtrum violenta quadam tyra de ſpiritui aduerſatur, impugnatque vt hoſtis acerri Quum autem dicit caſtigo,etiam plagis ſe illud argu feciſſe,mox inſuper & in ſeruitutem redigo,intulit,v telligatis non aliter illud, quàm in ſerui mortem laſc tis & contumacis eſſe habendum frænandúmque & iugandum.Veruntamen vt à domino, non vt ab hoſte. Quibus verbis vtique abſtinentiores reddit. Ac ſi di

*Corpꝰ eſſe caſtigãdum.*

¶Si mea hæc non eſt ad ſalutem ſatis vel doctrina, prædicatio,niſi & innoxium me præbeam, & prauis noribus liberum, quo pacto vos per ſolam fidem a ſalutem poteritis,qui tot ſitis deuincti peccatis? Ti enim Apoſtolus ipſe reprobari,& apud deũ indignu de reperiri,dicit:Caſtigo corpus meum,& ſeruitut cio, nedum alij percipiunt palmam victoriæ, mea p catione edocti,ego ipſe alienus exiſtã à præmio: ſ tè timore ipſe nos terruit. Quid enim faciet agnus, ries tremit? Quid faciet gnanus,vbi formidat gigas? ergo ſe dicit timere , nouerimus multò magis nob timendum.

*Sola fide non ſaluari permanentem in peccatis.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Nolo autem vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in baptizati ſunt in nube & in mari.*

¶Hîc oſtendit fidem atque baptiſmum ſine dicto non ſat eſſe ad ſalutem. Quod vt per figuram de enumerat quãtis olim Iſraëlitæ fuerint à deo dign neribus,ex quibus tamẽ plurimi eorum deo minim cuerunt.Planè demonſtrãs, vt quemadmodũ ea ne illis profuiſſe viſa ſit,quippe qui nullum ex ſe ben ti deo munus rependerint, ſic & nobis fides ipſa, lata in nos ſpiritualium ſacramẽtorum beneficia, culdubiò ſint profutura, niſi ipſi nos diuina gratia exhibeamus.

*Beneficia ingratitudinem exaggerare.*

¶Primũ itaque eos ſub nube fuiſſe dicit: Extendit nubem in protectionem eorum. Quemadmodum

quum illos rex AEgypti cum vniuerſo exercitu perſequeretur, nubes ſe inter eos & AEgyptios collocauit, eóſque protexit, liber exodus declarat. Rurſus, quemadmodum nubes ſe expandit ſuper tabernaculum teſtimonij, & ad illius motum & ipſi caſtra mouebant, & ſtante nube denuo figebant tabernacula, libri Numerorum docet hiſtoria. *Exod. 14* *Num. 9.* Proinde quòd mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, hoc eſt, ſub Moyſi ducatu. Baptizati, inquam, figurali quodam & rudi baptiſmate. In nube & in mari, nube ſpiritus ſancti virtutem, rubro verò mari paſsionem & mortem domini præferentibus.

¶Præcedebat ergo, vel ex eo tempore baptiſmatis figura in nube & in maris tráſgreſſu vbi illis tunc Moyſes ſicut & nobis Chriſtus dux fuit. Illos ab AEgypto & Pharaonis ſeruitute Moyſes eduxit, nos à peccatis noſtris & diaboli poteſtate Chriſtus liberauit. Illorum hoſtes in mari rubro demerſi illos perſequi ceſſauerunt, Nos à peccatis noſtris Chriſtus dominus ſanguine ſuo lauit, ne nos opera noſtra mala ſequantur, & comprehendant & perdant. *Cócordia figuræ cũ veritate.* *Apoc. 1.* Morté illi euaſerunt per nubé & per mare, nos per Chriſtum & gratiam ſpiritus ſancti in ſacro baptiſmi lauacro à peccati morte liberamur. Et ſubiungit:

*Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra, Petra autem erat Chriſtus.*

¶Omnes, inquit, eandé eſcam ſpiritualé manducauerũt, videlicet, poſtquã in nube & in mari figuraliter baptizati ſunt. Sanè vt illi manna traiecto mari in eſcam habuerũt, ſic & nos baptiſmatis vnda perfuſi, corpus dominicũ mãducamus. Et ſicut illi è percuſſo lapide aquã biberunt, ita & nos ſanguiné domini. Appellat auté mãna, eſcam ſpiritualem, & aquam de petra potum ſpiritualem, quum tamé res ſenſibiles eſſent, quia nõ naturę ordine, ſed virtute ſpirituali, videlicet diuina, producebantur. Et quia hęc ad fidem illos & credulitatem inducerent, nõ corpora ſolùm ſed & animas illorum nutriebant, vt propter hoc eſca illa ſpiritualis, & ille potus ſpiritualis meritò dicantur. *Manna & aqua de petra quorum typus.*

¶Proinde ſpiritualia illa fuiſſe idcirco dicũtur, quòd corpus & ſanguiné domini ſignificabãt, quæ in eccleſia conſecrantur,

ſecrantur, & in alimoniam vitæ ſpiritualis fidelibus ad-
niſtrantur. Manna illis cibus non eorum productus lab-
re, ſed è cœlo miſſus, appoſitus eſt nobis Chriſtus ſub
ſibilibus panis & vini ſpeciebus occultatus omnipoten
*Ioan. 6.* dei viriute ac munere è cœlo miſſus confertur. Vnde
*Manna* ait: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi.
*cur pri-* ¶Nec ocioſum eſt quod mãna illud prima ſabbathi, id eſt
*ma ſabba* prima die poſt ſabbathum, (quæ iam ob reuerentiam
*thi datũ.* minicæ reſurrectionis dies dominica vocatur) primum
*Exod.16* cœlo ad populi refectionem deſcẽdit, hoc nempe fu
eſſe portẽdebat, quòd in dominicę reſurrectionis die
cœleſti pabulo fideles reficerẽtur. Quòd autem dicit
bibiſſe de ſpirituali cõſequente eos petra, quæ petra C
ſtus erat, inſinuat vtique lapidis illius naturam poti
nequaquá præſtitiſſe. Quòd & ſi aliàs ſcaturiſſe conc
*Heb. 13.* tur, ſpiritalis tamen alius lapis id omne operabatur, il
Chriſtus. Chriſtus enim heri & hodie, ipſe & in ſecul
¶Conſequẽte autem eo dixit, nõ quaſi illa petra Ore
pes immobilis illos quocunque pergebãt ſequeretur,
cõſequente eos, id eſt, vſque ad eos ſe vel iam tunc e
dente, & eorum deſyderiis parente. Vel ideo conſeq
te dixit, vt oſtenderet Chriſtum eundem hunc illis
affuiſſe, & huiuſmodi miracula factitaſſe omnia.
¶Quid autem illi deo pro tot & tantis beneficiis rep
rint, patefacit quum ſubiungit, dicens: ſed non plu
eorum beneplacitũ eſt deo. Nã proſtrati ſunt in de
Quanuis enim tanta ſuę dignationis indicia circa ill
ſtenderit deus, nihil tam, inquit, eſt horum (maiorẽ i
tem) oblectatus operibus, quia nullũ erga benefic
mini amorem prætulerint, ideóque proſtrati ſunt in de
to, repentina perditione & ſtrage diuinitus illis illata
¶Sed quare in pluribus illorũ deo non cõplacuit, q
denique in deſerto proſtrati ſunt, quibus tanta amo
dicia deus exhibuit? Reſpondetur, quòd propter ill
ingratitudinem, quæ fuit eò deteſtabilior, quò maio
à deo fuerant muneribus cumulati. Hanc ingratit
probant multa. Primum, quòd idola ſibi fecerunt, & h
*Exod. 32* rem ſoli debitum deo illis exhibuerũt, dicentes: Iſti
*Exod. 17* dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra AEgypti. Sec

quòd mãna faſtidientes carnes & viles AEgypti cibos cõcupierunt. Tertium, quòd de labore itineris impatientes murmurauerunt, obliti laboris & afflictionis in AEgypto *Num.* 11.
lõgè durioris, vnde illos dominus liberauerat. Quartum, quòd duces ſibi à deo datos contempſerunt, oderunt & *Exod* 17
pro ſummis eorum in ſe benemeritis, hos (omnium ingratiſsimi) lapidare voluerunt. Quintum, quòd in AEgy- *Num.* 14
ptum, vnde illos dominus valida manu eiecerat, denuo redire voluerunt. Ex quibus omnibus quoniam ipſi erudimur, ſubdit dicens:

¶Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum. Vt videlicet non arbitremur nobis ſat eſſe ad ſalutem, quòd baptiſmi gratiam cõſequuti, quodq́ue ſacramento dominici corporis & ſanguinis refecti ſumus, quòd per Chriſti paſsionem & mortem redẽpti, quòd euangelica doctrina illuminati ſumus, ſi ad mortem illorum per auaritiam idola nobis fecerimus, ſi creaturam potius quàm creatorẽ coluerimus, ſi diuina paruipendentes beneficia faſtidimus, ſi de iugo Chriſti ſuaui & leui onere, vt ſerui contumaces murmurauerimus, nõ aduertẽtes peccatorũ ſarcinam eſſe longe grauiorẽ. Si prętere a duces nobis & monitores à deo datos oderimus & contempſerimus. Si peccandi voluntatem quaſi in AEgyptum redeundi propoſitum apud nos habuerimus. Quinimò ſi in his aut ſimilibus ſimiles illis fuerimus, parem cum illis exitum ſortiemur. Sed ſi nondum totaliter obſtupuimus, illorum cladibus redditi, cautiores in huius breuiſsimę vitę ſtadio: ſic ad promiſſæ beatitudinis brauium contendamus, vt propitio deo tandem illud nos comprehendiſſe gratulemur.

## DOMINICA IN Sexageſima.

FRatres, libẽter ſuffertis inſipientes, quum ſitis ipſi ſapiẽtes. ¶Apoſtolus qui neceſsitate compulſus videtur in hac lectione ſemetipſum commendare, circa hoc duo facit. Primò, ponit huiuſcemodi ſuæ commenda- 1. *Cor.* 11.
tionis rationem. Secundò, ipſam commendationem. Primum facit paululum ante lectionis iſtius initium, ab

illo videlicet loco vbi ait, Gratis euangnlium dei eu
lizaui vobis. Secundum, ibi: In quo quis audet.

¶Circa primum eſt aduertendum, quòd Apoſtolo P
à Corinthiis abſcedente, & ad regiones alias euange
prędicationis gratia ſe transferente, irruperũt Corin
pſeudo apoſtoli venientes à Iudæis, qui in hoc ab Ap
lo appellantur inſipientes, quòd euangelij gratiam n
ficere ad ſalutem aſſerebant, ſi non & circuncìſion
ocium ſabbathi, ceteráq; huiuſmodi carnalia legis p
pta fideles ſeruarent. Ad hæc, Paulum verum Apoſt
nõ eſſe, eò quòd à domino in terris adhuc cõuerſan
fuerat vocatus, vt vel ſic Corinthios & ab Apoſtolo
rẽt alienos, & ad ſe illos pellicerent, quod & fecerun
rimos ex ſimplicibus decipiẽtes. Proinde quæſtus g
Corinthiis prædicabant, ſemetipſos mirum in mod
mendantes, extollẽtes ſe vaniſsimè, & inaniter glori

*Pſeudo apoſtoli cur inſipientes.*

*Pſeudo apoſtoli quales.*

¶Itaque Apoſtolus vt eorũ dolis occurreret, ne crede
falſo dogmate ab illis corumperentur, & ipſe comp
eſt ſe commendare. Veraciter tamen & temperant
ſeipſum inſolẽter iactãs, nec quæſtus gratia ſicut illi
bant, ſed Corinthiorum conſulens ſaluti. Vos, inqui
giſtis me huiuſcemodi dicere. Nã ſi illos nõ excep
idque & vobis nõ obfuturum præuidiſſem, nequaqu
ipſe ad hæc deſcendiſſem. Lõgè ergo diſsimiliter Ap
lus, & pſeudo ſe cõmendabant. Iſti enim propter qu
& falſam doctrinam, Apoſtolus propter fidelium ſal
dei gloriã ſe prędicabat. Vnde & apoſtoli gloriatio
erat & virtuoſa, illorum verò iactantia vitioſa & i

*Diſsimiliter Paulus & pſeudo ſe cõmẽdabãt.*

¶Vt igitur eorum rapacitatem confutaret, quum p
ipſe à Corinthiis ſumptus accepiſſe, (prout ipſe do
ordinauit) propter pſeudo tamẽ vti noluit hac ſua
tate. Vnde ipſe ait: Gratis euãgeliũ dei euãgelizaui
alias eccleſias expoliaui accipiens ſtipẽdia ad mi
veſtrum. Et quum eſſem apud vos & egerem, nulli
ſus fui. Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fra
venerũt à Macedonia. Et in omnibus me vobis ſin
re ſeruaui & ſeruabo: quod facio, vt amputem occ
eorũ qui volũt occaſionẽ, ſcilicet pſeudo apoſtolo
(vt dictum eſt) propter quæſtum prædicabant. V
glo

*Luc. 10.*

gloriātur tales, ſcilicet de verotū apoſtolorū imitatione (vt ipſi dicebāt) inueniātur ſicut & nos, ſcilicet nihil accipiētes: quod minimè eſſēt facturi. Nam eiuſmodi, inquit ſunt operarii ſubdoli, transfigurātes ſe in apoſtolos Chriſti. Et nō mirū. Ipſe enim ſatanas trāſfigurat ſe in angelū lucis. Nō eſt ergo magnū, ſi miniſtri eius trāſfigurātur, veluti miniſtri iuſtitię, quorū finis erit ſecūdū opera ipſorū.

¶Quum igitur Corīthii huiuſcemodi ſupportarēt, multò magis ipſum apoſtolum ſufferre debebāt. Libēter, inquit, ſuffertis inſipiētes. Inſipiētes dicit qui rebus carnalibus gloriantur. Nam ſi demētis eſt de ſpiritualibus donis gloriari, quātò magis inſultum videbitur ſe de illis iactare quæ nullius prorſus ſunt momēti? In hoc quoque inſipiētes, quòd nō pro gloria dei aut mercede æterna vel audiētiū ſalute, ſed tēporalis lucri & humanę laudis gratia prędicabāt. Illud autē. Quū ſitis ipſi ſapiētes, & ſi ad gratiā dictū eſſe videtur, vrget tamē hos acrius, & criminatur, vt qui ſcientes delinquerēt. Nā ſi dementię fuiſſent morbo correpti, veniā fortaſſe meruiſſent. Intelligi tamē poteſt vt per ironiā ſit dictū, vt ſit ſenſus: Quū ſitis inſipiētes, putantes vos eſſe ſapiētes, non eſt mirum ſi patiēter ſuffertis inſipientes pſeudo apoſtolos. Sequitur: *Initium le ctionis.*

*Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cedit, ſecundum ignobilitatem dico.*

¶Suſtinetis enim, inquit, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, hoc eſt, Si quis vos ſibi ſubiiciendo & ad obſeruationem abolitæ legis Moyſi vos cōſtringendo, priuat ea libertate quæ per Chriſtum vobis cōceſſa eſt. Vbi eos abiectioris arguit & infimæ ſeruitutis, quippe qui maximū in modū falſis Apoſtolis ſuccubuiſſēt. Volebāt enim illos in ſeruitutem legis redigere, vt circūciſionis iniuriam & ocium ſabbathi, & cæteros abolitæ legis rit⁹ inutiles obſeruarēt, alioqui nō poſſe ſaluari per gratiam Chriſti, quæ nimirū grandem præferunt ſeruitutem. *Pſeudo apoſtoli accipiendis muneri b⁹ intenti.*

¶Quum autem ſubiecit: Si quis deuorat, ſiquis accipit, falſos Apoſtolos accipiēdis muneribus intentos eſſe manifeſtat. Nam quum dicit deuorat, id vtique prætendit quòd illorum non poterat expleri cupiditas. Suis enim

adulationibus & laudibꝰ expilabāt illos quos decipieb
& in conuiuiis ſumptuoſis deuorabant eorum facult
Attamen illi cōtenti erant depaſci res ſuas ab huiuſm
di impoſtoribus.

*Pſeudoapoſtoli iactabundi & arrogantes.*

¶Rurſum, inquit, ſuſtinetis, ſi quis extollitur de orig
carnali ſe iactās, aut de ſciētia legis ſuperbit, & ſic in
dominatum exercet & inſolētiam. Non enim humile
in ſubditos exhibēt huiuſmodi arrogātes inuaſores
patoréſque, ſed modeſtos & graues. Vnde ſubdit: Si q
in faciē vos cedit. Corinthiorum arguit iniuriā & ign
niam, quandoquidem eis pſeudo apoſtoli tanquam
vterentur. Hæc autē dicit, non quia in faciem cæder
ſed quia nō minoris eſſent iniuriæ quę illi patiebātur
ſi in faciem vapulaſſent, quod ſanè illis ad vituperi
obiecit. Quid enim vel inhoneſtiꝰ hoc fieri poteſt, q
hiſipſis libertate adempta honore priuatis, & demum
tractis pecuniis vterentur pro ſeruis?

*Falſi apoſtoli vt abutūtur à ſedeceptis.*

¶Quum ergo dixiſſet; Si quis in faciē vos cędit, mo
ponit quid ſit in faciem cędi quum ſubiunxit: Secun
ignobilitatem dico. In faciem enim quempiā cędere
ei ſui generis ignobilitatē im͞pperare, ſicut iſti falſi
ſtoli Iudæi quum eſſent, Corinthiis improperabant
eſſēt ignobiles genere, quorum progenitores ſemp
lolatræ fuiſſent, dæmones & lapides pro deo venera
Se verò illis grandi interuallo præferebāt, iactātes
è genere Patriarcharum & Prophetarum originem
rēt, de quorum ſtirpe ipſe Chriſtus natus eſſet. Sed
eſt ſtultitiæ, aliquem per regenerationē ex aqua & ſ
ſancto dei filium per adoptionis gratiā iam effectu
ctare generis nobilitatē, quū dominus dicat: Omne
fratres eſtis. Quiſquis igitur vobis aliquid de ignob
te generis improperat, perinde eſt ac ſi ille vos pug
gnominioſè in faciem cædat. Sequitur:

*Nobilitas carnis vanè iactatur.*

*Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.*

¶Hoc eſt, Sic præferunt ſe nobis illi, quaſi nos in hac
te, id eſt, generis nobilitate illis non eſſemus pare
etiam à vobis pro nihilo ducimur. De ſe loquens A
lus, & ſui cauſa, ſubintroduxit & perſonam Barnab
ſui qui ex eodem Iudaico genere erat onus.

¶Et non modò,inquit,ſe illi præferunt nobis , ſed etiam (quod indignũ magis eſt)à vobis & illi nobis præferũtur quaſi nos infimi fuerimus in hac parte .Quum reuera illi ſint nobis infirmiores in hac parte generis, de qua inaniter gloriantur.Dicentes enim ſe eſſe filios Abrahæ ſecundum carnem , non ſunt veraciter filii Abrahæ per fidẽ & operationem,quum nõ ſint ipſius imitatores. Nos autem nõ ſolùm ab Abrahã carnis originẽ trahimus, ſed (quod eſt longe prȩſtantius)etiam per fidem & operationem patrem Abraham imitãtes, verè ac meritò illius filii ſumꝰ,

¶Circa ſecundum principale dicit:

*In quo quis audet,in inſipientia dico,audeo & ego.*

¶Poſita cauſa ſuæ commendationis , hîc ponit ipſam ſui commendationem.Duobus autem modis ſe commẽdat. Primò, ſe pſeudo apoſtolis adæquando.Secundò, ſe illis præferendo,ibi:Vt minus ſapiens.

¶Circa primũ dicit:In quo quis audet. Audaciam & inſipientiã pſeudo apoſtolorum ſuggillat,quaſi dicat:Ad eã rem coactus deuenio , vt illis & audacibus & inſipiẽtibus me cõpellat ſecundum apparẽtiã adſimilare.Et hæc ideo ſubnectit,vt & nos cõmonefaceret minus eſſe ad eiuſmodi verba diuertẽdum,niſi cogat neceſsitas. Ait ergo:Quacunque in re gloriari quis audeat,& ipſe auſim. Audẽt illi gloriari de nobilitate generis,licet inſipiẽter dicã, audeo & ego hinc gloriari. Inſipientia eſt enim qua gloriantur, quia vt magni videãtur,de carne ſe iactãt. Apoſtolus autẽ ſi quid de ſe dicit , non pro ſui iactãtia facit, ſed vt illos confutet.Ideo verò ait:In inſipientia dico , quia ſtultum videtur (quantum ad homines pertinet) vt quiſquam ſibimetipſi teſtimonium laudis ex re quacũque perhibeat.

*Pſeudo apoſtolis ſe Paulus adæquat.*

¶Apoſtolus autẽ non erat inſipiens, quia non ſponte hoc agebat,nec pro laude humana , ſed coactus(vt dictũ)eſt quatenus,ſcilicet laude huiuſcemodi ſua, Corinthios ad Chriſtum , & ad amorẽ ſui reuocaret ab his qui illos deceperant pellicientes . Proinde vel hac ratione inſipientem ſe pronuntiat,& imprudenter ſe agere quòd ſe commendat,ne illi prudentes viderentur in hac parte ac nobiles,qui ſe de generis nobilitate iactitabant. Exinde enumerat quibus in rebus gloriantur,dicens:

*Apoſtolus cur ſe cõmẽdat.*

*Hebræi ſunt,& ego Iſraelitæ ſunt , & ego.Semen Ab ſunt,& ego.Miniſtri Chriſti ſunt,& ego.*

*Nō omēs Hebræos Iſraelitas eſſe.*

*Gene.21.*

¶Quum non omnes Hebræi eſſent Iſraelitæ(ſiquide Moabitæ,&, Ammonitæ , & Iſmaelitæ Hebræos ſe rent,quia ab Heber deſcendiſſent)propterea gener bilitatem diffiniens intulit :Semen Abrahæ ſunt,& ipſum Iſaac deſignans.Nempe ad Abraham dictum domino:In Iſaac vocabitur tibi ſemē.Dicit ergo: He ſunt natione & lingua,& ego.Iſraëlitæ ſunt ſecund tus & legem,& ego.Semen Abrahæ ſunt,nō proſeli aduenæ,& ego.Miniſtri Chriſti ſunt,& ego. Verunta pſeudo apoſtolos miniſtros Chriſti eſſe intelligēdu ſecundum apparentiam,non ſecundum veritatem, de ipſis alibi dicat : Huiuſcemodi Chriſto domino ſeruiunt,ſed ſuo ventri.Attamen Chriſtum prædica miniſtri Chriſti apparere nitebantur. Secundum op nem verò Corinthiorum qui ab illis decepti erant, ſtri Chriſti palàm vocitabantur,quaſi dicat : Et ſi mi Chriſti ſunt,& ego Chriſti miniſter nō modò ſum ſe dum apparentia,ſed & ſecundum rei veritatem.

*Rom.16.*

*Hic ſe Paulus pſeudo apoſtolis præfert.*

¶Circa ſecundum modum quo Apoſtolus ſe comm dat,pſeudo apoſtolis ſe præferendo,dicit:

*Vt minus ſapiens dico,plus ego.*

¶Ac ſi dicat : Ego illos hoc miniſterii munere long teruallo exceſſerim. Quū verò vt minus ſapiēs inqu militatis ſuę profūditatē demōſtrat,& ſe coactū(vt eſt)in laudes proprias prorupiſſe. Nam qui ea ſpon fert quæ ad propriam laudem proficiunt , inſipiens

*Quæ ſequuntur verè apoſtolum exprimunt.*

¶Exinde dinumerat ea quæ verè apoſtolū exprimū gna pręteriēs à tētationibus & paſſionib⁹ ſuis ordi

*In laboribus plurimis , in carceribus abundantius, i ſupra modum.*

*Agones Pauli.*

¶Ab hoc loco vſque ad finem lectionis pręfert ſe P lus pſeudo apoſtolis,& quantum ad mala pro dei perpeſſa, & deinde quantum ad bona à deo recept Si gloriari oportet.

¶Circa primum duo facit. Primò , enumerat mal pro Chriſti amore pertulit.Secundò,ea mala quæ ibi:Damaſci præpoſitus. Circa primum tria facit. P

comme

commemorat mala ſibi illata. Secundò, volũtariè aſſumpta. Tertiò, confirmat quædam dicta. Secundum, ibi: Itineribus ſæpe. Tertium, ibi: Si gloriari oportet.

¶Circa primum dicit, In laboribus plurimis, Q. d. In his Chriſto deſeruio, in quib' apparet me plus illis eſſe Chriſti miniſtrum. Licet enim illi qui ſe mihi præferunt, in aliquibus fortaſſe laborauerint, ego tamen plus illis laboraui. Non modò enim ſubeo labores innumeros, & vagus per varias regiones & loca noctu & interdiu multos ad fidem erudio, quinetiam manibus operor, & plagis affligor, & his ſupra modum, & quod grauius eſt, plagis iſtis etiam carcer adiicitur. *Quæ ſibi illata pro Chriſto pertulit.*

¶Sed quum alibi dicat: Fidelis deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſsitis ſuſtinere, quare hîc dicit ſe plagis ſupra modum affici? Profectò, quia multa ſuſtinuit ſupra modum humanum, & ſupra virtutem humanę fragilitatis, vti quum Lyſtris extra ciuitatẽ lapidatus pro mortuo relictus eſt, ſed non ſupra virtutem diuinam, ideoq́ue potuit ea ſuſtinere & ſuperare. Virtus enim omnipotentis dei, ſufferendi fortitudinem inuictam Paulo ſuppeditabat, ſicut ipſe ait: Omnia poſſum in eo qui me cõ fortat. Non autem ego, ſed gratia dei mecum, Sequitur: *1. Co. 10.* *Actu. 4* *Philip. 4*

*In mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.*

¶Non ſolum voluntate demoritur Paulus, ſed ſæpenumero periculis indubiè mortem afferentibus deſtinatur, vt meritò pro ſe illud aſſumpſerit. Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Nam à Iudæis, inquit, quinquies quadragenas vna minus accepi, ſcilicet plagas. *Pſal.*

¶Sed quare vna minus? Ad hoc dicitur, quòd pręceptum eſt in lege, vt quum delinquentem iudices verberarent, ita modum temperarent vindictæ, vt numerum quadragenarium plagæ non excederent, ne fœdè laceratus coram eis frater abiret. Quod ergo per quinque vices illatum ſibi eſt, hic ſummatim tangit Apoſt. Nam quinquies flagellatus à Iudæis, plagas trigintanouem ſecũdum legem Moyſi, quaſi hoſtis & tranſgreſſor legis, accepit. Et quãuis *Vna minus.* *Deut. 25.*

circa

circa cæteros delinquentes de dicto plagarũ numero p
tem bonam detrahere ſolerét,hanc tamẽ ſuam indul
tiam Apoſtolo,quem impenſè odiebant,negauerũt,q
minus poterant dictum numerum diminuentes.Sequ

*Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum,ter naufragiũ*
*ci.Nocte & die in profundo maris fui.*

¶Ter,inquit, virgis cæſus ſum. Hoc à Gentibus pa
eſt.A Iudæis verò ſemel lapidatus ſum, inquit, & hoc
Lyſtris ciuitate Lycaoniæ, vt dictum eſt, ſicut Lucas co
*Act.14.* memorat.Nec tamen vniuerſa quæ paſſus eſt Paulus,
cas cõſcripſit,plęraque enim hoc loco enumerata diſ
mina ille omiſit,quia non ad oſtentionem ſcribendi la
rem Lucas inſumpſit.

¶Ter, inquit naufragium feci. Nocte & die in profu
maris fui. Sed quid hoc ad euãgeliũ,ſi naufragiũ fece
Quia euangelii diuulgandi gratia lõgius ſæpe mari
*Diẽ &* iter nauigãdo emenſus naufragus fuit. Diem verò &
*noctẽ Pau* ctem in profundo ſubnatans egit. Licet quidam dica
*lus ſub a-* poſtolum non fuiſſe in mare demerſum,ibiq́ue in pro
*quis viuꝰ* do aquarum negent nocte ac die fuiſſe,tenenda eſt c
*egit.* ſanctorũ patrum traditio, quia in veritate caſu prola
eſt in profundo maris, vbi circũſeptus fluctibus die ſ
ac nocte fuit,pòſt deo gubernãte liber ad terram e
*Exo.14.* ¶Nunquid ergo ipſe qui in exitu filiorum Iſraël de Æ
*Ioſue.3.* gypto mare diuiſit, & poſtea Iordanem & torrentem
*Num.21.* non,qui etiam ſeruauit Ionam in ventre ceti,& petr
*Ionæ.1.* re calcabile præbuit,non potuit etiã militem ſuum,
*Mat.14.* giumq́ue prædicatorem Paulum in profundo maris
re,vt neque à circumpoſitis præfocari aquis,neque b
luis marinis deuorari potuerit?Potuit vtique,& fecit
*Paulũ &* nique non eſt magis mirandum, Paulum nocte & d
*Petrũ in* profundo maris illæſum, ſeruatumq́ue diuinitus f
*aquis peri* quàm Petrum ſuper vndas maris non infuſis amb
*clitatos.* veſtigiis.Vtrobique laudanda eſt dei bonitas,& ipſi
*Paulus* ra potentia veneranda.
*quorum* ¶Porrò in Paulo,qui è profundo maris emergens ſ
*geſſerit* euaſit domino protegente,hi ſignificantur,qui de p
*typum.* do perturbationum & periculorũ huius ſeculi à do
quotidie liberantur,&ad littus æternæ ſecuritatis

mes pducũtur,quòd inter huiꝰ ſeculi fluctꝰ cõſtituti, nec in fide veritatis,nec in ſpe miſericordię dei dubitauerint.

*Quos figurarit Petrus.*

¶In Petro verò, quia primùm ſicco veſtigio mare calcauit,ſed dubitare quũ cœpiſſet,mox cœpit & mergi,Domino auté illi manum porrigente,è fluctibus ſaluatus & ad terrá perductus eſt,ipſe ſibimet futurorum fuit figura.Dubitabat enim quãdo negabat. *Luc.22.* Vidit enim ventum validũ venientem,id eſt,Iudæorum immanem ferocitatem,& timuit. Et quum per negationis culpam cœpiſſet mergi vt periret,diuinę gratię reſpectu cõfeſtim reſipuit,& egreſſꝰ foras à conuentu malignãtium fleuit amarè, & rurſus ad fidei conſtantiam releuatus eſt.

¶Proinde in Petro & hi deſignari videntur, qui abſente procella tentationis incedunt ſecuri,illa verò intonante *Ibidem.* puſillo effecti animo,deficientes clamant:Domine ſaluũ me fac.Et iterum:Domine ſalua nos perimus. Tum denique dei gratia ſubleuantur,ne prorſus excidant à ſpe ſalutis,& à procellis tentationum ſuperẽtur,& ad terram viuẽtium diuino munere perducuntur.

*Quæ mala Paulus ſpõtaneus pro Chriſto aſſumpſit*

¶Secundò memorat Apoſtolus labores & mala voluntariè pro Chriſti nomine aſſumpta dicens:

*In itineribus ſæpe,periculis fluminum,periculis latronum,periculis ex genere,periculis ex gentibus,periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine,periculis in mari,periculis in falſis fratribus.*

¶Aduertere eſt vel hoc loco, quanta pro Chriſti nomine pericula adiuit. In itineribus, inquit, ſæpe: nec dubium quin euangelii prædicandi gratia.Periculis fluminũ, quę tempore hyemis vel pluuiarum, vel reſolutionis niuium ſuas ripas tranſcenderant,& periculis obnoxium iter reddidere viantibus:Flumina quippe Apoſt.frequenter traiicere cogebatur.

¶Periculis latronum,quos diabolus quum eum in ciuitate occidere non permitteretur,obiecit ei in via,quum tamẽ nihil ille ſecum ferret,quod larõnes cuperẽt auferre. Fieri etiã potuit vt Iudęi vel pſeudo apoſtoli immitterẽt ei latrones, vt quum ipſi illum publicè interficere nõ auderent,à conductis per eos latronibus interimeretur.

¶Periculis ex genere.Sepe enim fuit in periculo à Iudæis fratribus

ſratribus ſuis ſcundum carnem,qui in illum ob hoc a-
rimo odio ferebãtur,quòd relicta lege ad Chriſti eu-
lium cum eorum grãdi iactura tranſierat.

¶Periculis ex Gentibus, qui volebant eum interfice-
quia illorũ idololatriam vbique terrarũ deſtruebat.M-
ſiquidem ob hæc à principibus & Gẽtium Philoſo-
paſſus eſt,quòd myſteria incarnationis filii dei,paſſi-
reſurrectionis,aſcẽſionis que in cœlum, & vnius ve-
cultum,idolorum culturam confutando conſtanter o-
bus Gẽtibus prædicabat. Vnde factum eſt,vt nec inte-
os,ſcilicet Iudæos,nec inter externos (Gẽtes ſcilice-
tus eſſet.

¶Periculis in ciuitate,ex commotione ciuium con-
Act.27. ſũ. Periculis in ſolitudine,videlicet,vel à feris, vel-
pẽtibus, vel inopia neceſſarii commeatus. Fieri pot-
illũ diabolus, nõ ſolùm per homines malos, ſed eti-
ferociſſimas beſtias cõtra eũ in ſolitudine excitata-
ſequeretur, ne huiuſcemodi ferocium occurſu terri-
auderet de loco ad locum tranſire.

¶Periculis in mari licet nõ à mari,ſed à piratis,vt di-
ſum ſit à ſuperiori, vbi ait: Ter naufragium feci,no-
die in profundo maris fui. Erat enim conſilium mili-
vt omnes vincti qui in naui erant,occiderẽtur,inter q-
vinctus erat & Paulus. Sed Cẽturio hoc fieri prohibu-
lens ſeruare Paulum.

¶Periculis in falſis fratribus. Et id quidem eſt te-
Pſal. nis genus quod dolore afficit acerbiori,quandoqui-
fratribus & nomine ſimulatis & fictis parantur inſi-
quidem & Dauid deplorat,quum dicit: Si inimicus
maledixiſſet mihi,ſuſtinuiſſem vtique. Sequitur: Tu
homo vnanimis,&c. Et iterum: Homo pacis meæ i-
ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſup-
ſupplantationem. Sequitur:

*In labore & ærumna,in vigiliis multis,in fame & ſiti,i-
niis multis,in frigore & nuditate.*

*Paulus p-batus mi-niſter Chriſti* ¶In his omnibus,inquit, probat⁹ ſum eſſe miniſter C-
ſti. Laborabat enim operando manibus ſuis, vt hi-
penſas accipiẽs,non grauaret eos quibus prædicab-
gilabat frequenter,& noctes ducebat inſomnes,q-

vel laborás, vel docens, vel orans. Non enim ſatis ei erat, quæ forinſecus moleſta inferebantur, pro Chriſti nomine perferre, niſi & ipſe ſe ſponte laboribus & ęrumnis & vigiliis maceraret, cuſtodiens propter aliorum exemplum vias duras. AErumna, laſsitudinē & miſeriam ſignificat, vt non putes eū ex labore delicias ſperaſſe. Vigilabat, inquā poſt diurnos labores, ex cauſis iam dictis. Nonnunquam verò perſequutionibꝰ inſectatus neceſsitate vigilabat noctes totas, quòd quieſcendi ſpaciū non daretur. Curis rurſum & anguſtiis prementibus fugiebat frequenter ſomnꝰ ab oculis eius. In fame & ſiti, inquit.

¶Tanta perpeſſus orbis terrarum doctor, nondum erat vel neceſſarij victus copiam aſſequutus & veſtiū, ſed nudus affligtabatur, & decertabat famelicus. Iudæis ſiquidē inſectantibus, ipſe de loco ad locum tranſire coactus, neceſſario ſępe victu fraudatus eſt. Ieiunia proinde multa ſuſtinuit, quædam volens, cętera coactus. Ad rigidi frigoris depulſionem memorat ipſum Lucas propriis manibꝰ ſarmenta collegiſſe è quibus vipera à calore ignis procedens, ipſius manum inuaſit. *Act. 28*

¶Verùm tot rebus aduerſis enumeratis, numerum tamē eorum nullum expreſsit, quos conuerterat ad Chriſtum. Quod eo fecit, tum vt humilitatem ſeruaret, tum vt commonefaceret, vel ſi aliud nihil inſudandi pro Chriſto pręmij obueniret, ſat tamē id fore mercedis. Proinde omnia mala hæc quę ſe perpeſſum dicit Apoſtolus, ſiue illa, aut voluntariè ab eo aſſumpta fuerunt, ſiue ab aliis illata, extrinſeca & in corpore ſuo fuerunt. De malis verò ſeu rebus moleſtis ob Chriſti amorem in ſpiritu, vel perpeſsis, vel ſponte aſſumptis, conſequenter ſubdit, dicens:

*Quæ mala interiꝰ vel aſſumpſit, vel paſſus eſt propter Chriſtū.*

*Præter illa quæ extrinſecus ſunt. Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium eccleſiarum.*

¶Præter ea, inquit, mala quæ extrinſecus ſunt, id eſt, quæ corpus afficiunt, quę iam memoraui, alia adhuc multa ſuperſunt, & quidem me vehementer afficiētia, vtpote, inſtātia mea quotidiana, id eſt, aſsidua mea ſedulitas & diligentia, quæ non habet intermiſsionem, ſollicitudo ſcilicet omnium eccleſiarum, quæ ſollicitudo ex camino charitatis indubiè procedit, quæ charitas quantò maior eſt, tantò

*Pauli ſollicitudo pro omnibus eccleſiis.*

tātò & acriores plagæ de peccatis & malis alienis. I
nè eſt omnium maximũ. Nam & ſi ei qui vel domus
curam ſuſceperit, (ei⁹ præſertim qui ſeruos habet m
& diſpenſatores multos) vix datur reſpirandi facu
quidnam pati exiſtimandum eſt animulam vnam cu
periculis orbi terrarum proſpiciētem, certātémque
animarum ſalute? Talis profectò erat Apoſtoli ſolli
do, qualis paterna ſolet eſſe ſiue materna, tanta &
vt dicat:

*Quis infirmatur & ego non infirmor? Qui ſcandaliza ego non vror.*

*Quantus Pauli zelus fuerit.*

¶De omnibus fidelibus & ſingulis ſiue egregius ſi
præpotens, ſiue vilis & tenuis, quis infirmatur vel i
vel in moribus, animæ ſcilicet, vel etiam corpori
bo? Non dixit: ego triſtitię illius particeps ſum, ſed n
liter me habeo, quàm ſi ipſe ægreſcerē: aut quę ille
ego in memetipſo ſentirē. Propter nimiā certè dil
nem intantum cōpatiebatur infirmis, vt etiam ipſe
retur infirmari, illorum infirmitatem ſuā eſſe exiſti
Qui & rurſum inquit:

¶Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Doloris e
magnitudinem, quum dicit, vror. Quaſi dicat: Vror
& ardeo, quum ſpecto quempiam (& ſi abiectiori ſi
tunę) offendi, incredibili ob hoc dolore conficior.
autem ſcandalum illud ſignificet, Propheta nobi
facit, quum dicit: Dum ſuperbit impius, incendi
per. Hoc eſt: Perturbatur animo pauper, conſpicien
gnos & opibus abundare, & efferri honoribus. Si
dixerat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? ſic
inquit: Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Scand
tur, inquam, id eſt, ſpirituale detrimentum patitur,
batur, affligitur, peruertitur, aut corrumpitur, vel
hominibus ſeducitur, & ego hęc eadem me detrim
memetipſo ſentire non arbitror? Haud dubiè in
nibus vror & crucior, non ſecus ac ille qui ea pa
ſeipſo. Quum ergo res moleſtas ſeu mala, & pro
nomine ab aliis perpeſſa, & etiam ſponte aſſumpta
raſſet, mox quaſi ex dictis concludens ſubdit:

*Pſal.*

*Scandalizari quis dicitur.*

*Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, glori*

¶Et non de carnis origine, vel generis nobilitate, ſicut pſeudo apoſtoli gloriantur, ſed de his gloriabor quæ infir mitatis meæ ſunt. Infirmitaté, perſequutiones ſuas appel lat. Siquidé infame & flagris & naufragio tolerandis, hominis probatur imbecillitas. Nullum auté hoc loco Apoſtolus ſignorum facit mentionem, quia dei munere ſingu lari, non humana virtute hæc edebantur. Aduerſa autem hæc dei nutu patiebatur, in quibus ferendi ſummam tolerantiá exhibebat. Dixerat enim de illo domin⁹: Ego oſtendam illi quanta eum oporteat pro nomine meo pati. *Quare ſignorum nullã fecit mentionem.* *Act. 9.*

¶Proinde quum dicit: Si gloriari oportet, vtique innuit, quòd gloriari illũ oportebat & ſuas numerare paſsiones non pro ſe, vt videlicet hinc ſibi aliquid accreſceret ante deum, ſed pro illorum ſalute quos volebat à falſis apoſto lis ad ſe reuocare, & vt ſe aliis præberet imitabılé. Si, inquit, gloriari volunt hi, qui ſeducũt & ſeparant à me mihi detrahendo, in his rebus glorientur, in quibus & ego glo rior, licet inuitus & coactus. Verùm in his & ſimilibus illi gloriari non poſſunt, ſed de nobilitate generis Abrahæ, de qua ego nolo gloriari, quanquam ex eodem genere & ipſe originem ducam.

¶Sed quum dicat Salomon: Laudet te alienus, & non os tuum, quare ſancti bona ſua interdum narraſſe, & ſe commendaſſe reperiuntur? Verbi gratia: Beatus Iob de ſe loquens, ait: Pes fui claudo, & oculus cæco, pater eram pauperum. Et iterum: Foris non manſit peregrinus, oſtiũ meũ viatori patuit. Et multa in hunc modum. Reſpondetur, quòd ſancti bona opera ſua leguntur laudabiliter commemoraſſe, vel propter famæ conſeruationem, vel propter ſpei corroborationem, vel propter gloriá dei, & proximorum ædificationem. *Prou. 27* *Iob. 29.* *Iob. 31.*

¶Propter primum laudauit ſemetipſum Samuel coram cœtu filiorum Iſrael, quum iá annis multis iudicaſſet populum & ſenuiſſet, dicens: Conuerſatus ſum coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hác diem, ecce preſto ſum. Loquimini de me coram domino, & coram Chriſto eius, id eſt, Saul rege, vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum. Si quempiam calumniatus ſum, aut oppreſsi aliquẽ, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, *Propter famæ cõſeruationem.* *Samuel. 1. Reg. 12*

hodie reſtituámque vobis. Teſtis enim mihi eſt domi
quòd non inuenietis in manu mea quicquam mali.
¶Hæc dixit Samuel coram populo, & coram Saul rege
uo, propter nominis boni & famæ tuitionem, præſe
etiam filiis ſuis, qui iam à paternis cœperant moribu
clinare ad illorum & regis correctionem. Itaque q
propter obtrectantium maledicentiam, vir quiſpiā
aduertit, famam ſuam periclitari (quum illa ſit cuique
ceſſaria, dicente ſcriptura: Curam habe de bono nom
*Eccle. 41* poteſt vtique propter ipſius tuitionem à ſe bene ge
tra culpam commemorare.
¶Propter ſecundum, id eſt, ſpei corroborationem la
*Propter ſpei ſubleuationē.* uit ſemetipſum, & bene actam vitam ſuam Ezechia
Iuda. Is enim quum ægrotaret vſque ad mortē, & a
Eſaiæ prophetę audiſſet dominum dicentem ſibi: D
*Eſa. 38.* ne domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, conue
ciem ſuam ad parietem, & fleuit. Atque vt ſpem, q
tunc maximè erat neceſſaria, in ſemetipſo cōfirma
ne actam ſuperiorem ætatem ad memoriā reuoca
cens: Obſecro domine, memēto quomodo ambula
coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bo
eſt in oculis tuis fecerim, & fleuit fletu magno. Dic
eſt ei per Prophetam à domino: Audiui orationem
vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te. Die tertio a
in templum domini, & addam diebus tuis quindeci
nos. Non ergo bona ſua commemorando Ezechia
diſplicuit, qui deprecando & ſperando vitæ ſuæ pro
tionem à deo promeruit. Hinc liquidò patet, quòd
anguſtiis animi magis eſt coarctatꝰ, ne ſpes omni
ſerat, bene à ſe geſta poteſt ad memoriā reuocare,
ſic ſpes eiꝰ corroboretur. Propter hoc enim pietate
& opera bona B. Iob ad memoriam reuocaſſe ſupe
moratur.
*Propter dei gloriā & proximorū ædificationem.* ¶Propter tertium, id eſt dei gloriam, & proximor
dificationem, hoc loco ſe commendauit Apoſtolus
ſtenſum eſt. Ad hęc quoniam ſuo candori pſeudo a
li detrahebant, ad nominis & famæ ſuę defenſione
hoc compulſus fuit. Dum autem proprias virtute
viri prędicant, non idcirco hoc faciunt, vt ipſi ap

mines ſui oſtenſione glorientur, ſed vt cæteros exemplo ſui inuitent & trahant ad ſalutẽ. Nam ſicut exemplis malis & rumore ſiniſtro plurimi corrumpuntur, ita & exemplis bonis, & famæ bonæ odore ſaluifico multi plerunque reſipiſcunt. Nunquam autem perfecti viri bona ſua retegunt, niſi eos aut proximorum vtilitas aut grandis aliqua neceſsitas cogat, quali s illa erat, quæ ad hoc faciẽdũ impellebat Apoſtolum. Vnde ipſe ait: Si gloriari oportet, ac reuera (vt dictum eſt) oportebat. Itaque ſi gloriandum eſt Chriſtiano in his quæ infirmitatis & humilitatis ſuę ſunt, Apoſtoli exemplo glorietur. Sequitur:

*Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quod non mentior.*

¶Poſtquã in ſuperiorib⁹ enarrauit mala quæ pertulit pro Chriſti amore, cõſequenter memorat mala ſeu pericula quę euaſit iureiurãdo quę dicturus eſt vera eſſe cõfirmãs ¶Sed quum nuſquam ea quæ ſuperius aſſeruit iureiurando cõfirmaſſet, cur hæc quę ſequuntur certiora reddidit, & fide obfirmauit? Vtiq; ꝙ antiquiora ſunt hæc & magis obſcura, quum cætera eſſent his non ignota, quemadmodum & curam pro illis ſuſcepiſſet, & huiuſmodi reliqua. Dicturus enim erat rem penè incredibilem, quòd ſcilicet Iudæi principes gentium cõcitaſſent, quòd aduerſus eum regna terrarum ſurrexerunt, nihilque ei nocuerũt. Deum teſtẽ inuocat, vt ei credatur. Ideo autẽ talia cõmemorat, vt oſtendat quantum diſtet inter veros apoſtolos, qui tanta pro dei amore ſuſtinebant, ſalutem quærẽtes aliorũm & pſeudo apoſtolos, qui non ea quę aliorũ, ſed ſua quęrẽtes, auditores ſuos expilabant. Sequitur:

*Damaſci præpoſitus gentis Arethæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehenderent.*

*Hic memorat quæ mala & pericula euaſit.*

¶Attende quale bellum, quandoquidẽ Pauli gratia excubaret Damaſci præpoſitus, & ciuitatẽ diſpoſitis cuſtodiis cõmuniret. Neq; enim hoc feciſſet gẽtis huiuſce pręſes, niſi Pauli zelus omnia incendiſſet. Aretha ſocer erat Herodis Antipæ, & acta ſunt hæc in initio cõuerſionis apoſtoli, poſtquam videlicet fœliciter proſtratus à domino & excæcatus, à ſuis perductus eſt Damaſcum, vbi mãſit tribus diebus nõ videns, & non manducauit neque bibit, &

mox poſtea baptizatus recepto lumine oculorum,& ſ ritu ſancto repletus, ingreſſus Iudæorum ſynagoga p dicabat Ieſum,affirmãs quoniam hic eſt Chriſtus.Q audientes Iudæi,ſuccenſi ſunt zelo in Paulum , & qu bant eum interficere. Quod quum per ſemetipſos fa non auderent,præſidem interpellabant,vt per eum cupiebant,explerent.Qui volens placere Iudæis,iuſ uitatem vndique cuſtodiri,vt nullo modo viuus effug valeret Paulus.Qui tamen deo ſe protegente,fratru xilio euaſit.Vnde ſubdit:

*Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum,& ſ fugi manus eius.*

*Nõ vltro ſe offerendũ eſſe tentationib⁹.* ¶Euaſit quidem, vt domini legem adimpleret,qui e de loco ad locum ſępe migrabat.Nõ enim par eſt, ipſos vltro tentationibus offeramus, quæ vbi defug poſſunt,dei opus eſt adiumento,ab eóque & expet expectanda eſt liberatio. Quum verò tentatio non vehemẽs nobis infertur,aliquid erit, vel noſtra ind excogitandum vt euadamus, quemadmodum Paulu cit, qui reſtis præſidio fugę remedium adinuenit.

*Act.21.* ¶Et quáuis mortem pro Chriſto ſubire paratus eſſe hilominus conuertendarum ad Chriſtum gentium retentus ardore,ſeſe ad prædicãdum ſeruabat.Non inquit,alligari in Hieruſalem pro nomine Ieſu,ſed & ri paratus ſum.Non ergo fugit,quaſi martyrium ho ſed maluit campum certaminis quærere,& gentium re latitudinẽ , quàm intra ciuitatis clauſtra teneri di,vbi non niſi pauci tum erant credentes,qui eius rio confirmarentur . Porrò curſu ſuo tandem com *Actu.9* quum iam portaſſet nomen domini Ieſu coram gẽ regib⁹ & filiis Iſrael,poſt egregios de antiquo hom neris hoſte trophæos, tandem in vrbe Roma de N triumphans,martyrium conſtanter accepit.

¶At verò Damaſcenorum tunc inſidias fugiens, d *Mat.10. E periculo qui poteſt ſeipſũ eripiat.* præceptum impleuit, quo dicit: Quum vos perſeq in vna ciuitate, fugite in aliam.Seruauit autem aliud exemplum martyrii,vt dictum eſt,& prædic ſuæ credituris populis vtilitatem.Nec tamen ob quam videatur Apoſtolus minus in domino fuiſſe

quòd fuga ſalutem quęſierit, quum vtique potuiſſet illum deus protegere manentem in ciuitate, quia nemo deũ tẽtare debet, experiri volendo, num deus ipſum ſaluare velit, quum habeat ipſe quo poſsit effugere.

¶Nemo enim periculis circunſeptus, humanũ conſilium, vel auxilium quo ſalutem cõſequi poſsit debet cõtemnere, ne deum tentare videatur, ſed faciat pro ſui conſeruatione quod poteſt, reliquum deo fiducialiter committat. Nec hic obſtat, ꝙ de mercennario dicitur: Mercennarius autẽ fugit, quia mercẽnarius eſt, quia perſequutionis tempore nonnunquam quæritur perſona paſtoris tãtùm, quo caſu cura gregis alteri cõmittatur, ipſe verò det locũ iræ, præſertim quum illius vita vtilior eſt, vel in futurum erit gregi, quàm exemplum ſui martyrii. Hinc Paulus Iudæos & Helias Iſabelem fugerunt. Ad maiora nempe ſeruãdi erãt. Vnde & ipſe Chriſtus dominus paruulus adhuc à facie Herodis fugit in AEgyptũ, ſuo nos erudiẽs exemplo. *Ioan. 10.* *Quando fugiendũ eſt paſtori quãdonõ* *3. Re. 10.* *Mat. 2.*

¶Quum ergo in paſtorum duntaxat perſonas perſequutio excitatur, faciant ſecũdum ſuprà memoratum Chriſti præceptum, dicẽtis: Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Quum verò tam grex quàm paſtor quęritur, tum vel pariter viuant, vel pariter ferant quod eos ſumm⁹ paterfamilias volet pati. Quiſquis in hoc caſu deſerto grege fugit, is vtique non paſtor, ſed mercennarius cenſetur. Videns enim lupum venientem, id eſt perſequutorem, dimittit oues, & fugit. Paulus itaque dum ſua duntaxat quęreretur perſona, fidelium ſaluti cõſulẽs ſemetipſum fuga illa in futurum ſeruando longe plus gregi præſtitit fugiendo, quàm præſtitiſſet morti ſe offerendo. *Mat. 19.* *Ioan. 10.*

## HOMILIA SECVNDA.

*Si gloriari oportet, non expedit quidem: veniam autem ad viſiones & reuelationes domini.* *2. Cor. 12.*

¶Quum in præcedentibus probaſſet ſe Paulus verum Chriſti Apoſtolũ per mala pro illi⁹ amore perpeſſa, in cõſequẽtibus idem probat per cœleſtia dona diuinitus accepta, dicẽs: Si gloriari oportet. A quo loco vſque ad finem lectionis duo facit. Primò, cõmemorat gratię ſingularis ſublime ſibi collatũ donum. Secundò, patefacit adhibitũ ſibi à deo elationis remediũ. Ibi: Et ne magnitudo.

¶Circa primũ dicit: Si gloriari oportet. Ac ſi dicat: ſi
gloriari oportet, & meipſum prædicare, ad hoc cent
pter pſeudo apoſtolos, & veſtram ſalutē deſcendo. N
ter gloriari non expedit, quod eò dixit, vt nos caſtig
cõmonefaciat, vt eiuſmodi qualia dicturus eſt dei a
nobis credita, & reliqua in nos dei dona, ſilentio pr
mus. Quoniam autē dictis rationibus oportet glori
niam, inquit, narrãdo, nõ iam ad ea quæ infirmitatis
ſunt, qualia ſunt præcedētia, de quibus dictũ eſt, ſed
ſiones & reuelationes domini. Et ideo quum multa
rim de laboribus & infirmitatibus meis, nunc veni
cœleſtia & diuina ſecreta quę vidi, & plenè intelle
tamen & ſi plura viſionũ & reuelationũ genera iam
cõſequutus, vnã dũtaxat, & hãc quidē inuitus reuel
quam iam annis quatuordecim celauerat, commen
¶Quoniam autē & viſiones & reuelationes dicit
*Inter viſionem & reuelationem differentia.*
tendum eſt intereſſe inter viſionē & reuelationem
nempe dicitur ſiue corporis, ſiue imaginaria, qui
qua vel in vigilia, vel in ſomno videntur, quorũ o
eſt intellectus. Reuelatio verò eſt, quando taliũ ap
intellectus. Et reperiũtur interdum hæc duo ſepa
Exempli gratia: Balthaſar rex babylonis quum vid
*Dani. 2.*
ticulum manus deſcribētem in pariete cõtra cãde
viſionem tantùm habebat, non reuelationem. Ne
enim quidnam portenderet quod videbat. Et quide
*Gen. 41.*
viſio corporalis erat. Verùm Pharao rex Ægypt
videlicet ſomniãs ſeptem ſpicas plenas, & poſt ſe
as ſpicas tenues & percuſſas vredine, ſimiliter &
boues, imaginariã habebat viſionem. Verùm hæ
*Daniel & Ioſeph reuelationē tantùm habuerũt*
viſiones, nõ reuelationes erãt. At verò Daniel & I
qui intellexerunt quę dictæ portenderent viſione
non ipſi, ſed illi reges viderant, reuelationes tant
runt, non viſiones. Quum autem Daniel quatuor
vi leret aſcendentes de mari, & viſionis ſignifica
*Dan. 7.*
telligeret, viſionem pariter & reuelationem habu
*Viſionũ tria genera.*
¶Rurſus aduerte tria eſſe genera viſionum. Eſt e
ſio corporalis, qua videmus cœlũ & terram, & ca
iuſcemodi viſibilia & corporea. Et hoc genus viſi
mune nobiſcum habent animantia muta.

¶Alia eſt viſio ſpiritualis, quum videlicet imagines corũ quæ vidim⁹, imaginaliter cernimus, inſuper & ſomnia & ædificia & homines quos dudũ vidimus corporaliter, ſpiritali viſione videmus in anima, quaſi illa nobis pręſentia ſint. Hæret (inquit poëta) infixi pectore vultus, verbáque. Quanuis enim corporaliter viſa lõgè diſtẽt à nobis, quia tamen in memoria noſtra reconditę ſunt eorum ſpecies, quum illorum reminiſcimur, ſpirituali viſione quaſi corã poſita conſpicimus. Verbi gratia: Brugis conſiſtens ita Romam quam dudum vidi, mente cõſpicio, quaſi corãm ſita ſit. Et hęc duo viſionũ genera (vt dictũ eſt) cõmunia ſunt & nobis & pecoribus & auibus. Vident enim viſu corporeo, & eorum quę viderunt reminiſcuntur. Rerum quippe quas viderunt imagines impreſſas memorię retinent. Hinc eſt enim ꝙ pręſepia ſua pecora recognoſcũt, & aues ad nidos veteres remeãt. Niſi enim partẽ viſionis ſpiritalis. ſ. memoriam haberent (quę nimirũ in anima, non autẽ in exterioribus ſenſibus conſtat) nequaquam aues à nidis ſuis recedentes eorũ recordarentur, nec eos repeterent, neque pecora pręſepia ſua recognoſcerent. *Virgili⁹.* *Viſionẽ corporalẽ & imaginariã etiam mutis animantibus ineſſe.*

¶Eſt & tertiũ genus viſionis, viſio ſcilicet intellectualis, ad quam nequaquã pertingunt animalia bruta, ſed hominũ dũtaxat hoc eſt intellectu vigẽtium, & angelorũ. Quæ tamen nõ eſt æqualiter in omnibus, quia non ęqualiter in omnibus ratio viget & intellectus. Palàm eſt enim vnum hominẽ multò plus alio intellectu vigere. Porrò intellectu diſcernimus, quid interſit inter corp⁹ & corporis ſimilitudinẽ. Iudicat enim intellect⁹ hoc eſſe corpus, illud verò non corpus, ſed corporis ſimilitudinẽ, ſeu imaginẽ vel phantaſma. Hac autem intellectuali viſione videtur, iuſtitia, charitas, pax, ſapiẽtia, bonitas, ęternitas, veritas, & ipſe de⁹. Pecora verò, quia nec ſeipſa intelligũt, nec ea quæ cernũt, ad hoc viſionis genus nullatenus aſſurgũt: Veniã, inquit, ad viſiones & reuelationes domini. Sequitur: *Viſio intellectualis.*

*Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit, raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum.*

¶Non omnium meminit reuelationũ. Nam cũ plurimę eſſent, moleſtior foret in his omnibus enarrãdis. Nec tamẽ

vniuerſas ſilẽtio tegit,ſed cæteris omiſsis de ſola & vi
diſſerit,vt oſtendat etiam hanc non ſpõte ſe explica
¶In Chriſto antè adiecit,ne fortè obiiciãt falſi apoſto
morem Simonis Magi Paulũ à dæmonibus fuiſſe a
& ſublatũ in aëra. Ideóq; venire ſe dicit ad viſiones
uelationes domini, nõ autem ad illuſiones diaboli,
nonnulli interdum pro diuinis reuelationibus recip
¶Vſitatum eſt ſcriptoribus, qui nobis ſacras literas m
*Exod. 3.* ſtrãt,quũ in hiſtoria ſui meminiſſe cogũtur, vt de ſe
de aliquo alio loquãtur.Vnde& de ſeipſo Moyſes ſc
*Iob.1.* Moyſes autẽ paſcebat oues Ietro cognati ſui.Et bea
*Matt.9.* de ſeipſo ſcribẽs, dicit: Vir erat in terra Hus nomine
Et B.Matthæus de ſe loquens: Vidit,inquit,Ieſus ho
Matthæum nomine,ſedentẽ in telonio.Nõ ait:Vidi
*Rapt⁹ apoſtoli,in tertium cœlum.* quippe geſtarum rerum ſcriptor,non autem ſuiipſi
dicator.Ipſum & Apoſtolus hoc loco facit,quũ de ſe
de alio dicit:Scio hominẽ in Chriſto ante annos qu
decim raptum , vt hinc liquidò intilligas neceſsita
pulſum reuelationem propalare , quam iam annis
ordecim vt dictum eſt, in cordis arcano celaſſet.
¶Sed qualem & quanti meriti exiſtimare iã debem
poſtolum pro Chriſti nomine tãdiu periclitatum,
ante annos quatuordecim tanta re fuerit à deo dig
vt vſque ad tertium cœlum, vel extunc raperetur.
¶Siue in corpore, inquit, ſiue extra corpus. Vides
modeſtè id dicat,vt fugiat iactantiã.Neſcire,népe
*Gene. 1.* tur ſiue in corpore,ſiue extra corpus, quod raptũ e
*Primum cœlum* rit.Tertiũ autẽ cœlũ dicit,quod à principio ſimul c
conditũ fuit,de quo legis:In principio creauit deu
*Secundũ cœlum.* & terrã.Nã primum cœlum ſacræ literę aerem di
dę & volucres cœli & ros cœli appellantur.Secũ
cœlũ,firmamentũ,ſiue cœlũ ſydereũ vocant,vbi ſu
dicuntur duodecim ſigna.Itẽ ſeptẽ planetæ,ſiue ſte
*Tertium cœlum.* raticæ,& reliquarum innumera multitudo ſtellan
¶Supra iſtud ſecundum cœlum euectus eſt Apo
tertium cœlum,id eſt,ſummũ & intellectuale cœl
intellectuali viſione cernitur claritas,pax,gaudiu
*Rom. 11.* ganimitas,benignitas,bonitas,& cætera id genus,
appropinquatur deo, & vbi deus ipſe videtur,ex

per quem omnia, in quo omnia. Huc inquam, raptus eſt Apoſtol⁹, vbi non ſolùm ea quę in hoc ſpirituali cœlo ſunt conſpexit, ſed ipſam Dei ſubſtãtiam, verbumq́ue Dei per quod facta ſunt omnia in charitate ſpiritus ſancti, nõ per corpus, nõ per ſimilitudinẽ corporis, ſed ſicut eſt ipſa veritas, contemplatus eſt in hac vita, ſicuti vidẽdus eſt ab omnibus ſanctis in vita æterna & beata.

*Auguſt.*
*Paulũ & Moyſẽ in hac vita deum vidiſſe.*
*Exod. 33*
*Num. 12*

¶Huius rei aſſertor eſt beatus Auguſtinus, dicẽs, Moyſi & Apoſtolo Paulo in hac vita mortali æternam beatitudinem, id eſt, ipſam dei eſſẽtiã nudè fuiſſe reuelatã, quippe Iſraelitici populi doctori Moyſi, atque gentium prædicatori Paulo. Vnde ad Moyſen à domino dictum eſt: Ego oſtẽdam tibi omne bonum. Et ne id putes de promiſſa in futurum beatitudine dictũ, audi quid ad Aaron & Mariã qui Moyſi detraxerant, dixerit de illo dominus: Si quis, inquit, fuerit inter vos propheta domini, in viſione apparebo illi, vel per ſomnum loquar ad illum: At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſsimus eſt, ore enim ad os loquor ei: Palam enim, & non per ænigmata & figuras deum videt. De paulò verò ſatis patet per id quod ſuperius iam dixit. Vnde & rurſum ait:

*Et ſcio huiuſmodi hominem ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

*Luc. 23.*
*Gene. 2.*
*Paradiſ⁹ in quã raptus fuit Apoſtolus.*

¶A tertio cœlo, inquit, in paradiſum ſum raptus. Paradiſum (vt reor) dixit, quam dominus in cruce latroni pollicitus eſt, non illã in qua poſitus fuit Prothoplaſtus, ſed paradiſum cœleſtem. Paradiſus quippe, hortus deliciarum interpretatur, & ſignificat fœlicitatem & requiem beatorũ, in quã raptũ ſe fuiſſe dicit Apoſtolus, eo modo quo & in tertiũ cœlũ. Porrò tam euidens hæc viſio fuit & manifeſta, vt ipſe ſe fateatur neſcire vtrũ, quãdo raptus eſt, in corpore fuerit, quomodo eſt anima in corpore, quum viuere corp⁹ dicitur, ſiue vigilãtis, ſiue dormientis, ſiue in extaſi à ſenſibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit, vt corpus relictũ exanime iaceret, donec peracta illa dormitatione mẽbris mortuis rurſum anima redderetur, & nõ quaſi dormiẽs euigilaret, aut extaſi alienatus denuò rediret in ſenſus, ſed omnino mortuus reuiuiſceret. Vnde

*Siue ĩ corpore, ſiue extra corpus.*

nec nobis aliquatenus eſt quærendum, quum ſe Apoſ
ipſe fateatur id neſcire, ſed acquieſcendum eſt conſu
& dicenti: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſc
*Eccl. 3.* tus fueris: ſed quæ præcepit tibi deus, hæc cogita ſe
¶ Sed difficultas ſuboritur, qui fieri poſsit, vt ab ho
mortali deitas conſpiciatur, quum Moyſi itidem po
à domino dictum ſit: Non videbit me homo & viue
*Nũ dei-* Ioannes apoſtolus dicat: Deum nemo vidit vnquam
*tas à mor* licet in hac mortali vita conſiſtens. Ad quod dicitur,
*tali homi* poteſt fieri vt humana mẽs diuinitus ex hac vita rap
*ne poſſit* ad angelicam vitam, prius quàm per communem m
*conſpici.* carne ſoluatur, ſicut credendum eſt B. Paulo contigi
*Exod. 33* ſcilicet, diuina virtute facta fuerit in eo ab huius vit
*1. Ioan. 4* ſibus quædam intentionis auerſio, vt fieri ſolet in v
mentiori extaſi, vbi homo viuẽs omnino ſe neſcit vi
Bene ergo ait: Non videbit me homo & viuet. Quia
rum impoſsibile eſt vt homo iam actu carnis ſenſib
tens, & in res ſenſibiles intendens, conſpiciat deum,
neceſſe eſt ab hac vita, id eſt, ab huius vitæ corpora
perationibus & motibus ſentiendi, mente prorſus a
hi, quãdo in illius beatæ viſionis ineffabilitatẽ aſſu
¶ Quum ergo Apoſtolus ſic raperetur, omnis in eo
mortalis operatio ceſſabat. Vacat enim diuinis in
mens humana, & penitus torpet, quum homo fueri
arreptus, ita vt ab eo educi neceſſe ſit, & à corpo
modo quo dictum eſt efferri, & ipſius dei ductu om
perari. Aſſerit autẽ certiſsimè ſe ſcire (vt dictũ eſt)
aptus fuerit, neſcire autem ſe vtrum in corpore cu
ma, an extra corpus tempore illo fuerit, quo temp
ptus eſt in eam trãquillitatẽ qua fruuntur beati. Et
potuit vt id videret, quod corporeis ſenſibus impe
dere nunquã potuiſſet. Tũc enim, vt dictũ eſt, facta
eo ab huius vitæ ſenſibus quædam vehementiſsima
tionis auerſio. Et tunc audiuit arcana verba, quę no
homini loqui, agnitionem enim percepit de ineffa
uinitatis ſubſtãtia, quã per verba explicare homin
quaquam poſſet. Dixit quidem id quod poteſt hom
dici, & tenuit apud ſe recõditum, quòd minimè po
fari. Audiamus ergo nos interim, id ad quod poſſu
ti

tingere,& id credamus, ad quod aſſurgere non valemus. ¶Hinc patet eam Apocalypſim,id eſt, reuelationem,quæ vulgo Pauli dicitur,falſò fuiſſe hoc titulo prænotatã,quia narrari non poterant quæ ille vidit. Quamobrem dictus reuelationum liber,à patribus orthodoxis decreto reprobatur. Proinde ſi quis rerũ cupidus arcanarum Apoſtolo dicat:Precamur te Paule explica nobis eorum magnitudinẽ quæ vidiſti,nonne meritò hoc reſponderet? Nõ ſunt valde magna quæ vidi,ſi à me poſſunt explicari. Sed quia ſuper omne quod dici poteſt incomparabiliter grandia& magnifica ſunt, idcirco expedit ea venerãdo tegi ſilẽtio, quàm indigno ſermone temerari.

*Liber reuelatonũ Pauli apocryph° 15.d.c. Sancta Romana.*

¶Egit autem dominus cum Apoſtolo ad morem benigni & liberaliſsimi domini, qui ſeruo fideli in filium adoptãdo, ſed primùm in longinqua ac varia pericula probationis gratia deſtinãdo,theſaurorum ſuorum magnificentiã oſtendit quatenus illorum memor ſeruus, pariter & domini ſui erga ſe benignitatem aduertẽs, alacriori animo ad labores &pericula ſe accingat.Vnde ſcriptum eſt:Annunciat de ea (nimirũ fœlicitate ſempiterna) amico ſuo, quòd poſſeſsio eius ſit,& ad eam poſsit aſcendere.Porrò ne de ſe Apoſtolus glorioſè effari videretur, non ſui,ſed rei magnitudinem commendans,ſequutus adiungit:

*Simile* — *Iob. 36.*

*Pro huiuſmodi gloriabor,pro me autem nihil, niſi in infirmitatibus meis.*

¶Pro huiuſmodi,inquit,in me dei donis gloriabor,id eſt, lætabor & exultabo,non in me, videlicet quòd ſum Abrahæ progenies ſecũdum carnem, vel pro mea laude vel meritis,nihil inquam pro his gloriabor,quia nõ à me,ſed gratia dei ſum id quod ſum. Niſi in infirmitatibus meis. Nomine infirmitatum,vt dictũ eſt, perſequutiones & paſſiones qua pro Chriſti nomine pertulerat, expreſsit, in quibus ipſe gaudebat & gloriabatur.Ibant enim Apoſtoli gaudẽtes à cõſpectu cõcilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati. Poteſt autem homo de dei dono ſecurè gloriari & lætari,pro quãto ſe illud à deo habere recognoſcit. Hoc enim eſt in deo gloriari. Verũ ſi de dei dono gloriatur,quaſi illud non à deo,ſed à ſe habeat, vana eſt gloriatio. Quid habes,inquit,quod nõ accepiſti? ſi autem

*1. Cor.15.* — *Actu.5.* — *De dono dei quomodo gloriandum.* — *1.Cor.4.*

ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?
donis, inquit, mihi à deo collatis gloriabor. Vnde ſub

*Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens, veritatem enim dicam.*

¶Si voluero, inquit, gloriari de dicta reuelatione, vel de infirmitatibus meis, non ero inſipiens: veritatẽ enim pro veſtra vtilitate. Nec ero ꝑpter hoc inſipiẽs mẽtiens in morẽ, qui verè inſipiẽtes ſunt, nec etiã more illorum ſe iactãt & gloriãtur, quia non ſpõtaneè, ſed coactus, propter me, ſed ꝑpter vos, vt hęc de me proderẽ, deli

*Hic non agit inſipienter.* ¶Vnde patet, quòd ſi quis bonũ ſibi à deo conceſſum aliorum vtilitate patefacit cum humilitate, non agit inſipienter. Qui verò quod habet bonũ propter iactãtiam dicat, vel illud ſuis deputat meritis, vel quod nõ habet iactat habere, vtique inſipiens eſt. Verum quia cum ſo etate de acceptis à deo donis loquendum eſt, ideo ſi

*Parco autem ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt aut audit aliquid ex me.*

*Quare de ſe parcè loquitur apoſtolus.* ¶Poſſem, inquit, & de plurimis aliis gloriari, ſed par fero vix pauca, dicens: Ne quis exiſtimet me glorio niter ſupra id quod videt in mea conuerſatione, prædicatione mea audit. Multa enim & alia dei do labat Apoſto. nec manifeſtabat, niſi quantum ad de riam, & ſalutem fidelium nouerat expedire. Vel eti hanc fortaſſe cauſſam parcè de ſe loquitur Apoſt. tè ſi de ſe maiora referret, putarent eum homines pra id quod in eo videbant, vel ex eo audiebant, vel immortalem hominem, vel angelum. Et quum viderẽt infirmitatem hominis mortalis, pro illis non eſſe homo mortalis & fragilis putaretur.

*Actu. 14.* ¶Nam ſi tauros illi immolare ſacerdos ipſe Iouis, qui cultores idolorum, & pro deo eum colere ſtupore cõtenderant, quid horum ei deferre omiſiſſ & reuelationes quas habuit, & cætera omnia in ſe na edidiſſet? Parco, inquit, & parcè glorior, propter ctatores & pſeudoapoſtolos, ne me id dicant ad inanem gloriam facere, ſi abundantius de meipſo loquerer, dicturi me iactabũdum, & tumore ſuper cedere ſupra id quod videt quis in me, vel audit ex

¶Circa ſecundũ.ſ.adhibitũ ſibi ſuperbiæ remedium, dicit: *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphiſet.*

¶Ab hoc loco vſque ad finẽ lectionis tria facit. Primò, ponit dictũ remediũ. Secũdò, oſtẽdit amotionis ſtimuli deſyderiũ. Tertiò, ſuper hoc memorat dei reſpõſum. Secundũ ibi: Propter quod ter dominũ rogaui. Tertiũ ibi, : Et dicit:

¶Circa primum dicit: Et ne magnitudo reuelationum. Solet enim ex reb⁹ bene geſtis ſuperbia naſci, ſicut a veſtimento tinea, & à ligno vermis, vtrunque pernicies eius à quo oritur. Nam vt quidam ait: *Ex reb⁹ bene geſtis ſuperbia.*

Inquinat egregios coniuncta ſuperbia mores.

¶Non ergo mirum eſt ſi cõtra hãc peſtẽ, cõtra hoc ſuperbiæ ęgrè tumẽs apoſtema, dicit ſibi eſſe appoſitũ epitema mordax quo tumor curaretur. Sed quis iã de ſeipſo ſecur⁹ ſit, ſi huiuſmodi curatione opus habebat Apoſtolus? Quomodo ſecurus euadet agnus, vbi aries ſic periclitatus eſt? *Stimulus carnis cur Paulo datus.*

¶Quis autem fuerit ille ſtimulus carnis, diuerſi diuerſimodè opinati ſunt. Quidã dixerunt fuiſſe vehementẽ capitis dolorẽ, ſed parum eſt veriſimile, ꝙ talis dolor capitis, ſtimul⁹ carnis appellaretur. Sed reuera carnis ſtimulũ ardorẽ libidinis & incitamẽta Veneris accipiam⁹, quę angelus ſatanæ permiſſu dei in apoſtolo poſt cœleſtes illas reuelationes acrius excitabat. Vnde & ſtimulũ hũc angelũ ſatanę appellabat. Sciebat enim ſtimulationẽ illã à diabolo ſibi immitti. Sed deus qui permittebat eũ hoc modo colaphiſari, & affligi à ſatana, ne in ſuperbiã erigeretur, ſed fragilitatẽ ſuã agnoſceret: ipſe vtique cuſtodiebat eũ, ne in illud peccatũ, ad quod tentatio tẽdebat, laberetur. *Quis fuerit ille ſtimulus.*

¶Sanè dominus ipſe medici in morem venenum veneno fugabat, quomodo tiriaca quæ veneno vel maximè medetur, ex veneno partim conficitur. Sic & in Apoſtolo ſtimul⁹ hic carnis, omnem ſuperbię tumorem propellebat. A quo enim tentabatur de libidine, ab illo ſanabatur, à tumore ſuperbiæ, vt qui elatus perire poterat, ipſe in humilitate mentis conſiſtẽs à perditionis præcipitio ſeruaretur. Quum itaque tentatione qualibet Dei ſeruus infeſtatur, nec deſperare debet nec deficere, ſed cum Dei adiutorio ſic cum tentatione decertare, vt vincat. Plerunque *In Paulo dominus venenum veneno fugabat.*

etenim

etenim nobis expedit ab aliquo vitio vel inimico ten ri, vt per hoc à grauioribus tentationibus præſeruem ¶Nemo tamen audiens datum eſſe angelum ſatanæ ſum colaphiſet, exiſtimet Pauli corpus diabolo tradi eo diu exandum, quandoquidem Paulus illi quę velle iũgeret, & ſæpe termino præfiniret, tũ maximè quũ nicariũ illũ inceſtũ in carnis perniciẽ demãdaſſet, ne

1. Cor. 5. per Apoſtolũ impoſitas ſibi metas exceſsit. Nec eni datum angelo ſatanæ, ſed potius illum ſibi, vt pote a vtilitatem eſſe datum affirmat.

*A quo Paulo ſit datus angelus Satanæ.*

¶Quòd ſi quæras à quo datus ſit ſeu miſſus, profecto deo & à diabolo. Sed propter aliud miſſus eſt à deo, pter aliud miſſus à principe tenebrarum, venit. Dom enim illum ad cõſeruationem humilitatis Paulo im diabolus autem vt Apoſtolum in peccatũ deduceret nit. Non enim colaphiſãs Paulum angelus ſatanæ ho tẽdebat, vt Pauli virtus in infirmitate perficeretur, extolleret eum ipſa reuelationum magnitudo: ſed ho tius ille intendebat, vt aliquando victus tentationi beret. Itaque à deo traditus fuit Apoſtolus angelo ſ colaphiſandus, ne extolleretur: & humiliãdus vt ſer tur, vtque omnem ſuperbiæ motum qui in eo, vel pro mirabilem & ſingularem electionem & vocation propter diuinorũ ſecretorũ reuelationẽ, vel ſignor rationẽ, vel propter ſuæ prędicationis longe latéq orbẽ terræ mirandam fructificationem poterat ſub penitus extingueret. Sicut interdum peritus medi tollat ab ęgrotante morbũ acutum, qui præſentane

*Simila.* bet periculum, lentam inducit quartanam.

¶Circa ſecundum, ſcilicet amotionis ſtimuli de rium, conſequenter dicit:

*Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet à me.*

*Orãtib⁹ non ſemper expedire vt exaudiãtur.*

¶Ter, hoc eſt, Sæpenumero rogaui. Quod planè & præfert humilitatem, & tolerantis æquanimitatem, poſtulando perſeuerantiam & fiduciam. Nam min impatientiam, vt contemptum prorupit, minimè di eſt de domino, licet non exaudiretur.

¶Si ergo orãs aliquis non eſt exauditus, credamus expedire vt exaudiretur ad votum. Si enim Paulus

tũ exauditus fuiſſet,& diſceſsiſſet ab eo tẽtatio,profecto deieciſſet eum elatio. Deus enim multa petẽtibus negat propicius,quę concedit iratus. Dimittit autem quoſdã ſecundũ deſyderia cordis eorũ,ſicut exaudiuit eos qui manna faſtidiebãt,& flagitabãt carnes,ſicut ſcriptũ eſt: Adhuc eſcę eorũ erant in ore ipſorũ, & ira dei aſcẽdit ſuper eos. ¶Exaudiuit ſatanam, quum virum ſanctum expeteret ad certamẽ:& Apoſtolum carnis ſtimulum à ſe amoueri deprecãtem non exaudit,vt nouerimus (ſicut dictum eſt) deum non omnibus illis eſſe propitium,quibus proprii deſyderii laxat habenas,& ad votum poſtulata concedit,vt faciant quæ nõ conueniunt:nec illos reprobare,quos deprecantes videtur non exaudire.

*Quoſdam exaudiri admalum ipſorum. Num.11. Pſal. Iob.1.*

¶Circa tertium dicit:

*Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.*

¶Vtrùmne per angelum,aut per reuelationem ſpecialem id ei dixerit dominus, incertũ eſt. Sed vtro modo id ei ſit dictum,nõ refert: Sufficit,inquit,tibi gratia mea,hoc eſt, Satis tibi ſit,quòd & mortuos ſuſcitandi,& imperandi demonibus,cõtulerim gratiam,quòd ad Apoſtolicũ munus vocatus,quòd in prædicationẽ Gentium electus,quòd ſapiẽtiam præ omnibus Apoſtolis diuinitus accepiſti, quòd ad viſiones & reuelationes domini vſque ad tertiũ cœlũ raptus es:denique (quod omnibus maius eſt) ꝙ apud me gratiã bonam,quaſi tutò loco repoſitã tibi habes. Nõ igitur id vltra efflagites,vt tua prædicatio ſit expers diſcriminis, id nẽpe tibi nõ vtile foret, qui quod ſatis eſt,iamdudũ acceperis. Quòd & ſi te dimiſerim diuexari,adſum tamen,& tueor. Quin & ipſum tentationis certamẽ tandem tibi cedet ad gloriam. Quod patet per hoc quod ſequitur,

*Nam virtus in infirmitate perficitur.*

*Adeſſe deũ tẽtatis.*

¶Hoc eſt, Non aliter virtus ad ſui perfectionem tendit, quàm cum infirmitate oppoſita legitimè decertãdo. Certando nempe acquiritur victoria, & ſic fit virtutis cõſummatio. Eſt etiam infirmitas ipſa ad perfectionem veniendi occaſio,quòd per ipſam homo fragilitatem ſuam agnoſcens cautior efficitur ad vitanda peccata,exercitatior in bonis,& in oratione vigilantior.

*Infirmitas ad perfectionem adminiculum eſt.*

¶Vnde ſcriptum legimus, noluiſſe dominum omnes aduerſarios, *Iudic.3.*

*Figura* uerſarios filiorum Iſraël in terra hęreditatis eorũ dele
ſed reliquiſſe quaſdam gentes vt erudiret in eis Iſraë
haberentque vſum armorum, & conſuetudinem cer
cum hoſtibus. Quoniam ergo & apoſtolo vtile erat
tionum prælijs exerceri, ipſe illud per diuinam diſpo
nem ſibi factum agnoſcens, conſequenter dicit:

*Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabi me virtus Christi.*

¶Poſtquam, inquit, ipſe animaduerti virtutẽ in infirm
te perfectũ iri: gloriabor ergo in infirmitatibus me
*Hinc gaudendum in tẽtationibus.* nanque quò affluẽt magis, eò mihi dei virtutem vbe
allaturæ ſunt. Cognouit itaque tãdem Apoſtolus ipſ
deſſe ſibi quod nociturũ timebat. Reſpõſumque a
à domino quòd integritas vitæ, omniúmque virtut
firmitate perficitur. Ideòque & libẽter ſe dicit glori
lætari in ſuis infirmitatibus & paſsionib⁹, quas pro
ſto ſuſtinebat, vt in eo Chriſtus per gratiã & fortit
inhabitare dignaretur.

## DOMINICA IN quinquageſima.

*1.Cor.13.* F*Ratres, ſi linguis hominũ loquar & angelorum, cha aũt nõ habeã, factus ſũ velut æs ſonãs, aut cymbal niens.*

¶In hac lectione Apoſt. de virtute charitatis loq
Primò oſtẽdit charitatis ad ſalutẽ neceſsitatẽm. Se
eius vtilitatem. Tertiò, eius excellẽtiam & dignit
mum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Ch
patiens eſt. Tertium, ibi: Charitas nunquam excid
*Charitas.* ¶Circa primũ eſt aduertẽdum quid ſit charitas. Eſt
virtus theologica per quã homo diligit deũ ſuper o
& ꝓpter ſe & proximũ ſicut ſemetipſum, & ꝓpter d
*Quid eſt diligere.* ¶Notandum proinde eſt, ꝙ diligere aliquẽ, eſt ei bo
velle. Contingit autem duobus modis diligere. Vn
do, propter ſemetipſum diligentem, & vocatur am
*Amor amicitiæ & amor cõcupiſcentiæ.* cupiſcentię. Alio modo propter ipſum qui diligitur,
catur amor amicitiæ. Vnde diligere deũ amore am
eſt ei velle bonum propter ſeipſum deum, nõ aut
pter bonum priuatum ipſius diligentis. At verò q
ipſe bonorum noſtrorum non eget, nõ debemus

bonum velle, quàm illud bonum, quod ipſe eſt: hoc eſt, ad gaudere & adgratulari ei, velleq́; ei bonum quod habet, & quod ipſe eſt. Velle, ſcilicet ei ſuã ſummam maieſtatẽ, ſapiẽtiam, potentiam, ſummum omnium rerum principatum, fœlicitatem ſummam, bonitatem, iuſtitiam, æternitatem, & ſimilia. Velle rurſus quòd ipſe omnibꝰ innoteſcat ab omnibus ametur & honoretur. Id enim eſt deum diligere propter ſe, id eſt, amore amicitiæ diligere.

*Deum ob ſua dona diligere.*

¶Porrò propter dona ſua deũ amare cõtingit dupliciter, videlicet vel ꝓpter donãda, vel propter iam data. Primũ adhuc dupliciter. Videlicet vel propter donãda tẽporalia vel alia bona quæcunq;, tantũ vt per illa bene ſit habenti & eſt amor mercennarius, & amor cũcupiſcentię, vt dictũ eſt. Amor vtiq; iniquus & peruerſus. Nam (vt B. Auguſtinus ait) ſumma peruerſitas eſt, vti fruẽdis, & frui vtẽdis.

*Auguſt.* *Frui & vti.*

¶Quum enim frui ſit inhærere per amorẽ alicui rei propter ſeipſam, vti verò ſit inhęrere rei per amorem nõ propter ipſum, ſed propter ſemetipſum & propriam ſuam delectationẽ, patet quòd quiſquis deũ diligit propter dona ſua ab ipſo donanda, non autem propter ipſum deũ, deo vtitur, & ſemetipſo fruitur, volẽs deũ ſuæ deſeruire creaturæ. Amor iſte (vt dictum eſt) peruerſus, imò meretriciꝰ eſt. Nõ enim aliter amat deum, quàm amat vinum & pinguia, & cætera quibus ipſe deliciatur.

*Amor ꝑuerſus.*

¶Vel propter donanda illa bona quæ ſunt ipſemet deus, quomodo dixit Abrahę: Noli timere Abrahã, ego protector tuꝰ ſũ, & merces tua magna nimis: ſeipſũ vtiq; mercedem Abrahæ promittens. Sic amare deum laudabile & iuſtum eſt. Id enim eſt deum amare propter ſemetipſum.

*Gene. 15.*

¶Secundò, contingit amare deum propter dona iam ab ipſo in nos collata. Vti verbi gratia, propter dona creationis, redemptionis, iuſtificationis, conſeruationis, & ſimilia, quorum intuitu donorum gratulabũdus Propheta ait: Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Et rurſum: inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ, ꝓpter retributionem, videlicet, vel ꝓpter retributionẽ futurã, quæ eſt ipſemet deus (vt dictũ eſt) retributio certè & merces magna nimis: Vel ꝓpter retributionẽ præteritã in pręnominatis diuinę munificentiæ

*Diligere deum ob dona iam data.* *Pſal.*

nificẽtiæ donis,vt videlicet dei dona quæ ſuam ergà charitatem teſtãtur,nos inducãt vt ipſum diligamus, per hæc oſtendit quod ipſe prior dilexit nos, vtique p pter huiuſmodi dona deum diligere , pium & iuſtum

¶Meretrix autem eſt anima illa , non ſponſa,quæ ſp dona,non autẽ ipſum ſponſum amat,præſertim ſi pe ſi dona obſequitur, & placere ſtudet adultero, id eſt, *Auguſt.* bolo . Maledicti( inquit B.Auguſtinus)ſunt domine, *Veſtigia. Dei.* erãt in veſtigiis tuis,& amant nutus tuos præ te. Ve dei creaturæ ipſius ſũt,per quæ ad cognitionẽ dei p *Nutꝰ dei.* humana mẽs aſcendere.Nutus verò ipſius ſunt ea q eiſdẽ creaturis humanã mẽtem delectãt, per quę m deꝰ ipſe(ac ſi per nutꝰ ſuos)animas noſtras ad ſe in

*Rectè amare proximum quid ſit.* ¶Proximum verò diligere, eſt ei optare quæ ipſi b ſunt,& hoc propter deum , quia ſcilicet eſt ad dei im nem factus,& quia deus ei vult bona. His autem q deus bona non vult,neque nos bona velle debemu iuſmodi ſunt iam nunc damnati.

¶Iubemur autem proximum diligere nõ ſupra nec noſmetipſos,ſed ſicut noſipſos,quatenus ea nos illi mus quæ nobiſipſis rectè optauerimus:primũ vtique ipſos,deinde proximos ſicut noſipſos (modo quo d eſt)amantes. Sanè hæc dei & proximi dilectio,per *1.Tim.1.* & ſcopus eſt diuinæ legis , prout alibi Apoſt.dicit præcepti,charitas de corde puro & conſcientia bo *Mat.22.* de non ficta.Hinc rurſum ipſe dominus ait:In his d mandatis(dei ſcilicet & proximi dilectionem iube tota lex pendet & prophetæ.His præmiſsis , acced ad lectionem,in qua( vt dictum eſt)primùm oſtend ritatis neceſsitatem dicens.

¶Si linguis hominum loquar & angelorum , chari *Charitatis neceſſitas.* autem non habeam,factus ſum velut es ſonans,aut balum tinniens.Nam cætera bona non valent ſine pòſt oſtẽdetur . Ipſa verò ſine aliis ꝑ ſemetipſam p Eſt itaque virtutibus aliis & piis exercitiis quibu longè excellentior.Vnde beatus Auguſtinus.

*Commendatio charitatis.* ¶Reſpice inquit ad munera eccleſiæ, vniuerſis exc tius charitatis munus agnoſces. Charitas eſt enim proprius & ſingularis bonorum, cui non commu

nus. Hæc ſi deſit, fruſtra habētur cætera: ſi adſit, ſuppetunt omnia. Habētur enim per charitatē vel in ſe, vel in aliis. Quam quiſquis habere cœperit, ſpiritū ſanctum habebit, quā ſi non habuerit, ſine ſpiritu ſancto erit. Et ſicut corpus ſine anima mortuū eſt, ſic anima ſine charitate corā deo mortua iā deputatur. Ipſa eſt veſtis nuptialis qua induti conuiuæ ſummi patrisfamilias ſecurè diſcumbūt. Hęc ſola eſt quę diſtinguit inter filios regni, & filios ꝑditionis. Dantur quidem & alia per ſpiritum dona ſed ſine charitate nihil proſunt habenti. Niſi ergo tātum partiatur alicui ſpiritus ſanctus, vt illum & dei & proximi faciat amatorē à ſiniſtra non transfertur ad dexterā. De quo dono dominus ipſe dicit: Habenti dabitur, & abundabit: ei verò qui hoc non habet, & ſi ad tempus habeat alia quædam dona profectò hæc auferentur ab eo. *Mat. 22.* *Dona cætera ſine charitate nō ꝓdeſſe* *Mat. 25.*

¶Oſtendit autem Apoſtolus cętera omnia virtutum exercitia percurrens, nullū eorū ſine charitate deo in nobis placere, nullum hominem ſine charitate poſſe ſaluari. Igitur inter piorum exercitiorū genera, primum, eſt bonarū loquutionum: ſecūdum, ſanctarum cogitationum: tertiū, exteriorum operationum: quartum, eſt paſsionum. *Piorū exercitiorū genera.*

¶De primo dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum. Vbi per linguas angelorum pręſtātius aliquid & melius vult exprimere quod humanas excedat līguas. Siquidem potentia intelligēdi, qua inuicem angeli diuina communicāt ſenſa, angelorum eſt lingua. Hæc autem tum cognoſcendi tum exprimēdi vis in angelis longè vim intelligendi & exprimendi humanam excedit. Per linguas igitur angelorum intelligit id quod in genere loquutionum eſt excellentiſsimum & optimum. *Lingua angelorū quid.*

¶Ac ſi dicat: Et ſi loquendo tantum bonum faciam, quantum vnquā quiſquā hominum, vel omnes ſimul, & adhuc tātum plus, quātum angelica perfectio fragilitatē mortalium exceſſerit, & hoc etiā vel ad proximi ædificationem vel ad dei honorem, charitatem autē nō habuero, factus ſum vel æs ſonās, quod ſibi nihil proficit. Quod idcirco dixit: quia in eccleſia primitiua dabatur donum linguarū ad propagationem fidei per omnes gentes, de quo dono nonnulli plus æquo gloriabantur. Dabatur etiā & donum

prophetiæ cum notitia myſteriorum & ſcientiarum, q
dono apoſtoli qui ſine literis antè fuerant ſuper vni
ſos mortales, à ſpiritu ſancto fuerunt illuminati. De
dono ſecundo loco ſubiungit dicens:

*Etſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, &*
*nem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes tra*
*ram, charitatem autem non habuero, nihil ſum.*

*Malos etiã ꝓphetaſſ.* *Nu.24.* *1.Re.19.* *Ioan.11.* *Luc. 11.*

¶Hîc tangit ea quæ cõſtat eſſe præſtantiora in gener
ctuum interiorũ ſiue cogitationũ, oſtendẽs ꝙ & ſi qui
hæc omnia ſit abundè cõſequutus, charitatem tame
habeat, hunc nullius eſſe momẽti. Si habuero, inquit, p
phetiam, id eſt, prænotionẽ futurorum, quã vtiq; & m
habuiſſe conſtat. Exemplo ſunt Balam ariolus, & Sa
pius. Et Caiphas, & alii quamplures. Nec ſimplicẽ, in
prophetiam, ſed eam, quę quum excellẽtior ſit, omni
ſteria teneat ſcipturarum, & omnem cõprehendat
tiã, in qua poſsit quiſquã humanitus erudiri, adhuc
fieri poſſet, vt Scribarũ & Phariſęorũ ſimilis foret, q
lerũt clauẽ ſcientię, nec tamen introierunt inſuper
lentes intrare prohibuerunt. Etſi habuero, inquit, om
fidem, ita vt mõtes transferam, charitas verò deſit,
ſum. Habẽt enĩ illã vtique & mali, ꝓut in dei iudicio
nequaquã mentiri audebunt) confitebuntur. Quibus
dicetur, nõ habuiſtis, ſed non noui vos, quia hanc ſine
ritate habuerunt. Nõ ergo ait Apoſtolus, ſi hęc om
buero, & abfuerit à me charitas, tenuis ſum, ſed pr
hil ſum. Hęc tamẽ dona maiora ſunt dono linguaru
vtiq; datur propter iſta. Vnde & alio loco dicit: Qui
tur lingua, oret vt interpretur. Quod niſi per ſcie
& cognitionem myſteriorum fieri nõ poteſt. Multu
enim habere prophetiam, & noſſe miſteria omnia
ſcripturæ & fidei, & accepiſſe diuinitus omnem ſcie
& diſciplinã, & ꝙ hæc omnia fidem ipſam adeò pe
reddant, ꝙ eam habens vel montes trãsferat, quod
iudicio omnium maximum reputaretur. Quo iudici
Chriſtus ipſe perfectã abſolutãmque fidem diſtin
internoſcendam, dicens: Si habueritis fidem ſicut
ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit
hil impoſsibile erit vobis. Quæ tamẽ omnia licet h

*Fidẽ haberi poſſe ſine charitate.* *Mat.7.* *1.Cor.14.* *Mat.17.*

nihil es ſine charitate. Ergo valor hominis apud deũ penes charitatem eſt, vt qui multã habeat charitatẽ, magnꝰ ſit ante deum: qui modicam, modicus: qui verò nullã, ad nihilum certę deductus ſit in conſpectu dei.

*Valor hominis penes charitatem eſt.*

¶De tertio, videlicet oꝑationũ genere, cõſequẽter dicit:

*Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.*

¶Quod tamen, ipſo domino in iudicio approbãte, in genere operationum bonarũ patet cæteris eſſe præſtãtius, ſubaudis, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Poſſet enim fieri, vt omnem ſubſtantiã ſuam in pauperes quiſpiam erogaret ſine charitate, puta vel propter cõciliandam ſibi mortalium gratiã, vel mundi huius gloriam & præconium virtutis, vel ob ſimile aliquid. Ex quibus ſatis innuitur, ſine charitate nullam quantumcunque bonam operationem prodeſſe ad ſalutem.

*Mat. 25.*
*Sine charitate nullum opus prodeſſe.*

¶De quarto, ſcilicet paſsionum genere, dicit:

*Et ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

¶Non dicit: Si me ad mortẽ obtulero, ſed ſi viuus ardeã, (quod horribilius omnibus aliis ſuppliciis, pœnaliúſque eſſe videtur) nihil tamen mihi prodeſt ſine charitate.

¶Quòd ſi tam acerba paſsio ſine charitate non prodeſt, igitur quicquid aliud fuerit paſſus, ſiue famẽ, ſiue egeſtatem, ſiue ægrotationẽ, ſiue perſequutionem iniquam, ſiue aliã quamcunq; tentationẽ ſine charitate, nõ valet huiuſcemodi ſufferẽtia ad ſalutẽ. Oſtẽdit enim hæc quæ dicta ſunt ſine charitate, adeſſe quidẽ poſſe, ſed non poſſe prodeſſe. Sicut & opera bona quæcũque ſint illa, non ex quãtitate ſui, ſed ex operãtis charitate, plus vel minus ꝓſunt. Verbi gratia: Impar facultas eſt multũ vel parũ danti, ſed poteſt eſſe par charitas ei qui parum dat, & ei qui multũ. Hinc tantũ eſt cuidã dediſſe calicem aquę frigidæ, quantum valuit Zachæo dediſſe dimidium bonorum ſuorum.

*Nullam paſsionẽ prodeſſe ſine charitate.*
*Operũ valor penes charitatẽ*
*Mat. 10.*
*Luc. 19.*

¶Dignoſcũtur itaque diſcipuli Chriſti, non in dono prophetiæ, non in ſcientia, non in ipſa fide, non in loquutione vel ſermone, non in ipſa quantacunque paſsione, deniq; in ipſis (quæ tamen maximè omnium cõmendantur) operibus pietatis, ſed cognoſcũtur per charitatẽ. In hoc, inquit, cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dile

*Chriſti diſcipulos internoſce.*
*Ioan. 13.*

ctionem habueritis ad inuicem.

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Charitas patiens eſt, benigna eſt.*

¶Hîc oſtẽdit charitatis vtilitatem. Et primò oſtendit bona per charitatem obtinentur. Secundò, quæ mala eam euitantur, ibi: Charitas non æmulatur

*Patientes charitas facit.*

¶Circa primum dicit: Charitas patiens eſt, benigna e bi inſinuat effectus quoſdam & indicia charitatis, pa tiam ſcilicet & benignitatem. Nam charitas patiẽs e lut aurum quod ſub malleo tribulationis extenditur, citurque ad formam aliquam artificioſam, ſicut de ſe Propheta loquens ait: In tribulatione dilataſti mihi de nemo niſi qui charitatẽ habet, in fornace tribula deputatur, eò quòd charitas patiẽs eſt. Is autẽ qui cha te vacuus eſt, cito per impatiẽtiam vel frangitur vel gatur, quomodo ignis exiguus, vento extinguitur, qu gnus, vehementius inardeſcit & augetur. Nam quod propter illũ quem amat quiſq; patitur, eò magis in a morem inflammatur. Sicut in Chriſti martyribus pa

*Similia.*

*Patiẽtiã nonnulli ſimulant.*

¶Quoniam verò nonnulli in illatis ſibi iniuriis pa tiam ſimulant quam nan habent, qui videlicet tacit dium in corde reſeruant, aptum ſe vlciſcendi temp pectantes, vel certè diſsimulãtes, vt aduerſarius ac irritetur, intra ſemetipſum propter alteriꝰ quaſi inſ litatem contabeſcens, ideo quũ dixiſſet. Charitas p eſt, mox adiecit: Benigna eſt, hoc eſt, bene volens, aduerſario, non intendens hunc vel repungere, vel illo quomodocunque vindicare.

*Benigna eſt.*

¶Circa ſecundum, quo oſtendit quæ mala ſe charitas euadit, dicit:

*Charitas non æmulatur, non agit perperam.*

*Charitas vitã peperit, inuidia mortẽ*
*Sapien. 2.*
*Ioan. 3.*

¶Oſtendit quemadmodum charitas quæ à deo eſt, phat de aduerſatrice ſua, ſcilicet ĩuidia, quę à diabo & diaboli eſt primogenita, & mater mortis, ſicut charitas peperit vitã. Nam ſicut inuidia diaboli m trauit in orbem terrarum, ſic & propter nimiam ch tem ſuam qua dilexit nos deus, filium ſuum (qui e miſit in mundum, Sic deus, inquit, dilexit mundũ, ſuum vnigenitum daret.

¶Triu

¶Triumphat itaque inuidiã charitas tam intus quàm foris. Intus, quia charitas non æmulatur, id eſt, non inuidet actu mentis interiore. Nihil quippe magis alienum à charitate, quàm inuidia, quæ facit de alterius malo gaudere, & de bono triſtari. Charitas verò gaudere facit cum gaudẽtib⁹, & cũ flẽtibus flere. Nulla enĩ proximorũ mala aliena ſibi putat, & ſimiliter aliorũ bona ſua eſſe gratulatur. *Inuidiam charitas dupliciter triũphat* *Roma. 12.*

¶Exterius etiã de inuidia charitas triumphat, quia nõ agit perperam. Solet enim iniquitas ex inuidia foras in opere prodire. Concipit enim inuidia dolorẽ, quẽ quum interius cõceperit, tum foris cõtra proximũ perperam ſeu iniquè agendo parit iniquitatẽ. Cohibet autẽ charitas, imò prorſus necat peſſimum hunc inuidiæ partum, quãdoquidem nec æmuletur, nec agat perperam. Sequitur:

*Non inflatur, non eſt ambitioſa.*

¶Sit fortaſsis quiſpiam omnibus ſuprà memoratis bonis potitus, poſsibile tamen eſt tunc inde ſuperbire & intumeſcere. Sed hoc vitio caret charitas, quæ reddit eos humiles, qui dicta bona cõpararint.

¶Non inflatur, inquit, Quod inflatur, neceſſe eſt pri⁹ exinaniri, & quum inflatum fuerit, intumeſcere nimirum & premi. Quiſquis autẽ charitate diues eſt, exinaniri quomodo poſſet? Nõ enim quem implet charitas, inflare ſuperbia poteſt. Et quũ ſuperbi quaſi vento diſtendantur (quippe qui vanitate & pleni & preſsi ſint) charitas è diuerſo quietum reddit & pacatum. *Inflari quid ſit.*

¶Vngit enim & lenit quod tumidum & inflatum acriter dolebat. Sanat quod prius lãguidum: lætificat quod triſte, corroborat & confirmat quod ſine viribus antè fuit. Vnguentum quippe vitæ eſt à ſummo medico deo confectũ, quod deſcendit à capite Chriſto non modò in barbam, id eſt, apoſtolos ipſos, & eos qui Chriſto vicini ſunt (vt capiti barba) ſed etiam vſque in oram veſtimẽti, quod eſt eccleſia, in qua nec qui minimus aut nouiſsimus eſt (vtique per orã veſtimẽti deſignatus) à Chriſti gratia alienus eſt. Vnuſquiſque enim propriũ donum habet à deo, vnus quidẽ ſic, alius verò ſic, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. *Quale vnguentum charitas.* *Pſal.* *1. Cor. 7.*

¶Et quoniam is qui inflatur ſuperbia, ſeſe magnum putat, ambit honores, paſcit ventum, & vndequaq; quærit aſcẽ- *Inflati honores ambiunt.*

ſum, vt in alto conſiſtens vanitatis aura adfletur am[...]
Ideo quũ dixiſſet: Charitas nõ inflatur, mox ſubiecit [...]
eſt ambitioſa. Itaque malũ hoc ambitionis (matrẽ [...]
hypocryſis) charitas execratur & vincit, quippe quę [...]
& magnum æquè diligendo æquales facit, & nihil [...]
ei cum ambitione commune eſt.

¶Ambiant dominatũ qui charitate vacui ſunt, [...]
*Iudic. 9.* rhamno ſimiles, à quibus quũ fuerit egreſſus tyrãn[...]
*Ambitioſi adſimilantur, rhãno.* cupiditatum voraciũ ignis, & ſibiipſis & ſubiectis [...]
ſint. Vnde Abimelech Gedeonis ex cõcubina noth[...]
ens principatũ, ſeptuagĩta viros fratres ſuos ſuper [...]
trá interfecit. Nec aliam ob cauſſam, niſi ꝙ ipſo m[...]
*Abimelech ambitioſus.* eſſent, & principatũ gerere digniores. Siquidem p[...]
quibuſque meliorum virtus ſemper eſt formidini.

*Non quærit quæ ſua ſunt.*

¶Imò potius quæ Ieſu Chriſti, & quæ proximi. Q[...]
*Roma. 9.* ſunt nõ quęrebat, qui ait: Optabã ego ipſe anathem[...]
*1. Cor. 10* à Chriſto pro fratribus meis. Et alibi: Non quęrens [...]
*1. Cor. 8.* quod mihi vtile eſt, ſed quod multis. Sed hęc in Chri[...]
mino noſtro eminentius apparuerunt, qui quum di[...]
ſet, propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia [...]
*Heb. 12.* eſſemus. Qui rurſus propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit [...]
confuſione contempta, & vnus pro omnib⁹, iuſtus [...]
iuſtis, pro ſontibus innocens, dominus pro ſeruis, [...]
mine deus, quæ ipſe non rapuit exoluere, & mortem [...]
nere dignatus eſt. Sequitur.

*Non irritatur. Non cogitat malum. Non gaudet ſup[...] ini quitate.*

*Charitas fert ꝓximorũ infirmitates.* ¶Nõ irritatur, inquit, id eſt, nõ ꝓuocatur ad iram, [...]
fratris infirmitatẽ. Nõ ſecus enim illius fert impr[...]
quàm mater paruulum manibus pedibúſque mole[...]
cuſat quippe ꝓximi delictum, nõ exaggerat ad C[...]
xẽplar, de quo beatus Petr⁹ ait: Quum maledice[...]
*1. Pet. 2.* maledicebat, quum pateretur, nõ cõminabatur. Q[...]
rius excuſabat inimicorum ſuorũ intẽtionẽ, vbi [...]
enormitas omnem excuſationẽ excludebat. Pro c[...]
tibus quippe ſe & blaſphemantibus interpellans [...]
Ignoſce illis, inquit, quia neſciunt quid faciunt.
*Luc. 23.* ¶Non diſsimile manſuetudinis exemplum ipſius [...]

ſec[...]

ſecundum humanitatẽ pater rex Dauid exhibuit. Is enim charitate munitus maledictis Semei ſerui ſui nequaquã potuit ad irã prouocari. Quin & eos qui ſuam iniuriã vlciſci volebant (proceres ſcilicet qui ad latus regis incedebant) prohibuit, vni eorum dicens: Dimitte vt maledicat. *Exẽplum in Dauid 2. Reg. 16*

¶Proinde quum ſoleat quiſque iracũdiæ furore percitus vltionem meditari, charitas, quia nõ irritatur, etiam nec cogitat malum. Tantum abeſt, vt faciat malum, quum ne illud cogitet quidẽ. Itaque charitas læſa non cogitat malum pro malo rependere, quod vtique magnæ & raræ eſt perfectionis. Nam etſi fortaſſe plerique ſint qui malum pro malo reddunt, paucorũ tamen eſt accepta iniuria ne malum quidẽ cogitare. Adeò vendicat ſibi totam animã quum hanc poſſederit charitas, vt crudelitati locus in ea reliquus non ſit. *Charitas non cogitat malũ.*

¶At verò quia ſimiles mores charitas optat in omnibus, illiſque congaudet, minimè gaudet ſuper iniquitate, quũ ſit ei illa prorſus aliena: quomodo quidam gaudẽt quum malè fecerint, & exultant in rebus peſsimis. Ipſe Apoſtolus luget eos qui peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiã, vritur ſcãdalo puſillorum, infirmatur cum infirmis, quaſi mater iterum parturit eos qui ſeducti & ſubuerſi ſũt, donec reformetur Chriſtus in ęis. Denique flens memorat inimicos crucis Chriſti, quorum deus venter eſt. Abſit ergo vt gaudeat charitas ſuper iniquitate, quæ magis congaudet veritati, ſicut ſubdit: *Non gaudet ſuper iniquitate. Prou. 2. 2. Cor. 12. 2. Cor. 11. Gala. 4. Phil. 2.*

*Congaudet autem Veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

¶Redit ad oſtendendum quæ bona per charitatem pro-ueniant, dicens: Congaudet autem veritati: continuans ſe ad illud quod præmiſerat, Non gaudet ſuper iniquitate. *Quę bona per charitatẽ prouenniant.*

¶Aduertendũ eſt autem quòd triplex eſt veritas, cui charitas cõgaudet, ſcilicet veritas doctrinæ, veritas iuſtitiæ, veritas vitę. Gaudet enim charitas, quòd veritas doctrinę ſyncerè prædicatur, quòd inter virum & proximũ ſuum, nec non & in tota republica iuſtitia & æquitas ſeruatur. Gaudet denique, quòd ab omnibus ſecundum ſuæ cõditionis exigentiam probè & decenter viuitur. *Veritas triplex.*

¶Omnia proinde ſuffert, & in ſe quæ patitur ab iniquis, *Omnia ſuffert.*

& in proximo ſuffert quæ non poteſt emendare. Vid
nim pleroſque non ſecundū veritatem ambulare,ſed
niam ipſa patiens eſt,patienter ſuffert quas in aliis v
*Simile.* & patitur improbitates . Sicut enim ouicula quæ de
gerit lanam, impulſa aut icta pede non cito læditur,
nec dolet: vnde & ſe vrgeri & pulſari ſuſtinet pati
ita nimirum qui delinitus eſt intrinſecus dulcedine c
tatis,non cito putat aut ſentit ſe lædi,ſed(vt dictū e
tat fratris improbitatem patienter.

*Omnia credit.* ¶Omnia credit, quæ videlicet ille dixerit qui à ſe
tur.Sicut enim nihil ſubdolum ipſa loquitur, ita nec
*Gene.12. & 15.* ſubdolè loqui arbitratur.Patuit in Abraham qui & c
dit deo promittenti,& vocanti obediuit.Nec dicit,
*Charitatem non habens, dolum ſuſpicatur.* bus credit,ſed omnia quæ videlicet de⁹ aſſerit eſſe
da,& quæ veritas diuina promittit.Is autem qui cha
non habet,difficilè credit ei quem non amat,vbique
ab omnibus circunueniri formidans,&(vt ſcriptū e
cūſpectat vndiq; gladiū·præmiſerat.Vndique terreb
*Iob.18.* formidines.Qui enim non amat,etiā nec amari ſec

*Omnia ſperat.* ¶Quoniam autem charitas omnia credit quæ ſibi
quē colit aſſeruntur, ſupereſt vt & omnia ſperet,
patribus teſtamēti veteris charitate deo coniunctis
*Bene ſperat de proximo charitas.* ruit,qui dei promiſſa (tametſi in tempus longum d
da)cum omni longanimitate complenda ſine hæſit
ſperabant. Nec ſolùm de deo,ſed & de proximo c
bene ſperat, etiamſi in eo nonnunquam infirma e
tur:confidit tamen ſemper,& ſperat meliora,non c
*Pſal.* nit infirmos,non deſperat de illorum reparatione
pſi ſunt,ad morem illorū qui nil boni de proximo ſ
tes,videntur dicere:Non adiiciet vt reſurgat.

*Omnia ſuſtinet.* ¶Demum omnia ſuſtinet,id eſt, promiſſa omnia p
expectat. Interim omnia quanuis dura, quanuis m
*Simile.* quāuis etiam iniqua ſint quæ patitur,fortiter tame
net,diuina expectando promiſſa.Secus de illo qui
charitate vix quicquam poteſt ſpe futuræ remuner
ſuſtinere.Vas vtique reprobum & ventoſum,quod i
nace non robur accipit decoctione , ſed crepat.

¶Circa tertium principale dicit:

*Charitas nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur*

*linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur.*

¶Hic oſtendit charitatis ſupra cætera dona excellentiá & dignitatem, & hoc quo ad eius permanentiam reſpectu aliorum donorum, dicens: Charitas nūquam excidit. Porrò prophetias & linguas dicit ſorti turas finem, charitaté verò ſtabilem fore atque perennem. Etenim ceſſante fide, ceſſabunt prophetiæ & linguæ, quæ fidei adminiculantur. Fidei nempe ſuccedet viſio ſpei, tentio ſiue aſſequutio omnis boni. Tam fides enim quàm ſpes ex parte ſunt, & includunt in ſui ratione imperfectionem, quòd fides eſt de nō apparétibus, ſpes verò de iis quę deſyderãtur, & necdū habentur. Charitas autem nō deſtruetur, ſed auferetur ab eo quod ex parte eſt, ſiue quod eſt imperfectionis, vt deſinat eſſe imperfecta, ſed eſſe charitas nequaquam deſinet.

*Virtutes aliquas in patria euacuari.*

¶Quum autem dicit: Charitas nunquam excidit, non hoc aſſerit, quòd charitas in hac vita nō poſsit amitti per peccatum, ſed quòd non ceſſabit poſt hanc vitam per ſuperuenientem gloriam, ſicut fides & ſpes, & plura alia ſpiritus ſancti dona ceſſabunt, vt dictum eſt.

*Charitas non excidit.*

¶Prophetiæ, inquit, euacuabuntur, quia ſunt reſpectu futuri. Status auté ęternę beatitudinis futurū nihil expectat, ſed habet finale cōplemétū omniū quę poſſūt deſiderari.

*Prophetiæ euacuabuntur.*

¶Siue linguæ ceſſabūt, eò quòd & huius doni cauſſa ceſſabit, videlicet fidei per diuerſarū linguarū gentes propagatio, non tamé in patria ceſſabūt loquutiones. Erit enim illic laus vocalis, vnde & ipſe vſus linguæ permanebit. Reſurgét quippe ſancti cum omni integritate. Quod non fieret, niſi reſurgétes etiá officiū linguæ, id eſt, ſermonem reportarét. Sed intelligédum eſt de dono linguarum, quo plerique in primitiua eccleſia donati, loquebãtur linguis.

*Linguæ cur ceſſabunt.*

¶Porrò quum ab initio cōditionis humanæ ad diluuium vſque & vltra fuerit terra labii vniꝰ, etiá cōſentaneum rationi eſſe videtur, ꝙ ad ſermonis & linguæ vnitaté natura humana tádé in conſūmatione ſui reducetur, p̄ſertim quū propter peccata hominū cōfuſum ſit labiū vniuerſæ terrę.

*Gen. 11.*
*Sermonis vnitas reuocanda.*

¶Siue ſcientia, inquit, deſtruetur, ſcilicet, quo ad id quod eſt imperfectionis in ea. Verbi gratia: Modo ſcire dicimur quòd deus eſt vbique, ſed hoc vtique imperfectè ſcimus. Ibi verò adeò clarè illud videbimus quòd illud noſtrum

*Scienti deſtruetur.*

vetus

vetus & præteritum ſcire reſpectu illius patientiſsimæ
*Similia.* ritatis,tūc clarè & palàm viſę,abiiſſe putetur. Sicut &
*Eſai.65.* latum lumen deſtrui dicitur adueniente ſole. Et form
ſuperuacuę ſcientiæ illic prorſus deſtruentur. Non er
in memoria(inquit propheta)nec aſcendent ſuper co
¶Porrò ſcientia ſcripturæ diuinæ hic acquiſita, nobiſc
illic eſt permáſura, ablato ab ea quod imperfectionis
*Hieron.* Vnde B.Hyeronymus inuitans Paulinum ad ſacrarum
dia literarum:Hoc diſcamus,inquit,in terris,cuius ſci
tia nobiſcum permaneat in cœlis. Sequitur:

*Ex parte enim cognoſcimus,& ex parte prophetamus.Q autem venerit quod perfectū eſt,euacuabitur quod ex parte e*

*Scientiā noſtrā imperfectā eſſe.* ¶Hîc reddit cauſſam eorum quæ dixit:quur videlicet
phetiæ euacuabūtur, & ſcientia deſtruetur,d. Ex par
nim cognoſcimus,id eſt,Imperfecta eſt ſciētia noſtra
nunc habemus,ea præſertim quæ de deo eſt,ad cuiꝰ n
*Philoſop.* tiam(vt quidam philoſophorum huius mundi dixit)
bet noſter intellectus,ſicut ſe habet oculus noctuæ a
*Pſal.* mē ſolis. Vnde ait propheta: Mirabilis facta eſt ſci
tua ex me,cōfortata eſt,& nō potero ad eam.Imperf
eſt ſimiliter & prophetica cognitio, quia ænigmatic
Quum autē venerit quod perfectum eſt,id eſt,ſtatus
titudinis,omnium bonorum ſecura & ſempiterna
ne perfectus,euacuabitur quod dimidiatū eſt.Quod
dit conſequenter exemplo paruuli, cuius & cogniti
loquela,& ſenſus imperfectus eſt,dicens:

*Quum eſſem paruulus,loquebar vt paruulus, ſapiebam v uulus,cogitabam vt paruulus.Quando autem factus ſum vi euaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænig tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum.*

*In hac vita nos paruulis ſimiles eſſe.* ¶Quum aſſeruiſſet in rei perfectioris aduentu eua
dum id eſſe,quod ex parte conſtaret, nunc exemplu
ducit, quo quantum inter ſe differat præſentis & fu
vitæ, ſcientia patefacit,d. Nunc quidem paruulis ſi
videmur,tunc verò ſumus in viros euaſuri.
¶Loquebar,inquit,vt paruulus: Hoc ad genera lin
refertur.Sapiebam vt paruulus:Et hoc ad propheti
gitabam vt paruulus, quod vtique ad ipſam ſcienti

fe

ferendum eſt. Quum autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Hoc eſt, Quum in futuro ſeculo firmiorem fuero ſcientiam conſequutus, tunc ſanè ea qua nunc poti mur imbecillis erit & per exigua, & paruuli ſimilis.

¶Vnde ſubiecit: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Declarat quod dixerat de paruulo, oſtendens ſubobſcuram nobis eſſe rerum cognitionem, quum clarior tunc ſit omnino futura. Videmus, inquit, nunc per ſpeculum: & vt clarius explicet rei inſpectę imitationé, in ænigmate, inquit, vt preſétis ſciétię quę ex parte eſt multam oſtendat exiguitaté. Núc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum, in quit, Quaſi dicat:

¶Non ego noui eum, ſed ipſe me. Quemadmodum nunc ille mei habés cognitionem, mihi ſucurrit & opitulatur: ſic & ego tunc longe magis quàm in preſenti ad eum con fugiam. Nec tamé id quiſquam putet, quòd omnimodam dei habituri ſimus cognitionem, quantum ipſe ſecundum ſe cognoſcibilis eſt, ſic enim non niſi à ſemetipſo deus co gnoſcitur: ſed intantum ad eius notitam progrediemur, quantum ipſe ſui noſcendi facultatem nobis cótulerit: Et tantò illi plus adhærebimus, quantò ſe nobis propinquio rem præſtiterit,

¶Nec ſecus profectò nobiſcum nunc agitur, quàm ſi quis infantem nobilem aliquem expoſitum & proiectum inue niat, ore blandulum & alludentem, quem ita ſublatum do mum deferat, educétque liberaliter, opibus demum clarú reddat, in aulámq; traducat. Ille uerò in ea infantia quàm diu perſtiterit, nihil ſentiet penitus quæ geſta ſunt, neque eius qui ſe guſtauerit aluerítque, clemétiam internoſcet. At quum in virum euaſerit, tunc tandem hominem cogni turus eſt qui fuerit de ſe tam bene meritus. Eúdémq; nec immeritò beneuolétia proſequetur, túc enim cognoſcet, ſicut cognitus eſt. Cognoſcet, inquam, plenè atque perfectè gratiá adoptantis, quam dum adhuc eſſet paruulus, im perfectè cognoſcebat. Sanè talis erit notitia quá de dei in nos munificentia & benignitate in patria ſum⁹ habituri, ad eá quá núc in via imperfectá habemus & modicá, quę etiá deſtruetur, vt dictum eſt, illa aduenięte quę perfecta erit:

*Parabolam aduerte.*

erit: ſed non ſic charitas. Sequitur enim:

*Nunc autem manent fides,ſpes,charitas,tria hæc: maior* [illegible] *horum,eſt charitas.*

¶Hîc explicat propoſitum, videlicet, quod horum tr[...] donorum quæ ſunt,fides,ſpes, charitas,præſtantiſsi[...] charitas. Nunc, inquit, hoc eſt in ſtatu viæ, manen[...] tria,quibus rectè ordinamur erga deum.Fide nempe[...] reſpondemus diuinæ veritati, Spe ipſius in nos bene[...] tiæ & miſericordiæ, Charitate verò,ipſius immenſ[...]
*Pſal.* nitati.Nam quia verax eſt,debemus ei credere,fidel[...]
*1.Ioã.4.* enim in omnibus verbis ſuis. Quia munificus in [...] miſericors eſt,debemus in eum ſperare.Denique q[...] nus,& fons omnis bonitatis eſt,debemus eum amar[...] prior ipſe dilexit nos, præſertim quum niſi ipſe nos p[...] quam eſſemus amaſſet, non vtique fuiſſemus.Hinc [...]
*Deut.10.* Moyſen dicitur:En domini dei tui eſt cœlum & cœ[...] lorum, & terra, & omnia quæ in ea ſunt,& tamé pa[...] tuis conglutinatus eſt dominus,& amat eos,elegit[...] men eorum poſt eos.Sequitur:Ama itaque dominu[...] tuum, & obſerua præcepta eius omni tempore.

*Augu.* ¶Super quo B. Auguſtin⁹ ait:Quid tibi ſum ego bo[...] mine,vt te amari iubeas à me: & niſi id faciam,iraſ[...] & minaris mihi ingẽtes miſerias, aut quid amor me[...] delecteris in eo? Sed ad verba Apoſtoli redeamus:M[...] inquit,horum eſt charitas.Fides enim & ſpes ſucce[...]
*Charitas* bus eis in patria (vt dictum eſt) clara viſione & tẽt[...]
*donũ om-* ſecura deficient,charitas verò manebit.Ipſa enim [...]
*nium ma* in nos dei donorum præſtantiſsimum donum eſt,[...]
*ximũ eſt.* ſeu decor,& vita cęterarum omnium animi virtu[...]
*Auguſt.* ne hac quantumuis diues pauper eſt, & quantumu[...] per hanc poſſederit,diues eſt.Nam (vt idem B. Au[...] ait:)Vbi eſt charitas,quid eſt quod poſsit abeſſe? vb[...]
*Apoc.3.* charitas non eſt, quid eſt quod poſsit prodeſſe? Hi[...] dam,qui ſine charitate ſe diuitem eſſe iactitabat,i[...] no dicitur: Dicis quia diues ſum,& locupletatus,& [...] egeo: & neſcis quia tu es miſer,& miſerabilis,& p[...] & cæc⁹,& nudus. Suadeo tibi emerè à me aurum ig[...] & probatum,vt locuples fias. Hoc aurum charitas e[...] prudens negotiator vitam mercatur æternam.

# DOMINICA PRIMA Quadrageſimæ.

F*Ratres, hortamur vos, ne in vacuum gratiā dei recipiatis.* 1. Cor. 6.

¶In hac lectione Apoſtolus hortatur nos: Primò, vt dei gratia vigilanter ad ſalutē noſtrā vtamur. Secundò, vt tā per aduerſa quàm proſpera ſpiritualiter proficiamus. Primū facit à principio lectionis. Secūdum, ibi: Per arma iuſtitiæ.

¶Circa primum dicit: Hortamur vos, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Vbi duo facit: Primò nos hortatur, quatenus bene vtamur dei gratia, vt dictum eſt. Secūdò, præcipit cauere à proximorum offenſa, ibi: Nemini dantes.

¶Circa primū hortamur vos, inquit, hortādóque Chriſti vice fūgimur, ne incaſſum accepiſſe dei gratiam inueniamini. Quid enim prodeſſet per hanc à peccatis fuiſſe liberatum, ſi remiſsione accepta, ad priſtinā negligētiā rediretur? Id enim nil aliud foret, quàm in priſtinā illā inimicitiam relabi, ſicque fieret vt fruſtra in nos tāta videretur gratia fuiſſe collata. Nō enim ita exiſtimādū eſt, quaſi in ſola fide ſalus, & peccatorū cōſtet remiſsio, quin & optimo viuēdi genere opus eſt, vt à peccatis ſimus immunes. Porrò exhortationis iſtius cauſam ſubdit, dicens: *Solam ſine operib⁹ fidem nō ſufficere.*

*Ait enim:*

Scilicet, ipſe dominus per Eſaiam Prophetam.

*Tempore accepto exaudiuit te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

¶Tempus acceptabile dicit, in quo per redemptoris gratiam & remiſsio peccatorum fit, & donatur iuſtitia. Illud enim haud dubiè eſt acceptabile tēpus, quo nos à quātiſcunque ſceleribus redeuntes recipit deus, exauditque, & ſaluos facit. Nō enim huiuſcemodi gratiæ ſemper tēpus erit. Poſt exactum quippe vitæ iſtius breuē decurſum, nequaquā patebit precū aut meritorū locus. Ambulate ergo dum vitę huius, gratiæq; cœleſtis lucē habetis, ne vos vel peccatorū, vel mortis tenebrę cōprehendāt. Venit quippe nox, dū videlicet clauſis in ſuprema vitę meta luminibus corporis, nō vltra reuertetur oculus tuus, vt in hoc mūdo videat bona. Venit nox, īquit, in qua nemo poteſt operari *Tēpus acceptabile* *Ioan 12.* *Ioan. 9.* *Iob. 7.*

¶Obſe

*Ad hæc* ¶Obſeruare nouerũt mortales tempus medendi,temp
*quatuor* ſerendi & plantandi,tempus placandi ſeu reconciliand
*obſeruari* Denique tempus negociandi & lucrandi. Et vtique in
*tempus.* & ſimilibus filii huius ſeculi prudẽtiores filiis lucis in
*Lucæ.16.* neratione ſua ſunt. Attamen ſapiens quiſq; tempus ob
*Eccleſ.3.* uat,ſciens q; omnia tempus habent. Ecce,inquit,nunc
pus acceptabile,tempus aptũ,quo poſsimus à peccat
conſcientiæ vulneribus vnctione miſericordiæ diuin
nari, tempus quo virtutum in nobis plantaria & ſem
ſtitiæ ſerere fas eſt,quo rurſus per pœnitentiæ lamẽ
fenſam nobis dei poſsimus placare maieſtatem,quo
que negociatione Euangelica theſaurizare nobis in
poſsimus. Hanc opportunitatem nemo prudẽs præte
nemo contemnat,ne forſan ab ea deſeratur & ipſe,&
prorſus reuocare non poſsit amiſsam. Nam(vt legi
ait)iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tem
*Deut.32* Nõ vanè ergo nos admonet Apoſtolus ne in vacuum
tiam dei recipiamus.

¶Quocirca notandum eſt nos quadrifariã accepiſſ
*Quadri-* tiam,qua monemur vti ad ſalutem. Prima,eſt grati
*faria gra* Chriſtianę. Secũdo, eſt gratia Euãgelicę doctrinę. T
*tia.* eſt gratia remiſsiõis culpæ. Quarta,eſt gratia quadr
malis obſeruantię. Per primã ſpiritualiter plantam
ſecũdam irrigamur. Per tertiã à lapſu rurſus erigim
quartam verò expurgamur & excolimur.

*Gratia fi* ¶ De prima,videlicet, gratia fidei Chriſtianæ, per
*dei Chri-* nobis dominum dicitur:Elegi vos,& poſui vos vt e
*ſtianæ.* fructum afferatis,& fructus veſter maneat. Elegi v
*Ioan.15.* quit,quaſi tenellas adhuc arborum plãtas ex mult
*Epheſ.1.* eorum qui pereunt in ignorantia dei , quaſi ex quod
ſerto. Elegit enim nos(ait Apoſt.)ante mundi conſt
nem,vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu e
*Quę de-* charitate, & hoc eſt quod ait : Et eatis,& fructum
*beamus* tis,fructum videlicet innocentiæ,fructum obediẽt
*fructũ a* ctum pœnitentiæ,fructum patientiæ,& ſimiles,ne
*fferre.* fructum nõ fecerimus, ſterilis ficulneę iudicium
*Luc.13.* mus,de qua poſſeſſor eius ait : Ecce anni tres ſunt
venio quærens fructum in ficulnea hac , & non in
Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat

uetat quippe illam in vinea ſua fructuum gratia. Haud ſecus (vt dictũ eſt) elegit nos dominus in eccleſia ſua, quaſi in terra vberi, & in loco ſelecto plantauit, non vt à piis operibus ſteriles, ſed fœcundi fructibus iuſtitiæ reperiamur, de qua gratia alio loco dicit Apoſt. Fide ſtatis. *2. Cor. 1.*

¶De ſecunda gratia quæ eſt Euãgelicæ doctrinæ, qua ſpiritualiter irrigamur, illud intelligere poſſumꝰ. Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, & tanquam imbres mittit eloquia ſapiẽtiæ ſuæ, vt per illam ad ſpiritualem fœcunditatem irrigemur. De qua rurſum gratia moyſes ait: Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Sicut enim niſi compluatur terra, induratur, & ſterilis efficitur, (ſicut in diebus Heliæ patuit) quum clauſum eſſet cœlum annis tribus & menſibus ſex, & facta eſt ſterilitas magna: & rurſus, quum ob peccatum Saul in Gabaonitas nõ pluit ſuper terram Iſraël in diebus Dauid regis per annos tres, pluuiæ defectum, ſterilitas terræ & fames eſt ſubſequuta: ita & dei verbo ab hominum mentibus deficiente, conſequens eſt vt indurentur, & à fructibus vacent iuſtitię, quæ cœleſtis verbi doctrina, quaſi oportuna pluuia rigatę, fructum ſuum daturæ erant in tempore ſuo, ſecundum quod per Prophetam de efficacia verbi ſui loquitur, dicens: Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illic vltra non reuertitur, ſed infundit terram, & germinare eam facit, & dat ſemen ferenti, & panẽ comedenti: ſic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcũque voluit, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Si verò nec per irrigationem diſciplinæ cœleſtis humani cordis ager fructificet, audi ſuper hoc ipſius iudicium: Terra ſæpe venientem ſuper te bibens imbrem, & germinãs herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo. Proferẽs autem ſpinas & tribulos reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem.

*gratia qua rigamur. Matth. 5. Eccle. 39. Deut. 32. Dei verbo deficiente. 3. Reg. 17. Eſa. 55. Heb. 6.*

¶De tertia gratia, ſcilicet remiſsiõis culpæ, aduerte quòd ſicut arboris planta, nec dum firmiter radicata, plerunque vel propria imbecillitate, vel pondere grauioris comæ, vel vi ventorum, in terram prolabitur: ita nimirum & mortalis homo, vel propriæ corruptione naturæ, vel diabolica

*Gratia qua lapſi erigimur.*

bolica aut certè prauorum hominũ ſeductione cito i
tu rectitudinis in culpam dilabitur, qui tum rurſus e
tur, quum per pœnitentiam cõſequitur ſpem de remi
ne peccatorum.

*Gratia quia exco limur.* ¶De quarta gratia, videlicet quadrageſimalis obſeru
illud eſt conſyderandũ, quod quadrageſimale ieiuni
modũ efficacis & neceſſariæ cuiuſdã medicinæ anim
corporibúſque curandis ſalubriter inſtitutum eſt. R
vt per huiuſcemodi obſeruationẽ ieiunii corpus no
(quaten⁹ debitos pœnitẽtię fructus adferat) excola

¶Quum enim ficulneam illã ſterilẽ in Euãgelio iuſ
*Luc.13.* domin⁹ ſuus exſcindi, interpellauit pro illa cultor, d
Dimitte eã & hoc anno, donec fodiam circa illam, &
tam ſtercora. Et ſi quidẽ nec ſic fructũ fecerit, excid
Hoc nimirũ inſinuante parabola, ꝙ dominus ipſe q
mortem, ſed pœnitẽtiã deſyderat peccatorum, diſſim
*Sapiẽ.11.* peccata hominũ propter pœnitentiam. Sicut Eſaias
*Eſa.30.* tur, dicẽs: Propterea expectat dominus, vt miſerea
ſtri. Longanimiter enim & patienter expectat, ſi f
debitam & profundã humiliationem, & amiſſorum
dicam cõfeſsionem, ac ieiunij perſolutionẽ, quaſi p
ſionem circa radicem, & appoſitionẽ ſtercorum, &
cum inutiliũ & malorũ pręſciſsionẽ peccator reſ
& cõualeſcat ad mores rectos. Rectè nos monuit A
lus, ne hanc tam magnam atque multiplicẽ grati
cuum & fruſtra recipiam⁹, ne forſan iraſcatur dom
*Eſa.5.* dicat: Quid vltro debui facere vineæ meæ, & nõ fe
pectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas, & ven
nos id quod ſubiecit, dicens: Et nunc oſtendã vob
ego faciã vineæ meæ. Auferã ſepẽ eius, & erit in d
nem. Diruã maceriam eius, & erit in cõculcatione
putabitur & nõ fodietur, & aſcẽdent ſuper eam v
ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluàt ſuper eam, i

*Gratiæ nomine quin.* ¶Poſſunt nihilominus gratiæ dei vocabulo cætera
in nos dei dona cõprehendi, gratis enim cõferũtur
modi ſunt, fides, ſpes, charitas, naturæ bonitas, int
ſenſuum, perſpicacitas intellectus, ſanitas mẽbro
tas opum, vſus tẽporis, denique vſus rerũ quarum
bis conceſſarum, quibus omnibus vti iubemur ad

¶Porrò dei gratiam in vacuum ille accepit, qui gratiã fidei, & remiſsionẽ peccatorum cõſequutus, præceptis dei obaudire recuſat, cuius fides (quod ſine operibus ſit) mortua reputatur & inanis. Bona quoque temporalia in vacuum ille accepit, qui iuxta cõſilium domini non ſibi inde facit amicos, qui illum quum hinc fuerit demigrandũ, recipiant in æterna tabernacula. Vires inſuper & ſanitatem ac robur membrorum hi fruſtra acceperunt, qui non domino, ſed fornicationi corpora ſua ſubſternunt. *In vacuũ gratiã accepit.* *Iacob. 2.* *Luc. 16.* *1. Cor. 6.*

¶Circa ſecundum quo nos monet cauere à proximorum offenſa dicit:

*Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum.*

¶Tacitè culpat eos quorum malè acta à multis reprehẽduntur, quod vtique redundat in vituperium & dedecus miniſterij, tam ipſorum, quàm ſuorũ doctorũ: nam culpa diſcipulorum redundat in doctorem. Quãuis id fortaſſe, nõ abſurdè, & aliter poſſet intelligi, vt ſit ſenſus. Nemini demus vllã offenſionem, ne propter hoc miniſterium noſtrum deo non ſit acceptum. Si enim offers munus tuum, inquit dominus, ad altare, & recordat⁹ fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, quia videlicet offenſionẽ ei aliquam dediſti, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Nemini ergo, inquit, dederitis vel verbo vel opere vllam offenſionem. Sequitur: *Offenſionẽ nemini dandam.* *Mat. 25.*

*Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros.*

¶Ac ſi dicat: Nõ ſolùm hoc neceſſe eſt, vt ab aliorũ offenſione, & ab omni culpa vacem⁹, ſed inſuper id à nobis requiritur, vt ex noſtro rectè viuendi modo perſpicuum ſit dei nos eſſe miniſtros, qui illi & verbo & opere militent, & illius obſequiis ſe totos eſſe deditos probẽt. Quibus ipſe dicit: Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. Et iterum in euãgelio: Qui mihi miniſtrat, inquit, me ſequatur. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, id eſt, Chriſti ſeruũ eſſe, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. *Leuit. 19.* *Ioan. 12.*

*In multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus.*

¶Hic docet vti dei gratia, quo ad quędã exercitia in ſpe-

ciali,dicẽs:In multa patiẽtia.Ac ſi dicat: Dei miniſt[illegible] imitatoresChriſti decet patiẽtia,&hac quidẽ nõ mo[illegible] ſed aſsidua & multa,quoniam multa occurrunt mo[illegible] Ideoq; non ſemel atq; iterũ erit patientia præſtand[illegible] exhibenda vſq; in finem. Vnde & alibi dicit: Patiẽti[illegible]

*Heb.* 10. bis neceſſaria eſt, vt voluntatẽ dei faciẽtes, reporte[illegible] miſsionẽ. Quibus autẽ in rebus patientia ſit exhib[illegible] oſtẽdit,dicens:In tribulationibus,ex aduerſariorũ p[illegible] quutionibus.In neceſsitatibus, ex inopia & defectu[illegible] rerum quæ ad vitã ſunt neceſſariæ. In anguſtiis,e[illegible] dẽdi difficultate.In plagis,quod difficilius eſt, qu[illegible] corpus afficiãt acerbo doloris ſenſu, denique in c[illegible] bus inquit:frequẽter enim Apoſtolus ipſe,& plagi[illegible] ctus,& in carceres miſſus eſt.In ſeditionib⁹.Vt en[illegible] lo loco tutus eſſet,aduerſarij cæteros in eum in ſe[illegible] cõmouebant. Itaque in iſtis,& huiuſmodi malis q[illegible] bis extrinſecus infliguntur,docet bene vti gratia [illegible]

¶Conſequenter autem docet eadem bene vti in [illegible] fidelis quiſque propter deum ſponte aſſumit,dic[illegible]

*In laboribus,in vigiliis,in ieiuniis.*

¶In laboribus enim, vt verè Chriſti miniſtrum [illegible]

1. *Cor.* 4. lus ſe exhibebat,ſicut ipſe ait: Vſque in hanc hor[illegible] rimus,& ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædi[illegible] inſtabiles,ſumus,& laboramus operãtes manib⁹ [illegible]

*Cur apoſtolus manibus ſuis laborabat*

¶Laborabat autẽ,tum ne vllo vnquam tempore [illegible] peret,tum vt cæteris exemplum operandi præbe[illegible] vt iuxta præſcriptum diuinæ ſententiæ, In ſudo[illegible] ſui veſceretur pane ſuo, tum ne propter quæſtum [illegible]

*Gene.*3. care videretur ſicut faciebant pſeudoapoſtoli,qu[illegible] lendi incautos viam præcludere volebat, vt in q[illegible]

2.*Cor.*11. riantur,inquit,inueniantur ſimiles nobis,id eſt,[illegible] pientes à populo, tum denique ne illos, quibus p[illegible] bat,quoquo modo grauaret, Sequitur:

*In vigiliis* ¶In vigiliis,aut ſpontaneis orandi vel docendi c[illegible] etiam gratia laborandi manibus vltro ſuſceptis,[illegible] perſequentium inſectatione toleratis.

*In ieiuniis* ¶Proinde, In ieiuniis,inquit, aut voluntariè cruc[illegible] ſti amore aſſumptis, aut certè nõnunquam ex in[illegible] ceſſarij commeatus perpeſsis.

¶Sed ex iſtis quæſtio ſuboritur: Quum enim tot difficultatibus agitentur ſancti, quid eſt quod dominus ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Videtur enim quòd non à laboribus ad quietem, ſed à quiete ad laborem vocati ſunt. Dicit enim aliquis: Quomodo iugũ ſuaue eſt, & ſarcina leuis? & quomodo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & nõ: Venite qui vacatis vt laboretis. *Quæſtio.* *Mat. 11.*

¶Ad hoc dicendum eſt, quòd quum aſpera & grauiora ſuſtinent ſancti, adeſt profectò ſpiritus ſanctus qui in exterioris hominis labore & conſumptione, interiorem hominem renouat de die in diẽ. Et guſtata requie ſpirituali, ſpe futuræ beatitudinis omnia aſpera reuelat & mitigat: vnde fit vt etiam in tot duris & aſperis, Chriſti iugũ ſuaue, & onus eius leue ſit. Requies enim interius viuificãte & lætificante ſpiritu ſancto datur, quo etiam ſpe futurorum (vt dictum eſt) aduerſa omnia huius temporis mitigantur. Omnia enim quantumuis immania & ſæua, facilia & propè nulla facit amor. Alioqui mors prorſus in olla, niſi veri Heliſæi farinula dulcoretur. *Solutio.* *4. Reg. 4.*

Deniq; exhibeam⁹, inquit, noſmetipſos vt dei miniſtros.

*In caſtitate, in ſciẽtia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei.*

¶In caſtitate, inquit, mentis, ſcilicet & corporis. Sed quoniam difficile & arduum eſt hominem ſine vlla ſubſiſtere voluptate: idcirco ne illa magis in carne quàm in ſpiritu quæratur, ſubiecit: *In caſtitate.*

¶In ſcientia, quaſi dicat: Exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in ſcientia, ſcilicet ſcripturarum veteris ac noui teſtamenti, vt ex illa ſanctam & caſtam capiamus voluptatem. Ait enim beatus Hieronymus: Ama ſcientiã ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Rurſus: In ſcientia ait, qua pernoſcatis qualiter vobis ſit conuerſandum, quídve aut credendum, aut ſperandum, quid faciendum, & quid fugiendum. *In ſciẽtia* *Hieron.*

¶Porrò ne vos temporalium aduerſitatũ diuturnitas fatiget, exhibeatis vos, inquit, vt dei miniſtros in longanimitate *In lõganimitate.*

mitate patienter dei promiſſa præſtolãdo. Ne auten
bus aduerſis anxiè examinati, aliquam in animo am
lentiam fortaſſe contraxeritis, quum longanimitatẽ
præcepiſſet, mox ſubiecit:

*In ſuaui-tate, in ſpi-ritu ſan-cto.* ¶In ſuauitate, in ſpiritu ſancto, quæ prorſus omnem
pellit amarulentiã, affabilẽ in verbo ad proximum,
cem in conuictu reddens. Sit autẽ, inquit, ſuauitas in
ſpiritu ſancto, vt fictio & dolus & carnalitas exclu
Verùm quia hęc ſine charitate exhiberi vix poſſũt,
quia charitas à ſpiritu ſancto eſt, mox adiungit, dicens

*In chari-tate non ficta.* ¶In charitate non ficta. Multorum enim eſt charita
mulatą & ficta, qui vidẽtes proximũ neceſsitate qu
anguſtiatum, quẽ ſe charitate fraterna diligere ſimul
negligunt & cõtemnunt: Sed charitas non ficta eſt
qui proximum, quẽ in rebus proſperis dilexerãt, in a
ſis cõſtitutum nõ derelinquunt. Hoc enim eſt dilige
verbo tantùm aut lingua, ſed opere & veritate.

*In verbo veritatis.* ¶Quoniam verò dei & proximi charitas, ſyncerum
delem reddunt hominem in verbo, idcirco quum p
ſiſſet charitatem nõ fictã, mox ſequutus adiecit: In
veritatis, ſcilicet exhibeamus nos ſicut dei miniſtri
dei verbum, quod vtique verbum veritatis eſt, nec
ſimus adulterantes, & vt loquamur veritatem vnuſ
cum proximo ſuo.

*In virtu-te dei.* ¶Verùm ne hęc quæ dicta ſunt (& exprimunt veros
ſtros dei) nos aliunde aſſequi poſſe arbitremur q
deo, cui nihil impoſsibile eſt, & illud tandem adie
virtute dei, ſcilicet ſperando, non in hominibus
bus, aut in nobiſipſis, ſed in virtute dei, inquit, eidẽ
ti veraciter & fideliter attribuentes, ſi quid rectè p
geri videatur.

## HOMILIA ALTERA.

*2. Cor. 6.* PEr *arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.*

*Aduerſis pariter & pro-ſperis be-ne vti.* ¶In ſuperioribus docuit Apoſtolus, quate
gratia ad ſalutem noſtram vtamur. Hic cõſe
hortatur, vt tam per aduerſa quàm per proſpera
ſtudeamus, dicens: Per arma iuſtitiæ. Hoc eſt, Virtu
mis muniti, incedamus in proſperis & in aduerſis
autẽ arma, id eſt, munimentũ virtutis à dextris q

ſeculi ꝓſpera & bláda in ſuperbiã nõ extollũt. A ſiniſtris quoq; habet arma, quẽ aduerſa nec deiiciũt, nec frãgunt. ¶Paulus à dextris & à ſiniſtris arma portabat, atque ſecurus per medium inter vtraque, ꝓſpera ſcilicet & aduerſa incedebat, qui & in proſperis humilis, & fortis erat in aduerſis. Adſit ergo & nobis in reb⁹ aduerſis ſpei fiducia, in proſperis autẽ nos coërceat timor, ne vel aduerſa in deſperationem nos pertrahant, vel proſpera, fiducia vana deceptos, per ſuperbiam extollant.

¶Siquidem hæc duo, timor & ſpes, ſunt nubes per diem ab æſtu protegens, & columna ignis per noctẽ dei populo lucens in deſerto, donec ad promiſſam venirẽt hæreditatem. Hæc deniq; ſunt inferior illa mola atq; ſuperior, videlicet ſpes ſupportãs, & timor deorſum premens, quarũ neutrã loco pignoris auferre creditori fas eſt. Sanè noſtri muneris eſt, in vtriſque, proſperis ſcilicet & aduerſis nos ita gerere, vt vtraq; noſtris profectibus ad dei gloriã obſecundẽt ipſius Pauli exẽplo, qui neq; triſtibus & aduerſis contraheretur, neque lætis & proſperis inſoleſceret, ſed poti⁹ hæc ipſa, vt arma iuſtitiæ ſibi eſſent, virtute faciebat. *Exod 13.* *Nubes & columna ignis.* *Deu. 24.*

*Per gloriam & ignobilitatem.*

¶Quia & inter illos à quibus glorioſi dicimur, & inter illos à quib⁹ dicimur ignobiles incedere debem⁹ tum modeſtè & temperanter, tum patienter & æquanimiter, ſicut miniſtri dei, vt neq; eorũ qui nos amãt laude aut fauore eleuemur, neq; odientium nos cõtumeliis & detractiõe deiiciamur, ſed tã gloria quàm ignobilitate, quaſi armis iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris depugnemus.

¶Quòd ſi quæras, quo pacto pro armis iuſtitiæ hæc Apoſtolo fuiſſe potuit gloria. Equidẽ quia multos ad religionem inducat & fidẽ, qui præceptori defertur honos. Nec id humilitati Pauli derogabat, qui nec laudat⁹ gloriabatur, nec affect⁹ ignominia deterrebatur. Quin poti⁹ vtraque ad probitatem, vel ad patientiam cum prædicationis officio exercebat. Sequitur: *Præceptoris honos eius doctrinã cõmendat.*

*Per infamiam & bonam famam.*

¶Dicebatur Apoſtolus ipſe ab aliquibus impoſtor & Magus, ab aliis autem prædicator veritatis. Nam (vt Lucas memorat) gentiles in Lyſtris ciuitate Lycaoniæ, Pauli *Pauli fama bona & infamia.*

 *Act. 14*

virtutibus & miraculis perculſi, volebant illi & Barn
non vt mortalibus hominibus, ſed vt diis immortali
tauros ſacrificare, dicẽtes Barnabã Iouem, Paulum v
Mercurium eſſe, eò quòd eſſet dux verbi. Ecce quàm
na fama, quàm ſublimis de apoſtolis opinio.

¶Protinus aũt agẽtib⁹ Iudæis, & cõcurrãtibus, turba
uerſum eos in ſeditionẽ & tumultũ, lapidatus eſt Pau
ita vt ꝑ mortuo extra ciuitatẽ à lapidãtib⁹ relinquere

*Act.16.* ¶Rurſus, Philippis ciuitate Macedoniæ à quibuſdã
lus cum ſuis venerabiliter ſunt excepti, vbi mox abe
magiſtratu (vt malefactores) ſunt flagellis cæſi, & co
in carcerem: qui tamẽ aliorum aſſertione ſancti, & m
honore digni habebantur. Itaque per bonam famã g
bat ſe vti decet miniſtrũ Chriſti, & nihilominus per
miam. Nam & hac ad Chriſti gloriam vtebatur, prop
amore iniquum de ſe rumorem patienter ſuſtinẽdo, q
vtique magni momenti eſt.

¶Infamia enim acerrimè mentẽ mordet. Vnde & d
nus beatos aſſerit, qui conuitia & cõtumelias perfe
*Mat.5.* Ipſa nẽpe infamia cruciatib⁹ ipſis videtur acerbior
*Infamia* quum corpus tormentis vrgetur, dolorẽ patitur ca
*acerrima* ſum habens: quum verò infamia afficimur aliqua, a
*mordet.* incumbit quicquid eſt oneris. Per infamiam, inquit
nam famam, prudenter incedamus, vt quum per bo
mam demulcemur, vobiſipſis ſimus iudices: dum
per infamiam immeritam dehoneſtamur, ſolatio
ſit bona conſcientia. Sequitur.

*Vt ſeductores, & veraces:*

¶Exponit quod præmiſerat per infamiã & bonam
Ab infidelib⁹ enim apoſtoli dicebãtur eſſe ſeducto
Magi, à fidelibus autẽ ꝑpter ſalutarẽ eorũ doctrina
gna, veraces & iuſti. Sed quis inde miretur? Si enim p
*Mat.10.* familias Beelzebub vocauerũt, quãtò magis dome
eius? A Iudæis enim dñs ipſe ſeductor eſt appellatu
*Mat.27.* de & ad Pilatũ de illo dicebant: Domine recordati
quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies
gã. Itaq; vel ipſius Chriſti exẽplo, vt ſeductores ap
fideles, & veraces apud credẽtes incedamus patie
modeſtè, vtrinq; virtutũ armis protecti & tuti, Seq

*Sicut qui ignoti & cogniti.*

¶Nos, inquit, ſumus habiti vt ignoti & reprobati à deo & hominibus, quum tamen ſimus à deo verè cogniti & probati, & interdum etiam ab hominibus. Ignoti quidem impiis, fidelibus autem in conuerſatione & doctrina cogniti, quòd veri dei cultores ſumus: ſed inter hæc incedimus armis iuſtitiæ muniti vt nec deſpectio nos deiiciat aut cõtriſtet, nec extollat exhibita veneratio. Sequitur:

*Quaſi morientes & ecce viuimus.*

¶Morimur, inquit, ſecundum voluntatem & opinionem nobis inſidiantium. Veruntamen quantum ad dei virtutẽ nos protegentem, ecce vita fruimur. Denique apud multos habiti ſumus,

*Vt caſtigati, & non mortificati.*

¶Vt caſtigati .i. per verbera à prædicatione prohibiti ſumus vt putaremur cedere, ſed non ſumus mortificati, quia nõ vicimur, nec plagarũ terrore cedimus. Mortificatur enim hoc loco, qui nõ ꝑmanet in fidei cõfeſsiõe. Vel ſi mauis, de corporali nece potes dictũ accipere. Vel etiam ſic: ¶Caſtigati ſumus preſſuris. Permiſit enim eos deus multimodis exerceri preſſuris, vt meritis creſcerent. Fiunt, inquit, hæc dei permiſſu ad noſtri caſtigationem, vt tamẽ ad futuram mercedem nõ paruum ſit interea huiuſce caſtigationis lucrum. Quod à Pſalmiſtæ verbis deſumptum eſſe conſtat, quum inquit: Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me.

¶Quádo enim flagellábátur Apoſtoli & martyres, caſtigabat quidẽ illos deus, ne ſe extollerẽt ꝓpter gratiæ dona illis cõceſſa, p quę erãt mũdo admirabiles, ſed incolumes ſeruabat & viuos vſque ad tẽpus à ſe præfinitũ. Sequitur:

*Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.*

¶Ac ſi dicat: Exteriori quidẽ hac facie videmur mœrore cõfecti, int⁹ tamẽ incredibili fruimur ſuauitate. Nõ enim interruptũ vel inſtabile eſt gaudiũ noſtrũ, ſed cõtinens & perpetuum. Quãuis enim triſtes deforis apparemus inter preſſuras nos inſectãtiũ, intus tamẽ per ſpem gaudemus, ſecuri cœleſtiũ pręmiorũ, ſcientes quòd non ſunt cõdignę paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Hinc enim quaſi triſtes, non autem triſtes, *Roma. 8.*

quaſi verè triſtes, ſed ſolùm apparẽter, reuera autẽ ſe-
gaudẽtes ſumus, quia huiuſcemodi noſtra triſtitia ga-
*Prou.15.* um operatur, gaudiũ vtique ſanctum & ſecurum, quæ
per habet bona conſcientia. Vnde & per Salomonem di-
tur: Secura mens quaſi iuge conuiuium. Sequitur:

*Sicut egentes, multos autem locupletantes.*

*Paulus pauper, pauperes ſuſtentat* ¶Ac ſi dicat: Et ſi difficulter & cum laboribus victũ &
veſtitum ſtrictũ ac tenuem habeamus, tamẽ per doct-
fidei, plurimos in ſpiritu locupletamus. Suſtentabat e-
ipſe Paulus pauperes ſanctos, qui degebãt in Iudæa q-
exemplum Chriſti & Apoſtolorũ eius vitam & mor-
euãgelicæ perfectionis exẽplar inſtituerãt, nihil pro-
poſsidentes. Denique per Pauli doctrinã plurimi di-
runt iuſtè & piè viuere, qui per hoc proficiebãt, nõ ſo-
*Iob.1.* ſpiritualiter, & in bonis moribus, ſed etiã interdũ in-
ralibus diuitiis, iuxta illud: Operibus manuum eius be-
dixiſti, & poſseſsio eius creuit in terra. Et præter hæc
quit, habiti ſimus non ſolùm ſicut egentes, ſed etiam,

*Tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes.*

*Omnia qualiter poſsidebant Apoſto.* ¶Nihil, inquit, habẽtes, terrenum videlicet & prop-
ſed omnia poſsidentes in communi, quomodo viue-
deles ſub Apoſtolis in eccleſia primitiua. Vel, omnia p-
dentes, ſpiritualia ſcilicet, & temporalia bona. Hæc
fuit Apoſtolorum gloria nihil omnino poſsidere, ſin-
licitudine & cura rerum temporaliũ viuere, & tam-
res ipſas, quàm rerum dominos poſsidere.

*Valerius* ¶Vnde memoratur M. Curiũ reſpondiſſe, quando c-
*M. Curii Conſulis exẽplum* Samnytes cum exercitu Cõſul miſſus, hoſtium lega-
ſe venientibus, & vt diſcederet magnum auri põdu-
rentibus, ligneo ſedens ſcãno, & fictilibus vtens in-
ait: Carum vobis & ſuperuacuum mihi metallũ in p-
reportate. Nõ enim aurum habere, ſed aurum habe-
imperare volo. Et memẽtote Curiũ ſicut nec auro co-
ita nec acie poſſe ſuperari. Idipſum profectò dixiſ-
tuiſſent Apoſtoli, ex quorum omnium perſona Pau-
ait: Tãquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Ta-
liter B. Petrus, ſuo & Apoſtolorum cæterorum nomi-
quens, ait: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſu-
*Mat.10.* Omnia tamen Apoſtoli poſsidebãt in Chriſto, quipp-
om-

omnium dominus eſt,& cui ſubiecta ſunt vniuerſa. Data enim eſt ei om̃is poteſtas in cœlo & in terra,eóq; & Apoſtoli omnia ſibi putabãt eſſe ſubiecta,quòd omniũ dñm & poſſeſſoré per fidẽ &charitatẽ ſe poſsidere nõ ignorabãt. *Mat.vlt.*

¶Vnde & B. Hieron.ad Paulinum ſcibẽs,ait: Credẽti totus mundus diuitiarum eſt.Aduertendũ verò eſt in alteris ſupradictorũ ſemper additũ eſſe,velut,vel quaſi,vel ſicut, vel tãquam,eò ꝙ hęc quibus ea,vel eorũ aliquod adiũctũ eſt,ſicut in ſomnis trãſeunt,contraria verò aſſeruntur ſine quaſi quòd vera & certa ſubſiſtãt. Verbi gratia: Quaſi triſtes, inquit,quia triſtitia iſta noſtra habet quaſi, gaudium verò nõ habet quaſi.Quare hoc?Profectò,quia gaudiũ ſanctorum certa res eſt: Triſtitia verò huius tẽporis, ſicut in ſomnis eis trãſit.Quaſi triſtes,inquit,ſemper autẽ gaudẽtes. Veluti,quũ quis ſomnium ſuum vigilãs indicat,addit quaſi,dicens: Putabã me,quaſi ſediſſem,vel quaſi rem aliquã inueniſſem,vbiq; dicit,quaſi.Quia quod videbat dormiens,quũ euigilauerit nõ inuenit:euanuit enim,quia nõ res vera ſubſiſtens,ſed tantùm rei ſubſiſtentis imago fuit. *Hieron. Aduerſa ſanctorum apparentiam, læta autẽ habẽt veritatem.*

## DOMINICA SECVNDA Quadragæſimæ.

F*Ratres,rogamus vos & obſecramus in domino Ieſu,vt quẽadmodũ accepiſtis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare,& placere deo,ſic & ambuletis, vt abundetis magis.* *1.Theſ.4.*

¶In hac lectione Apoſtolus duo facit: Primò monet fideles, vt in doctrina ab ipſo percepta proficiãt.Secũdò,quędam oſtendit,quæ neceſſe eſt vt proficere volentes in bono, omnino deuitent. Primum facit à principio lectionis. Secundum,ibi:Hęc eſt enim voluntas dei.

¶Circa primum dicit:De cætero fratres rogamus vos.Oſtẽdit quid poſt acceptam ſalutis doctrinam ſequi debet, Ac ſi dicat: Superiori tempore de neceſſariis ad ſalutem, Verbi gratia: De credendis,de ſperandis,de cauendis,de proſequendis,vos plenius (vt ipſi noſtis) inſtruxi. Colui vineam,ſeminaui agrum.Quid expectandum,niſi vt inde fructus ſequatur?Idcirco rogamus vos, & obſecramus in domino Ieſu(id eſt,ſi Ieſum diligitis,acquieſcite roganti) vt quemadmodum accepiſtis à nobis, verb[illegible] opere, quomodo

quomodo vos oporteat ambulare & placere deo, ſic am-
buletis. Quod rogat & obſecrat per Chriſtũ, vbi poſſet iu-
bere, modeſtiæ pariter & prudẽtiæ eſt. Nouerat ꝓbè qu
ſicut remiſsius imperanti facilius paretur, ita etiam imp
rioſè rigideq́ue præcipienti & difficilius auditur & cr
contra dicitur.

*3. Reg 12* ¶Roboam populo ſupplicanti vt imperiũ graue pau
*Roboã ſu* alleuiaret, auſterè & ſuperbè reſpõdẽdo perdidit regn
*pbè impe* Iſraël. Hinc ſacerdotibꝰ qui grandia iubẽt, nec minima
*rãs amiſit* ciunt, à domino dicitur per prophetam: Gregẽ meum
*regnum.* paſcebatis. Sed cum auſteritate imperabatis eis & cũ p
*Ezec. 34* tia, & diſpſæ ſunt oues meæ, eò ꝙ nõ eſſet paſtor, & fa
ſunt in deuorationem omniũ beſtiarum agri. Prudẽter
go maluit Apoſtolus obſecrare quã imperare. Nec ta
id ſuo nomine, ſed in domino Ieſu putauit obſecrãdũ,
*2. Cor. 5.* ſi dixiſſet: Monet & rogat vos per me pręconem ſuum
minꝰ Ieſus. Vnde & alio loco ait: Deꝰ erat in Chriſto m
dum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum
& poſuit in nobis verbum recõciliationis. Pro Chriſto
go legatione fungimur, tanquam deo exhortãte per
Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo.

¶Rogat itaque quatenus ſecũdũ quod ab ipſo accepe
ſtudeãt ambulare & placere deo, quia nõ auditores le
iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabunt
*Roma. 2.* ¶Non enim datur mortalibus diuinę legis ſciẽtia ta
*Legis tan* vt ſciãt, ſed vt faciant & viuant ſecundum eam. Vnde
*tùm audi* inter ſciẽtias ſpeculatiuas (quæ ſunt propter ſcire ta
*tores fal-* computatur, ſed inter eas quæ practicæ vocãtur, quæ
*luntur.* propter praxim, id eſt, operationem dirigẽdam, Si q
*Iacobi. 1.* go (vt B. Iacobus ait) auditor eſt verbi, & nõ factor, h
parabitur viro cõſyderãti vultum natiuitatis ſuę in ſp
*Similia.* lo, ſcilicet fruſtra, ſequitur enim: Conſiderauit ſe, & a
& ſtatim oblitus eſt qualis fuerit, vtique inſipiens &
*Mat. 7.* tus ſecundum ipſius domini ſententiam, qua ait: Om
qui audit verba mea, & non facit ea, ſimilis erit viro
to, qui ædificauit domum ſuam ſuper arẽnam, & ce
& fuit ruina illius magna. Similis proinde eſt hu
modi auditor otioſus agro ſterili, qui quantumlibet
tur & ſeminatur, nullum tamẽ cultori ſuo reddit fru

R

Rurſus vineæ quę multo labore culta, ſterilis perſeuerat. Huiuſcemodi autem tã ager quàm vinea execratione digna iudicantur. Vnde per Eſaiam dominus dicit: Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Itaque ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi. *Eſa.5.* *Iaco.4.*

¶Quiſquis enim cibum ſumit, quem infirma digerẽdi vis concoquere non ſufficit, ſed manet in ſtomacho crud⁹, is vtique ad nocumentum magis, quàm ad nutrimentum, cibum hunc ingeſſerit. Similiter qui medicamẽ aliquod corruptorum humorum expurgandorum gratia ſumpſerit, quod ſine effectu hæret in ægro corpore, id vtique ei non mediocriter nocet: Sic nimirum dei ſermo medicamẽ animæ eſt, vt per illud mente receptum vetus peccati fermẽtum expellatur, ſed adeò quorundam intima peccati vir⁹ penetrauit, vt nullo medicamine poſſit expelli, ſicut per prophetã de peccato dicitur: Et intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius. Et mox imprecatur, dicens: Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur, & ſicut zona qua ſemper præcingitur. *Simile.* *Simile.* *Pſal.*

¶Porrò ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulauit multis. Quoniam autem quiſquis agrum ſeminat, plus intendit inde colligere quàm ſparſerit, hinc eſt quòd quum doctrinę ſemen cordibus credentium quaſi agro culto Apoſtolus inſeruiſſet, abundantiorem exigit meſſem dicens: *Luc.12.*

¶Sic & ambuletis, vt abũdetis magis. q.d. Hoc oro & exopto, vt operibus bonis & probatis morib⁹, acceptã doctrinã non modò exæquetis, ſed etiam ſuperetis, vt opere ſupra doctrinã abũdãtes, agro feraci adſimilemini, qui ſuo cultori cum fœnore multo refũdit impenſas, benedictione multa ob fœcũditatis ſuæ meritũ cumulãd⁹, ampliuſque colendus. Siquidem habenti dabitur, & abundabit. *Mat.25.*

¶Cõgruè verò ſimul hęc duo iũgit, ambulare & placere deo. Remiſſus enim & deſes minime deo placet. Nã & veteri prouerbio decãtatum eſt, Quonniã cęcus & claud⁹ nõ intrabunt in templum. Nam ambulare iſtud, in ſtudio virtutũ proficere eſt. Quiſquis ergo deo placere deſyderat, ſtudeat virtutũ profectibus ambulare. Multa ſunt aũt quæ compellant etiam pigros & deſides ad ambulandum. *2.Re.5.*

¶Compel-

*Etiã deſidem hæc faciũt ambulare.* ¶Compellit enim fames médicum vt ambulet,panẽ m
dicaturus.Vnde per Ieremiã dicitur,Omnis populus eī
gemens,& quęrẽs panem.Ad morem enim pauperũ
dicorum ſpiritu ambulare debemus , cibum qui nõ pe
*Thren.1.* ſed permanet in vitam æternam quæritando.
*Ioan.6.* ¶Secundò,vulnus ſaucium cõpellit vt ambulet,medic
*Heb.9.* aditurus.Porrò ſauciarũ cõſcientiarum Chriſtus med
*Mat.9.* eſt,Sãguis enim eiꝰ emũdauit cõſciẽtias noſtras ab op
bus mortuis ad ſeruiẽdũ deo viuẽti. Vnde & ipſe me
ſe profiteri dignatus eſt malè habẽtibus opportunum
mediũ quo ſanat peccatrices animas,pœnitẽtię ſacra
tum eſt. Quis itaque iam delictorũ vulneribus ſauci
hunc medicum,& huiuſcemodi remedium non feſtin
¶Tertiò ,ad ambulandum ſtimulat amor patriæ per
num.Nam ſi in cœlo adſcripti ciues ſumus,& in hoc m
do peregrinos nos eſſe cognoſcimꝰ,profectò patriam
ſtrã deſyderamus.Quam ſi negligimꝰ,tota mẽte,terr
ſemper rebus intenti,vtique teſtamur nos illi patriæ r
tiaſſe,ac terræ ciues eſſe,non cœli.
*Atroces nos hoſtes inſequuntur.* ¶Quartò,ad ambulandum,imò & ad currendũ vrget
minens hoſtis timidum. Et certè atroces & formid
nos hoſtes inſequũtur, ſcilicet mors ipſa humani ge
inimica,proinde Satan,qui ex profeſſo hoſtis,exitiali
odio ſemper inſectatur,denique diuinæ terror iuſtitiæ
*Iob. 19.* dius vtique ex vtraque parte acutus,quem pauere,&
tempus datur fugere nos iuſsit,qui ait:Fugite à facie
dii,quia vltor iniquitatum gladius eſt.
¶Quintò , ambulare facit negociatorem concupiſc
crum.Sanè lucrũ grãde cũctis mortalibꝰ deſyderab
citas ęternę beatitudinis eſt,videlicet,lucrifacere cœ
*Mat.13.* regnũ per euãgelicam negociationẽ , vt vna illa pre
margarita datis omnibus comparetur.
¶Sextò,ambulare cogit reum,tẽpus recõciliationis op
tunũ.Notum eſt enim,quẽadmodum exules, aut cri
rei, obſeruãt tempꝰ opportunum recõciliationi & gr
Ambulãt impigri,dũ tẽpus interpellat pro homine,
nus remiſsionẽ delicti& recõciliatiõis gratiã cõſeq
¶Porrò modum ſecundum quem ſpiritualiter amb
debeant,ad memoriam illis reuocat, dicens:

*Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Ieſum.*

¶Id eſt, quàm rationabilia, quámque honeſta & vtilia. Talia ſunt, enim qualia decet donare dominũ Ieſum Chriſtũ filium dei. Non enim, inquit, hęc mea iuſſa ſunt, ſed Chriſti prę ſe ferunt imperium per me loquẽtis, pro quo & legatione fungor. Hæc fuerunt pręcepta fidei & conuerſationis Chriſtianę, in quib⁹ exhortatus eſt eos ſeruire deo viuo & vero, expectare filium dei de cœlo vẽturũ ad iudicium, quẽ à mortuis ſuſcitauit deus pater: Ieſum dico qui eripuit nos per paſsionem & per gratiã ſuam ab ira vẽtura. Præcepta etiam quæ ad cõuerſationis & morum inſtitutionem informationémque conducant Chriſto, per ipſum loquente, ſatis abundè tradiderat. *Præcepta Pauli quæ & qualia.*

¶Sed aduerte quædã eſſe quæ præcipi poſſunt, vt honorare parẽtes, ſeruos ſubditos eſſe ſuis dominis, & ſimilia: Vel prohiberi, vt coniugatã à viro ſuo non diſcedere, nec virum ab vxore, niſi propter adulterij crimen vir illã abiiciat, vel propter adulterium viri, vxor illius cohabitationem & thorum per iudicium Eccleſiæ derelinquat. *Præcipi & prohiberi quæ poſſunt.*

¶Rurſum eſſe nonnulla ad quæ aſtringi præcepto nemo poteſt, quale eſt, perpetuum ſeruare cœlibatũ, nõ poſsidere pecuniã, & ſimilia: quæ non præcepti, ſed conſilij & ſupererogationis ſunt.

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Hæc eſt enim voluntas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſsidere in ſanctificatione & honore.*

¶Hic cõſequenter oſtendit duo, quæ neceſſe eſt vt proficere volẽtes in bono prorſus euitẽt, vt ad verã ſui ſanctificationem pertingant, dicens. Hæc eſt voluntas dei. Ac ſi dicat: Scopus totius quã vobis tradidi eruditionis & diſciplinæ is eſt, vt ſitis per eius exercitationẽ ſancti & mũdi.

¶Inquinari verò contingit præſertim per duo vitia ſummè cunctis cauẽda, quorum primum eſt luxuria, alterum auaritia. De primo dicit: Hæc eſt enim voluntas dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione. *Duo vitia hominum genus inquinare.*

¶Poteſt autem tribus modis accipi fornicatio. Eſt enim fornicari vno modo per culturam idolorum animam eſſe deo infidelem, & ab illo diſcedere, ac illa pro deo colere, de qua

*Fornica-* de qua fornicatione per Prophetá dicitur: Perdidiſti om-
*tio deo tri* nes qui fornicantur abs te. Et vnde rurſus ſcriptum eſt:
*pliciter* Fornicatus eſt Iſraël cum Gentibus, id eſt, cum diis Gen-
*accipitur.* tium, illos relicto deo vero colendo.
*Pſal.* ¶Alio modo fornicatio committitur, quando vel carnis
*Oſee.4.* voluptates, vel quaſlibet res terrenas, vel homines mor-
tales, vel aliquid huiuſmodi, per amorem homo præfert
deo, & ꝓpter hæc à deo recedit cor eius, & illis per amo-
*Iere.17.* rem copulatur. Vnde per Ieremiá dicitur: Maledictus ho-
mo qui cõfidit in homine, & ponit carné brachium ſuum,
& à domino recedit cor eius. Huiuſmodi fornicationem
prohibet dominus loquens ad Moyſen, & dicens:
*Leuit.15.* ¶Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos, vt faciant ſibi fim-
*Fimbrias* brias per quatuor angulos palliorum, ponẽtes in eis vit-
*in veſtib⁹* tas hiacinthinas, quas quum viderint, recordentur omnium
*cur deferе* mandatorum domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, &
*bant Iu-* oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores
*dei.* præceptorum domini, faciant ea, ſintque ſancti deo ſuo.
Ex quibus homines per cogitationes, & per oculos in re-
*Pſal.* bus variis poſſũt ſpiritualiter fornicari. Et fornicati ſunt
inquit, in adinuentionibus ſuis.

¶Tertiò, fornicatio propriè accipitur, prout eſt duorum
ſoluti, ſcilicet cum ſoluta illegitima corporũ coniunctio,
ita tamẽ vt vinculo quouis, ſiue matrimonij, ſiue profeſ-
ſionis vitæ regularis, ſiue voti, ſiue ordinis ſacri, ſit vter-
que liber. Alioqui grauius aliquid, quàm fornicatio com-
mitteretur. Attamen hoc loco largius accipi videtur, vi-
delicet, quocunque modo ſuá libidinem extra fines legi-
timi cõiugij quiſpiá expleuerit. De quibus fornicádi mo-
dis intelligi poteſt, quod per Oſee dicitur: Fornicatio, &
*Oſee.4.* vinum, & ebrietas, auferunt cor.

¶Ait ergo Apoſto. Hæc eſt voluntas dei, ſanctificatio ve-
ſtra, vt abſtineatis vos à fornicatiõe, vt ſciat vnuſquiſque
veſtrum vas ſuum poſsidere in ſanctificatione & honore.
*Vas no-* Iſtud vas corpus noſtrum eſt, fragile quidem, ſed in quo
*ſtrũ quid.* magnum & precioſum theſaurum habemus, animá ſcili-
*2. Cor.4.* cet immortalem dei inſignitam imagine, & precioſo ſan-
guine ipſius redemptá. Habemus, inquit, theſaurũ iſtum
in vaſis fictilibus. Nimirum cõtinenter viuentes vas iſtud
poſſident

poſsident in ſanctificatione & honore, viuẽtes autẽ probroſè & incõtinenter, in dedecore illud poſsident & cõtaminatione. Nam peccata quæ laſciuiente carne perpetrantur, cæteris vitiis exprobrabiliora ſunt, eò quòd ſuæ cõditionis dignitati homo per illa magis derogare noſcatur, iuxta quod per Prophetã dictum eſt: Homo quum in honore eſſet, nõ intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hinc etiã fornicatores & adulteros iudicabit deus. Sed quoniam plerique ſe ab actu quidem fornicationis continent, non autẽ à deſyderiis & concupiſcentiis, ſubiecit dicens: *Pſal.* *Heb.13.*

*Non in paſſione deſyderij, ſicut & gentes quæ ignorant deum.*

¶Qui enim nullam habent dei cognitionem, neque retributionem bonorum malorúmve ſperãt, neceſſe eſt, vt voluptati carnis ſe totos addicãt, quippe qui nec prẽmiorum nec ſuppliciorum intuitu impetum frænãt libidinis. Non enim proponunt deum ante conſpectum ſuum, nec intelligunt eum & caſtitatis eſſe amatorẽ, & fornicationis vltorem, ſcrutatorẽ cordis & renum, omniúmque eorum, quæ ſiue in cogitatione, ſiue in loquutione, ſiue in opere gerimus arbitrum & inſpectorem. *Fornicationis deſyderium ꝓhibetur.*

¶Iubet autem abſtinere à fornicatione, quã gentiles putabant nõ imputari ad culpam, modò ſimplex eſſet fornicatio. Non ſic autem adulterium, ſtuprum, raptum, vel inceſtum. Idcirco ne in hoc errore manerent dudum è gentibus ad fidem conuerſi, vetat non modò fornicationis actum, ſed etiã deſyderium. Nõ, inquiens, in paſsione deſyderij, quia nõ ſat eſt abſtinere ab illicito actu, ſi cõcupiſcentias ipſas per cogitationes nefarias in corde nutriamus, ſolo timore ſeruili abſterriti à ſceleris perpetratiõe.

¶De ſecundo, quo nos inquinari cõtingit vitio, ſcilicet auaritiæ, ſubdit:

*Et ne quis ſupergrediatur, neq; circũueniat in negotio fratrẽ ſuũ.* *Auaritia duplex.*

¶Duplicem docet cauendã auaritiam, violentam videlicet & fraudulentã. Violentã, quum dicit: Ne quis ſupergrediatur, id eſt, per potẽtiam quicquam iniuſtè auferat, ſicut faciũt plerique potẽtũ huius ſeculi, ſiue per ſeipſos, ſiue ꝑ ſuos. Quib⁹ bene ꝑ Prophetã à dño dicitur: In alis tuis inuẽtus eſt ſanguis animarũ pauperũ & innocentiũ, *Iere.2.*

& dixiſti:

*Aduerſum raptores & violentos.* & dixiſti: Innocens ego ſum & abſque peccato. Ecce, in-
quit, ego iudicio cōtendam tecum. De quibus iterum per
Ezechielē dicitur: Principes eius in medio eius quaſi lu-
pi rapientes prædam. Quibus rurſus per Michæam dici-
*Ezec. 22.* tur: Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael: Num
*Mich. 3.* quid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bo-
num & diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles eo-
rum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſsibus eorū.
Qui comederunt carnem populi mei, & pellē eorum de-
ſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt: & hoc
quidem faciunt illi, quorum erat eripere pauperē, & ege-
num de manu peccatoris liberare. Quibus iterū per Sa-
lomonem dicitur: Non facias violentiam pauperi, quia
*Prou. 22.* pauper eſt: neque cōteras egenum in porta, quia domin'
iudicabit cauſam eius, & cōfiget eos qui confixerunt ani-
mam eius. Cōmittitur autem huiuſcemodi violenta alie-
næ rei ablatio, tam per iniuſta bella & rapinas, quàm per
cōcuſsiones & calumnias, & ſimilia. Hinc enim militibus
ipſis beatus Ioannes domini prçcurſor prçdicabat, dicēs:
Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis.
*Luc. 3.* ¶De huiuſcemodi auaritia per Salomonem dicitur: Vidi
*Eccleſ. 4* calumnias pauperū, & lachrymas innocētum, & nemi-
conſolatorē, nec poſſe reſiſtere violentiæ, cunctorum au-
xilio deſtitutos, & laudaui magis mortuos quàm viuētes.
¶Porrò fraudulentā auaritiā prohibet, quum dicit: Et ne
*Auaritia fraudulēta.* quis circūueniat in negotio fratrē ſuum: hoc eſt decipiat
ſiue in regula, ſiue in pōdere, ſiue in mēſura, ſiue in ſubſtā-
tia, ſiue in qualitate, mētiendo rem quā venalē habet, a-
eſſe in ſubſtātia, quod nō eſt, vel talem eſſe qualis nō eſt.
¶Rationem verò quare ab his duobus vitiis luxuria & a-
uaritia cauendum eſt, ſubdit dicens:

*Quia vindex eſt deus de iis omnibus, ſicut prædiximus vo-*
*& teſtificati ſumus.*

*In luxurioſos vltorem eſſe deum.* ¶Quòd vindex ſit deus in eos qui per carnis luxuriç cor-
ruptelam ſe inquināt, patet exemplo eorum qui prop-
hoc in diluuio perierunt, quando omnis caro corruperat
viā ſuā. Rurſus in habitatoribus Sodomæ & Gomorrhæ
*Gene. 6.* quos animaduerſione terribili ſulphureo deſup igne
*Gene. 19.* miſſo domin' cōſumpſit. Quin & vſq; adhuc dignis ſup-

ciis corporũ,ſcilicet morbis & ægrotationibus acerbis,vi
tium luxuriæ,deus vltor inſequitur.Vnde & de obſcœnis
luxuriæ voluptatibus per Boetiũ dicitur:Quãtos ille mor *Boetius.*
bos,quàm intolerabiles dolores(quaſi quendã fructũ ne-
quitiæ)fruentiũ ſolent referre corporibus? Et hanc quidẽ *In auaros*
mercedem recipiunt in præſenti:In futuro autem deliciç *vindicem*
mométaneæ,luctu & tormẽtis perpetuis cõpenſabuntur. *eſſe deum.*
¶Quòd aũt vindex ſit deus aduerſum auaros & iniquos,
ſiue frauduléti hi fuerint ſiue violẽti,patet primo exẽplo
Achan.Is enĩ quoniã auaritiæ cupiditate ſimulatus cõtra *Achan.*
vetitũ e ruinis Iericho de anathemate ſurripuit,cũ omni *Ioſue.7.*
domo ſua & vniuerſa ſubſtantia,diuino iudicio interiit.
¶Rurſum idem patuit in Heliſæi prophetæ miniſtro
Giezi,qui plaga lepræ à domino percuſſus eſt, ꝙ & ipſe *Giezi.*
auaritia ductus atque ſeductus,precium curationis leprę *4.Reg.5.*
Naaman Syri concupiuit & accepit.Nefaria nempe cupi
ditate magiſtri ſui ſpiritualem gratiam venalem faciẽs,
quam ille à deo gratis acceperat,ipſe vendebat.
¶Itidem & in nouo teſtamento delictũ in Anania & Sa- *Ananias*
phira vxore ipſius ſubitanea morte vtriuſq; ad vocẽ apo *& Saphi*
ſtoli Petri terribili exemplo vindicatũ eſt. Rurſum in Si- *ra.*
mone Mago,qui dei gratiã in miraculis patrandis ad pe- *Act.5.*
cuniæ lucrum abuti cupiẽs,priuſquam illã venderet, hãc *Simõ Ma*
primum à beato Petro pecunia redimere tẽtabat,dignus *gus.*
qui audiret:Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ,eò ꝙ exi *Act.8.*
ſtimaſti donum dei pecunia poſsideri. Non eſt tibi pars
neq; ſors in ſermone iſto:id eſt,in gratia fidei,quia in fel
le amaritudinis,& in obligatiõe iniquitatis video te eſſe.
¶Sed præter hæc quæ ex literis ſacris deprompta ſunt,
quotidiana & innumera ſuperſunt exẽpla , quibus mani-
feſtũ eſt,nec raptores,nec fures,nec aleatores,nec frau-
dulentos,aut violẽtos in tempus longũ proſperari.Vnde
per Salomonem dicitur:Alij diuidunt propria,& ditiores
ſunt:Alij rapiunt nõ ſua,& ſemper in egeſtate ſunt. Hinc *Prou.11.*
illis per Eſaiã dicitur:Væ qui prædaris,nónne & ipſe præ- *Eſa.33.*
daberis? Poſtquã rex Babylonis prædo gentiũ innumera *Rex Ba-*
in Babylonẽ ex omni gẽte ſpolia cõgeſſerat,tandem per *bylonis*
Cyrum & Dariũ in filio ſuo,omnibus exutus eſt.Sic nimi *prædo, tã*
rum vſurariis,frauduletis,raptoribus,& cæteris id genus *dẽ præda*

 *Dani.5.*

euenire conſueuit,de quorum rapinis & lucris iniquis(vt vulgò dicitur) rarò gaudet tertius hæres. Cauſam quare de prædictis deus vindex eſt,ſubiungit,dicens:

*Non enim vocauit nos deus in immunditiam, ſed in ſanctifica-tionem.*

¶Si ergo contra diuinæ legis vetitum ad immunditiam & iniuſtitiam prolabamur, ...óne iuſtè in nos vindicabit: Non enim vocauit nos in immunditiá,hoc eſt, vt per luxuriam vel auaritiam animas noſtras cõtaminemus,ſed magis vt per obedientiæ virtutem animas noſtras caſtificemus & emundemus & ſanctificemus. Siquidem beati
*1.Pet.1.* mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt. Nimirũ mun-
*Matt.1.* cis manifeſtat ſeipſum.Quiſquis enim diligit cordis mun-
*Prou.22.* ditiam,habebit amicum regem.

¶Non vocauit nos deus in immunditiá,inquit, quin po-
*2.Pet.2.* tius,vt beatus Petrus, illos reſeruat in iudicium cruciandos,qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ am-
*Simile.* bulant. Et quidni? Nam ſi operarium quempiam conduxiſſes,vt vineam tuã vel agrum coleret, & ille exſcinderet vites, & vineam prorſus exterminaret,vel diſſiparet agri ſegetem: rurſus ſi fabrũ vel cementarium pretio conduxiſſes,vt domum tuam reficiat & inſtauret,& ille eam diruat à fundamentis:nónne ſupplicio & non pręmio eiuſcemodi operarij iudicio omnium digni haberentur?

¶Sic nimirum deus, qui nos per fidem vocauit in ſancti-
*Luc.1.* ficationem, vt ſecundum ſuæ legis pręſcriptum ſeruiamus ei in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris,proponens nobis laboris noſtri ſtipẽdium,vitam æternam,ſi noſipſos luxuria, vel auaritia,vel alio quouis ſcelere cõtaminauerimus,profectò non præmij largitor, ſed vindex erit in præuaricatores de omnibus his. Sicut olim,inquit,prædixim⁹ vobis & teſtificati ſumus ante iudicij diem,quatenus cõceſſo vobis ad pœnitentiá tẽpore non abutamini per ſuperbiam, ſed eo ſalubriter vtamini ad veſtrarũ animarũ purificationem & ſanctificationem.

*Sanctificari cur & qualiter debemus.*

¶Qualiter autẽ ſanctificari debeamus,lex quę ſpiritualis eſt,in figura nobis oſtendit.Quum enim tertia die deſcenſurus eſſet dominus ſuper mõtem Sina in cõſpectu filiorum Iſrael,præcepit Moyſi,vt ſanctificaret populum di-
*Exod.19.*

Va-

Vade ad populũ, & ſanctifica illos hodie & cras, lauentq; veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. Quúmque lauiſſent veſtiméta ſua, ait ad illos Moyſes: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. ¶Ex quibus tria colliguntur, in quibus ſecundum illius temporis ritum ſanctificatio cõſiſtebat, videlicet, ablutio corporum, mũditia veſtimentorũ, & abdicatio vſus vxorum. Si auté illos ſanctificari oportebat, vt non eſſent indigni audire vocem domini de medio ignis ad eos loquẽtis, eiúſque percipere mandata multò magis nos ſanctificari oportet propter multa, tum vt non indigni accedamus ad percipiẽdum ſacratiſsimi corporis domini & pretioſiſsimi ſanguinis eius ſacramentum. Tum vt ad thronum gratię ipſius ſuppliciter accedẽtes puras in oratione manus extendamus. Tum vt in die depoſitionis mortalis habitaculi huius, purificati & ornati, animarum noſtrarũ ſponſo Chriſto domino, quaſi virgines prudentes, nõ vacuis lampadibus occurramus. *Sanctificatio.* *1. Tim. 2.* *2. Cor. 7.*

¶Vt ergo noſtrarũ animarum ſanctificationem perficiamus in timore Chriſti, primũ neceſſe eſt, vt totum corpus actuum noſtrorũ cõpunctionis lachrymis abluamus, exinde & cõuerſationis honeſtæ, candida ſemper veſtiméta geramus. Qui enim, inquit, non inquinauerunt veſtiméta ſua, ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Miphiboſeth, quia non lauerat veſtimenta ſua, quando occurrit regi Dauid, hæreditatis ſuæ medietate multatus eſt. *Apoc. 3.* *2. Reg. 19*

¶Poſtremò requirit huiuſcemodi noſtra ſanctificatio, vt carnis concupiſcentiam (ſpiritui rationali quaſi maleſuadam vxorem) amoueamus, eius appetentiæ nequaquã aſſentientes, ne fortè & nobis dicatur: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitę tuę. Spinas & tribulos germinabit tibi, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hęc eſt vxor quæ perſuaſa à ſerpẽte rationalem ſpiritum pellicit in diuinæ legis præuaricationem, per immunditiam videlicet & auaritiam, à quibus per Apoſtolum hîc reuocamur dicentem: Non enim vocauit nos in immunditiam. *Vxor maleſuada.* *Gene. 3.*

Epheſ. 5.

*E Stote imitatores dei ſicut filij chariſsimi.*

¶In hac lectione tria docet Apoſto. Primo enim docet nos amplecti dilectionem & clementiam. Secundo docet vitare inordinatam concupiſcen- tiam. Tertio docet cauere ſeducentium fallaciam. Pri- mum facit à principio lectionis. Secundũ, ibi: Fornicatio autẽ. Tertium, ibi: Nemo vos ſeducat inanibus verbis.

¶Circa primũ dicit: Eſtote imitatores dei. Deũ dilectio- nis & clemẽtiæ proponit exemplar. Præmiſerat autẽ ni- nulla, quę ab imitatiõe diuinę clemẽtię vel maximè ſunt diuerſa, mox deinde quędã ſubiiciens, quæ ad imitand eandẽ dei clementiã ſunt accõmoda. De illis ait: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Amaritudo in dictis ſcilicet vel factis amarulẽtis aut mordacib⁹. Et ira, id eſt ſubitus ardor vlciſcendi. Et indignatio, ſi minor ſublim tur. Et hæc de ira venit. Et clamor, id eſt, cõtentio, quę ve- nit ex ira vel indignatione, & eſt vox quaſi inſani. Et blaſ- phemia, quæ fit vel in ſanctos, vel in deũ, per quã vel de deo, vel de ſanctis, falſa vel indigna proferuntur. Grauior autẽ eſt blaſphemia periurio, quoniã in periurio deus vel ſancti falſæ rei teſtes adhibentur. In blaſphemia verò de ipſis falſa dicũtur. Hæc inquit, omnia tollantur à vobis.

*Hæc cui ſunt vitanda.*

*Blaſphemiæ grauitas.*

¶Sed quia illis repreſsis ne foras erumpant in verbo, po- terat malũ in corde retineri, mox adiecit: Cum omni ma- litia, videlicet mentis, & voluntate mala.

*Hæc cui amplectẽda.*

¶Porrò quo ad illa quæ ad imitandam dei clementiam ſunt accommoda, dicit. Eſtote autem inuicem benigni miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. Ac ſi dicat: Si neceſsitas id depoſcat, eſtote inuicẽ de propriis facultatibus largi in effectu, & miſeri- cordes compaſsione mentis in affectu. Et ſi non ſuppe quod dare poſsitis, donantes ſitis inuicem in vos co ſa, ſicut & deus in Chriſto, id eſt, per Chriſtũ donauit vo- bis. Et mox inde ſequitur initium lectionis:

¶Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſsimi. Vbi

bis imitandam proponit & patris clemẽtiam,& dilectio- *Imitãdo*
nem filij.Non autem imitanda nobis eſt vel patris maie- *nobis in*
ſtas,aut filij gloria, vel ſapientia, id enim Chriſtianũ non *deo hæc*
eſſet,ſed Luciferianum.Sed(vt dictum eſt)patris clemẽ- *proponun*
tiam, & filij eius domini & redẽptoris noſtri dilectionẽ, *tur.*
humilitatem,obedientiã,& patientiam ſectari nos cõue
nit,ſicut ipſe ait: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis *Matth.*11.
corde. Et rurſus,quum in ſignũ perpetuò recolendæ cha-
ritatis & humilitatis pridie quàm pro humani generis ſa- *Ioan.*13.
lute moreretur,diſcipulorum lauiſſet pedes,ait:Exẽplum *Clemen-*
dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos fa- *tia patris*
ciatis. Quaſi dicat: Inuicem ea proſequamini dilectione *quomodo*
& beneuolentia,qua & ego vos proſequutus ſum. *apparuit.*

¶Sed ad paternæ clementiæ conſyderationem & imitationẽ redeamus. Apparuit enim nobis,& aſsiduè ꝓbatur patris imitanda clementia.Tum in eo ꝙ peccatorem longanimiter expectat & patiẽter ſuſtinet. Tum ꝙ auerſum à ſe,& in perditionem propriã ſponte currentem, multipliciter reuocat. Tum ꝙ ingrato peccatori ad vſum vitæ creaturarũ ſuarum adminicula indulget. Tum quòd peccatorum,vel ſerò redeũtem paterna recipit benignitate.

¶Itaque & tu quiſquis tãti patris imitator eſſe deſyderas,
ſuſtine oneroſum fratrẽ, ipſius onera patienter portãdo,
vt ſic adimpleas legẽ Chriſti. Stude illum, ſi potes,ab er- *Gala.* 6.
roribus ſuis reuocare & lucrifacere Chriſto,& reparare ĩ *Roma* 12
eo charitatem.Denique ſi eſurierit inimicus tuus,ciba il-
lum:& ſi ſitit,potum da illi.Vnde & ipſe dominus ait:Di- *Mat.*5.
ligite inimicos veſtros,& orate pro perſequentibus & ca
lumniãtibus vos,& benefacite his qui oderunt vos, vt ſi-
tis filij patris veſtri,qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos
& malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Et ſicut habes in
Luca:Si ſepties in die peccauerit in te,& ſepties ĩ die cõ- *Luc.* 17.
uerſus fuerit ad te,dicẽs:pœnitet me,dimitte illi. Grãde
nempe pro his,& omni maius æſtimatione lucrũ referes.
Magnũ eſt enim imitari deum, & adhuc longe maius eſt,
aſſertũ eſſe ab eo in gratiam adoptionis filiorũ. Vt ſitis, *Roma* 8.
inquit,filij patris veſtri.Nã qui filij,& hæredes.Eos enim
qui patrẽ imitãtur,aſſerit etiam chariſsimos filios, quod
omnium maximum eſt.Nõ enim omnes liberi æqualiter

chari,nec ſuo genitori chariſsimi omnes ſunt,ſed hi du
taxat qui huiuſmodi patrem,ſicut dictum eſt,imitantur.
*Imitanda dilectio filii.* ¶Secũdo imitanda eſt dilectio filii,qui dilexit nos,&la
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.Vnde ſubdit,dicẽ
*Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tr*
*Apoc.1.* *didit ſemetipſum pro nobis,oblationem & hoſtiam deo,in odorem ſ*
*auitatis.*

¶Dilectionem ponit pro ſumma & complemento per
ctionis.Nam proximi dilectio malum nõ operatur,& q
diligit proximũ,legẽ impleuit. Diligamus ergo nõ ta
verbo & lingua, ſed opere & veritate, ſicut & Chriſtu
*Rom 13.* veritate dilexit nos,qui tradidit ſemetipſum pro nobis,
*1.Ioan.3.* vtique pro nobis amicis ſuis,ſed quum adhuc inimici e
mus.Quã dilectionẽ Paulus admirans,exclamat: Vt q
etiam Chriſtus,quũ adhuc inimici eſſemus,ſecundũ te
pus pro nobis mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis mo
tur. Ambulate ergo in dilectione,inquit, ſicut & Chri
dilexit nos.Et quum pro inimicis ille ſe obtulit,tũne a
cis teipſum negabis? Sanè Chriſtum tum verè ſectam
quando & his bene volumus qui nos oderunt.

*Rom.5.* ¶Tradidit, inquit, ſemetipſum. Alibi dicitur ꝙ pater p
*Iudæ traditoris voluntas.* nobis omnibus tradidit illum. Quid ergo peccauit Iu
Chriſtum tradendo,quum idipſum egerit,quod & ipſe
cit pater & filius? Sed hoc intereſt,ꝙ iniuſta voluntat
das eum tradidit, qui benigniſsima patris & ſua volũ
oblatus eſt.Et ideo non niſi peccatũ hinc Iudas habuit,
Chriſtum tradendo agebat negotium ſuæ vẽditionis,
Chriſtus peregit opus noſtræ redemptionis . Et vbi
impiè deliquit,hic miſericorditer egit,qui tradidit ſe
ipſum pro nobis oblationẽ,dum iniuriatus eſt ſputis &
laphis,& huiuſmodi:& hoſtiam,dum occiſus eſt in cr

*Chriſtus hoſtia deo in odorẽ ſuauitatis.* ¶Quæ hoſtia nõ figuraliter ſicut legis ſacrificia, ſed v
eſt coram deo in odorem ſuauitatis. Verbo legis al
Apoſt. Hic enim eſt de quo illud dicebatur in lege: N
enim propter ſe illæ hoſtiæ acceptæ erant coram de
odorẽ ſuauitatis,ſed quia illum præfigurabãt qui verè
fertur patri in odorẽ ſuauitatis , quia pro iuſtitia quã
quebatur,& vſque ad mortẽ ſeruauit, innocẽs occiſus
At verò quoniã ꝑ huiuſcemodi ad nos Chriſti dilecti

ſu

ſumus filii redditi, qui prius inimici eram⁹ & exules, ideo debemus & ipſi ſectari & amplecti dilectionem quę tanti boni nobis cauſſam tribuit. Vt ſi morbo graui quis laboraſſet, & aliquo medicamenti genere ſanus factus eſt, vel ipſum medicamenti nomen venerationi habebit & magnifaciet. Sic nimirum & dilectionem hãc amplexari debemus qua ſeipſum pro nobis tradidit dominus.

*Simile.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.*

*Concupiſcētia duplex vitanda*

Hic docet vitare inordinatam concupiſcentiam, quæ duplex eſt, ſcilicet carnis, & eſt fornicatio & immunditia: & oculorum, quæ eſt auaritia, quæ nec nominentur quidẽ in vobis, inquit, quaſi dicat: Illorum ſcelerum nulla apud vos mẽtio fiat, ſed integrè puritatẽ ſeruetis vt opere, ita & ore. ¶Præbent nãque ſermones ad res ipſas ingreſſum. Itaque vt nec probabilis quidem ſuſpicio ſit de vobis, nec nominetur in vobis quod prædictũ eſt, ſicut decet ſanctos, quos neceſſe eſt habere teſtimõium bonum & ab his qui foris ſunt. Cauere itaque debetis, inquit, non modo ipſam fornicationem, ſed etiam ea omnia, ex quib⁹ aduerſum vos de hac oriri poſsit humana ſuſpicio, & quæ fornicationi facere ſolent affinem. Vnde ſubdit:

*1.Tim. 3.*

*Fornicationi propinquum hæc faciunt.*

*Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio.*

¶Turpitudo eſt in opere minus honeſto, ſtultiloquium verò & ſcurrilitas in ſermone. Eſt autem ſcurrilitas, iocularitas verbis quæ ſolet riſum mouere, & à carnalibus ſeu ſecularibus hominibus curialitas ſeu comitas appellatur. Et hęc inquit, in vobis non audiantur. Auſum enim præbent ad vlteriora. Nam ſicut ligna igni ſuperiecta & ſi nõ confeſtim accẽdantur, per ſuſceptum tamen calorem diſponũtur vt ſubitò tandem flammam rapiant: ita nimirum & hæc quæ dicta ſunt mentem hominis paulatim & à gratia dei faciũt aridam & pronam vt luxurię libidinem admittunt, quæ ignis eſt vſque ad cõſumptionem deuorãs & omnia eradicans genimina.

*Turpitudo.* *Scurrilitas.* *Simile.* *Iob.31.*

¶Et ad rem, id eſt, vtilitatem homini Chriſtiano non pertinent. Hoc audit ne videatur grauis & ſeuerior eſſe qui

iocos interdicat & riſus, quia (vt dictum eſt) ad rem n
pertinent: nil enim conferũt ad bonos mores, nec ad ea
*Simile.* vitam quam quærimus. Sicut enim corporum inciſor, v
medicus, non niſi quæ arti ſuæ conueniunt colligit, cęte
præteriens, ſic & Chriſtianus non debet ea quæ ſanctis
non conueniunt profari. Si verò loqui libeat, audi quid
quaris. Sequitur enim:

*Gratiarũ actionis materia.* ¶Sed magis gratiarum actio. Ad quam vtique te oblig
eum agnoſces, ſi aduertas quid olim vel qualis fueris, q
bus in malis verſatus, quæ diuino munere euaſiſti. Ru
qualis nunc, vel quãtus per eandem dei gratiã ſis effe
Quod ſi feceris, & peccata deplorabis tua, & admirabe
tecum quòd talis ſis à deo bonis donatus, nec ſupereri
*Nota.* bi vt illis vaces quę ad rem non pertinent. Nõ enim ſc
rilitatem & riſum breuis hęc vita, & exilii locus depoſc
ſed certamen & luctum, vbi hoſtis noſter in nos den
frendens obuolitat. Túne ergo interim ludes, & inep
operam dabis? Vix ſuperat qui certat ſtrennuè, quanto
nus ludibundus quiſpiam, & iocis intentus, de illo re
re victoriam poterit? Vnde ſequitur:

*Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, & im
dus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæredita
in regno Chriſti & dei.*

*Regnum Chriſti & Dei.* ¶Regnum Chriſti, & dei regnum cœlorum eſt, quod
filii ſicut & patris. Vel ſi mauis, regnum Chriſti eccleſ
militãtem accipe, regnũ autem dei gloriã intellige & b
titudinem cœleſtem. Nemo autẽ in hoc regno Chri
dei habet hęreditatem, niſi qui filius eſſe meruerit. Ab
*A dei regno alieni.* autẽ filiatione quis magis alienus quàm fornicator &
mundus, aut auar⁹? Siquidẽ caro & ſanguis regnum de
poſſidebunt. De fornicatorib⁹ Apoſtolum audis dicẽ
*1.Cor.15.* ¶Fornicatores & adulteros iudicabit deus. De immũ
*Heb.13.* beatus Ioannes in Apocalypſi teſtatur, quoniã nihil co
*Apo.21* quinatum intrabit in illam ſcilicet gloriam regni dei. N
*Mat.5.* enim niſi qui mundo ſunt corde, deum videbunt. Pro
*Pro.22.* ſi is qui diligit cordis munditiam, propter gratiam lab
rum ſuorum habebit amicum regem, ſupereſt vtique
quiſquis immunditiam cordis ſectat⁹ fuerit, Chriſti re
amicitiam amittat, & immundorum ſpirituũ recepta

In

lum effectus, ad morem illius gregis procorum præceps tandem feratur in perditionis abyſſum. *Luc.8.*

¶De auaris autem quis iam dubitet eos in regno Chriſti & dei hęreditatem non habere, quum iuxta domini ſentẽtiam facilius ſit camelum per foramẽ acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum, & nemo poſſit deo ſeruire & mammonæ, & palàm audias Apoſtolum conteſtantem quòd auaritia idolorũ ſeruitus ſit? Quiſquis enim auro ſe addixerit, erit auri ſeruꝰ, deum ſibi aurum ſuum & argentum conſtituens, iuxta quod per Oſee dicitur: Aurũ ſuum & argentum ſuum fecerunt ſibi idola. Nec id quidẽ interim excuſat auarum, quòd pecunię nullũ adhuc erexit vel templum vel idolum, quum iam intus in animo pecuniam præferat & deo & ſibimetipſi, & vniuerſis: ei credat, in eam ſperet quàm maxime, & pręcæteris rebus omnibꝰ amet illam. Vnde & per quendam ſapientem dicitur: *Auari excludendi.* *Mat.19.* *Matt.6.* *Oſeæ.8.*

Et ſi funeſta pecunia templo *Iuuenalis*
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus ædes:
Vt colitur pax atque fides, victoria, virtus,
Quæque ſalutato crepitat concordia nido.

¶Proinde & ſi his idolis, id eſt, pecuniis, nullas interim auarus immolat oues, nec vina libat in ſacrificiis, minimè tamen ab idololatriæ crimine excuſatur, quum interim argento & auro animam lõge rebus illis pręſtãtiorem litet. Venerabãtur quondam gentiles hãc cœli & terrę ſtructuram, vel cętera quæ cõdidit deus: auarus verò quòd ſuo labore & manibus conflauit, adorat & colit. Et forſan hæc Paulus à Dauid accepit, vbi ait: Simulachra gentium, argentum & aurum. Eſt ergo qui argẽto & auro inſeruierit, idolorum cultu detentus. *Quid auarus ſacrificet idolo ſuo.*

¶Circa tertium principale dicit:

*Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.*

¶Hic docet cauere ſeducentium fallaciam. Erant fortaſſe nonnulli qui dicerent terroris cauſſa, exigua hæc interdixiſſe deum. Quis enim credat dicẽtem fratri, fatue, reũ eſſe gehennæ, & auarum eſſe cultorum idolorum? Contra quos Apoſtolus: Nemo, inquit, vos ſeducat inanibus verbis. Ea nãque ſunt inania dicta, quæ ad breue tempus gra- *Mat.5.*

tiam habent,res verò nihil de ſe afferre vtilitatis coarg-
untur. Seducuntur enim qui ex his licentiam ſumunt la-
nibus autem verbis homines ſeducunt,quicunque doce
vel ſuperſtitioſa,vel falſa.

*Varias ſuperſtitionũ ſpecies aduerte.*

¶De illis exẽpla ſpectam⁹. Primum in eis qui quęſt⁹ ca
ſa aſſerũt eos qui ſibi de ſuis facultatibus aliquid dederi
nequaquã morituros,niſi de peccatis ſuis prius cõtritos
cõfeſſos,diua Barbara interpellante,& id illis impetra

¶Rurſus, nõ poſſe quicquã nec in eos,nec in res eorũ
mones malos,nec paſſuros anno toto capitis doloẽ,ſi
liter nec à glıribus,aut muribus,moleſtiã aut detrimẽ
aliquod in reb⁹ ſuis, frumẽto pręſertim,depellẽte hęc
la omnia diua Getrude à Niuella. Nimirum huiuſcemo
impoſturis quondã idolorũ ſacerdotes populũ gentile
ignorantia dei cæcum decepiſſę ipſorũ tradunt ſcripto
Ait enim ex illis quidam:

*Iuuenalis*

Ecce furentis
Bellonæ,matrîſque deum chorus intrat,& ingens
Semiuir, obſcœno facies reuerenda minori,
Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta,
Iampridem,cui rauca cohors,cui tympana cædunt
Plebeia,& Phrygia veſtitur bucca thiara,
Grande ſonat metuíque iubet ſeptembris & auſtri
Aduentum,niſi ſe centum luſtrauerit ouis,
Et Xeramplinas veſtes donauerit ipſi:
Vt quicquid ſubiti & magni diſcriminis inſtat,
In tunicas abeat,& totum ſimul expiet annum.

¶Proinde qui indiſcretis,& ſuperſtitioſis ieiuniis,quæ
ex diuinæ lægis præſcripto,nec eccleſię traditione,ſed
laci & vana ſuperſtitione ad huius vel illius (vt dic
ſancti honorem ſuggerẽte diabolo adinuenerunt, ſibi
dia promittunt,interim tamen dei & eccleſiæ ſanctæ
data contemnentes.

¶Rurſus qui certis & dictatis preculis,(quas & miræ
tutis orationes vocãt) quib⁹ etiã intercurrũt nomina
ſus ignota cũ ſuis characterib⁹ & figuris indulgẽtias
meras, vel ſecuritatẽ ab oĩbus tam corporis quàm an
periculis,ſibi pollicẽtur,ſi ea vel legerit,vel geſſerit ſe

¶Similiter qui in die S. Agathæ martyris tempore

mæ miſſæ ſcribunt contra incendium certa verba, chartá ſupra focum affigentes,& anno toto hanc illi ſeruant. Homines & his ſimiles & ſeducti ſunt, & alios ſeducunt inanibus verbis Et quod hæc omnia vincit, quum ipſo dominici corporis & ſanguinis ſacramento nihil ſit ſub cœlo vel ſacratius vel digni⁹,quis tamé explicet quot ſuperſtitiones,imò ſacrilegia ꝑ miſſam ſacerdotes (in qua Chriſti corpus conficitur & offertur) à pleriſque actitentur? Quæ omnia ſacerdotum vel imperitia, vel auaritia, vel iniqua diſsimulatioue, vſqueadeò vires & auctoritatem in imperita plebecula obtinuerunt, vt pro diuinis myſteriis à multis defendantur. Piget ea ſpeciatim explicare que diabolica fraude ad deceptionem animarum ſub ſpecie religionis negligentia paſtorum paulatim irrepſerunt. Sed hæc miſſa faciamus, tenentes nos ad Apoſtoli ſententam dicétis: Nemo vos ſeducat inanibus verbis. *Sacerdotibus hæc ſuccenſentur.*

¶De his autem quod ſecundo loco diximus incautos ſeducere inanibus verbis, iis videlicet qui docent falſa exépla, heu multa nimis occurunt in hæreticis & pſeudo doctoribus huius temporis, (verbi gratia) aſſerentibus non eſſe in dictis ab eccleſia temporibus ieiunãdum. Non habendum eſſe delectum ciborum, non eſſe confitenda peccata ſacerdoti, nõ eſſe ſeruãda vota deo facta vel ſanctis, non obſeruandos eſſe dies ſacros, non colendos ſanctos, fornicationem non eſſe peccatum, non eſſe obediendum præpoſitis, & multa his ſimilia impia dogmata atque nefanda, de quibus pſeudoprædicatoribus & aſſeclis eorum per prophetam dicitur: Vt quid irritauit impius deum, dixit enim in corde ſuo, non requiret. Nempe hoc dicere, eſt deum irritare, & irã eius prouocare, quum etiam de omni verbo ocioſo quod loquuti fuerint homines, reddituri ſint in die iudicii rationem. Et non modò de verbis, imò & de cogitationibus, ſicut ſcriptum eſt: In cogitationibus impii erit interrogatio. Errant certè qui dicunt: Non videbit dominus, nec intelligit deus Iacob. Hæc feciſti, inquit, & tacui. Exiſtimaſti iniquè quò ero tui ſimilis. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. *Alios ſeducunt docentes falſa.* *Pſal.* *Mat. 12.* *Sap. 1.* *Pſal.* *Idem.*

¶Videte ergo ne quis vos ſeducat inanibus verbis, vel promittens impunitatem prædicãdo dei miſericordiã, vel

aſſe

aſſerendo auaritiam vel fornicationem naturalia homi
eſſe, nec ad peccatum imputanda. Nam propter hæc ve
ira dei in filios diffidentiæ, hoc eſt, propter fornicatio
& immunditiam, & cultum idolorũ, & propter recepta
ducentium inania verba.

¶Filios diffidentiæ dicit prauos homines & obſtina
contumacéſque, vel qui deo diffidunt huiuſcemodi dec
ta decernẽti, vel qui tametſi credãt, non tamen obtem
rant. Vel qui diffidentium verbis fallacibus acquieſcu

*Ira dei in filios diffidentiæ.*

*Gene. 7.*

*Exo 14.*

*Num. 14*

*Iere. 39.*

¶Qualiter in hos peruenit ira dei patet. Primũ eorũ e
plo, qui dei preconem Noe audire cõtemnẽtes, fidém
dare verbis illius abnuẽtes, vniuerſi in aquis diluuii pe
runt. Rurſus in Pharaone in mari rubro poſt perpeſſas
gas horrẽdas, cum curribus & equitibus & vniuerſo e
citu ſuo demerſo. Denique in illis diffidentiæ filii, qui
ploratoribus promiſſæ detrahentibus terræ acquieſcen
diffidebãt deũ promiſſam poſſe cõferre hæreditatẽ, Q
obrem perierunt in deſerto. Itidem patuit in Iudęis tẽ
re Ieremię prophetę, vtiq; impiis & diffidẽtię filiis, a
tandẽ ira dei à terra ſua eiectis, & ductis in captiuitat

¶Poſtremo in illorum poſteros (vtique diffidentiæ ne
ſimæ filios) ira dei peruenit, qui dei filium ipſis miſſum
cõtempſerunt & crucifixerunt, & (quod extremæ mali
eſt) execrandum ſcelus ſuum defendentes, & in eo pe
uerantes, ad pœnitentiam redire noluerunt. In hos i

*Ioſephus.*

vſqueadeò ira dei peruenit, vt ſicut omnes ab homin
memoria gentes vel hoc vno ſcelere vicerunt, ita e
ſuperauerunt calamitatibus. Hoc teſtatur Ioſephus, e
orum gente ſacerdos, qui illorum deſcribẽs excidiũ d
Sigillatim quidem iniquitates eorum narrare nõ po
Vt autem breuiter dicã, neque aliã ciuitatẽ vnquam t
perpeſſam eſſe puto, neque vllã nationem poſt homi
memoriam malitiæ ferociorem fuiſſe. Et idẽ alibi: D
que omniũ poſt cõdita ſecula, res aduerſas, ſi cũ Iud
calamitatibus conferantur, ſuperatum iri non ambi

*Iſti van impunitetem ſibi a promittunt.*

¶Itaque fruſtra præſentis temporis diffidentiæ filii t
exemplis nequicquam perdocti, fruſtra & vanè ſibi p
mittunt impunitatem. Niſi enim diffidentiæ ſuæ te
tiauerint, vtique & ipſis ira dei ſuperueniet. Et ſero
de

dent fatentes errorem, quum dicēt: Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. *Sapien. 5.*

¶Porrò hac ratione dei ira ſuper omnia formidanda eſt, quòd percutere poteſt & corpus & animā, & nunc, & ſine fine. Vnde ipſe ait: Oſtendā vobis quem timeatis, Timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennam. Itaque dico vobis, hunc timete, & ſeducētium inanibus verbis nolite acquieſcere. Vnde ſubdit: *Mat. 10.*

*Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate.*

¶Nolite, inquit, taliū quæ dicta ſunt facinorum, cum illis fieri participes. Priſtinæ nihilominus nequitię cōmonefacit, dicens: Eratis enim aliquādo tenebrę. Ac ſi dicat: Recognoſcite quid aliquādo fuiſtis, & quomodo nunc ſitis à tenebris in lucē reuocati. Prius enim per infidelitatis & ignorātiæ dei cæcitatem, & etiam per prauitatem vitę ac morum in tenebris degebatis: nūc verò lux eſtis effecti, quippe q dei ſitis adepti notitiā, & lucis opera factitetis. ¶Id tamen vobis nequaquā veſtra virtute obuenit, quòd lux effecti eſtis, ſed in domino, hoc eſt, diuinā ob gratiā. In eo enim eſtis lux effecti, qui eſt lux vera. Nā tenebræ quidem fuiſtis in vobis, lux autē eſtis in domino, qui illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundū. Nequaquā igitur debetis cum filiis cōtumacibus & diffidentiæ verſari, in quos ira perueniet. Fueratis nanque huiuſmodi ira olim & vos digni, nūc longe ſecus res ſe habet, quum ſitis deo recōciliati. Nolite ergo ad priſtinas illas tenebras redire. Quin potius vt filij lucis ambulate, id eſt modeſtè, & ſicut eos decet qui in luce faciūt iter. Vel potius aliis pręferre nos lucē iniungit, ſicut alibi ait: In medio nationis prauę & peruerſæ lucetis ſicut luminaria in mundo, verbū vitę cōtinētes. Qui enim lucis eſt filius, & ipſe lux erit, à quo procul abſit vt faciat opera tenebrarū. Verum quia lux hæc ab operibus agnoſcitur, ideo ſubdit: *Ioan. 1.* *Philip. 2.*

*Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.* *Fructus lucis in quibus cōſiſtit.*

¶Diffinit quis ſit lucis filius. Is enim filius lucis eſt, qui fructum lucis eſt adeptus. Conſiſtit autem fructus lucis, id eſt, gratiæ ſpiritus ſancti, Primo in omni bonitate, & hoc

hoc contra amaritudinem & iracundiam, de quibus ſup
rius dictum eſt. Secundo in iuſtitia, quę auaritię repugn
è diametro. Tertio in veritate, quæ fallacibus obſtat im
munditiæ voluptatibus, & mendacibus ſeducentium v
bis. Omnem autem bonitatem dicit, quæ in omnes co
fertur. Non ſolum in beneuolos nobis, ſed etiam in h
ſtes & nobis infenſos. Vel (vt quibuſdam videtur) bo
tatem per partes exponit. Iuſtitia enim & veritas, pa
bonitatis ſunt. Et eſt ſenſus: In omni bonitate & iuſtiti
veritate, vt ſcilicet & iuſtè viuatis, & vera loquamin

## DOMINICA QVARTA Quadrageſimæ.

*Galat. 4.* F*Ratres, ſcriptum eſt, quoniam Abrahã duos filios hab*
¶In hac lectione Apoſtolus primò oſtēdit ele
rum & reproborum hominum diſtinctionem. S
cundò reproborum aduerſum electos perſequution
Tertiò finalem reproborum abiectionem. Primum f
à principio lectionis. Secundum, ibi: Sed quomodo tu
Tertium, ibi: Sed quid dicit.
¶Circa primum pro intellectu literæ eſt aduertend
*Abrahæ filij nõ pari dignitate.* quòd in præcedentibus dixerat: Filij Abrahæ eſtis, ſec
dum promiſsionem hæredes. Verum quoniã Abrah
lij non erant pari dignitate, ſiquidem ex ſerua alter, al
ex libera genitus, oſtendit non ſolum filios Abrahæ
dentes eſſe, ſed tales etiã qualis ille Abrahæ fuit ex li
ra ortus & generoſus. Ad quod oſtendendum dicit: S
ptum eſt in lege, quoniam Abraham duos filios hab
Vbi tria facit. Primò ponit figuram. Secũdò ipſius fig
ponit explanationem. Tertiò ponit explanatæ figur
propoſitum applicationem. Secundum, ibi: Sed qui de
cilla. Tertium, ibi: Hæc enim duo ſunt teſtamenta.
¶Circa primum quum dixiſſet: Abraham duos filios h
*Gene. 16. & 12.* buit, ſubiecit:

*Vnum de ancilla, & vnum de libera.*

*Quid duobus his filiis ſignificatur.* ¶Hi duo filij ſecundum literam ſunt Iſmael & Iſaac.
ex Agar ancilla, iſte è Sara libera natus eſt. In quib
bus filij reprobi & electi, vel (quod magis Apoſtolico
ſui cõſonat) ſynagoga Iudæorum, & eccleſia creden

deſig

deſignatur. Illi premuntur ſeruitute Moſaicæ legis, iſti gaudent priuilegio filialis libertatis.

¶Habuit quidem Abrahá poſt mortem Saræ de Cethura, & plures filios alios, ſed non pertinent ad hanc ſignificationem. Sed hos tantum cõmemorat Apoſtolus, quia de his duobus ſcriptura ſpeciatim & per ſingula exequitur, innuens per hos aliquid egregium electorum, ſcilicet & reproborũ diſtinctioné præſigurari. Vnde & circa ſecundum, id eſt præſentis figuræ explanationé ſubdit, dicés: *Gene.25.*

*Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſsionem.*

¶Quia enim vix credibile videri poterat, Galatas ipſos vel quoſlibet alios ex gentibus credentes eſſe Abrahæ filios, quum nec ex eo ſecũdum carnem ſint progeniti, vnde nec eius ſint filij, ideo dicit quòd nec Iſaac ille Abrahæ propinquior filius, & hæres ſecundum carnem ortus eſt, quum iam Abrahę eſſet corpus emortuum, & Sara ſterilis, ſed dei verba atque promiſſa hunc procrearũt. Qui autem de ancilla, ſcilicet Iſmael, vi naturæ, patre nondũ tanta ætate confecto, nullis dei pollicitationibus natus eſt, & ideo ſecũdum carnem, & obſtrictus ſeruituti, & ab hæreditate mox alienus. Alter verò qui non à carne duxit originem, dominus eſt & hæres. *Roma.4.*

¶Quid igitur, inquit, impedit quin & vos ipſi, & ſi minus eſtis ſecundum carnem ex Abrahá procreati, Abrahę filij iure dici poſsitis, quum ex dei verbo in ſacro baptiſmi lauacro ſuper vos pronunciato formati ſitis & orti? Natus itaque eſt Iſmael ſicut cæteri naſcũtur homines vſitata lege naſcendi, deo tamen cooperãte. Sed vbi ſignificandũ fuerat dei donum quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, ſic oportuit dari filium, quemadmodum naturæ curſui non debebatur. Hęc autem & ſi ad literam ita ſe habuerint, tamen ſecũdum literá accepta ad ſuperiorum demonſtrationem non conducunt. Vnde ſubdit:

*Quæ ſunt per allegoriam dicta.*

¶Id eſt, per alium intellectum. Siquidem ex illa Abrahæ hiſtoria, nõ ſolũ res geſtæ ſignificãtur, ſed & alia quædã, & ideo per allegoriam ſunt dicta, & in alium ſenſum prętter hunc interpretantur. Hæc enim in figura præſentium

olim

olim & facta ſunt & conſcripta. Allegoria autem dicitur, quum aliud videntur ſonare verba, & aliud in intellectu ſignificant, ſicut hic. Abrahã enim (quod multarum gentium pater interpretatur) deus pater eſt: libera & ancilla duo ſunt teſtamenta. Vnde & circa tertium ſuperius memoratũ, videlicet explanatæ figuræ applicationẽ ſubdit:

*Hæc enim ſunt duo teſtamenta.*

*Sara & Agar teſta. no. & vetus.* ¶Hęc, inquit, quę iam dicta ſunt, ſunt, id eſt ſignificãt, duo teſtamenta. Libera Sara, teſtamentum nouum, conferens per Chriſtum omnibus gratiam nouam. Agar teſtamentum eſt vetus. In vtroque autem teſtamento multos qui eis ſeruirent, filios genuit deus. Sed in teſtamento veteri genuit ſunt Iudæi ſerui, qui ſupplicij formidine & temporalium pollicitatione bonorũ ſeruiebant. Qui de ancilla, inquit, id eſt, teſtamento veteri, ſecundum carnem natus eſt. Caro etenim pœnas horret, & amat atque proſequitur delicia. Sic nimirum & illi, quia & metu pœnæ, & temporalium amore commodorum ſeruiebant.

*Quales genuit teſta. vetus.*

*Quales gignit gratia.* ¶Porrò gratia noui teſtamẽti liberos, qui amore ſeruiant, non vi carnis, ſed opere dei, parit. Liber eſt enim ecclesiæ credentium populus, noui teſtamenti gratia generatus. Per repromiſsionem, inquit, natus eſt, id eſt, per virtutem & gratiam dei repromittẽtis ſub figura ipſius Iſaac veritatem, id eſt, eum qui de ſe loquens ait: Ego ſum via, veritas, & vita. Qui enim ea quæ ſecũdum naturam impoſſibilia ſunt crederet, & contemneret ea quæ delectant in pręſenti, & bona non viſa ſperaret, niſi id in eo dei virtus operaretur? Taliter generantur liberæ, id eſt, ecclesiæ filii in gratia noui teſtamenti, quippe per Iſaac deſignati. In libertate quippe naſcantur. Nam liber fit, qui accipit remiſsionem peccatorum, nec legis compedibus eſt aſtrictus. Iſmahel autem Iudaicæ ſynagogæ filios prætendit, quippe qui & ſub legis & peccati ſeruitute generantur. Vnde ſubdit:

*Ioan. 14.*

*Res ardua fides.*

*Liber quis efficitur.*

*Vnum quidem in monte Sina in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filiis ſuis. Illa autẽ quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.*

¶Sina, inquit, mons eſt in Arabia. Hoc dicit, quia ſi...

con...

confinis eſt Sina Hieruſalem (terminus enim tribus Iuda pertingit vſque ad Sina montem, qui eſt in extremo Arabię) ita vtraque, ſcilicet Sina in quo lex data eſt, & Hieruſalem in qua lex cuſtodita & impleta eſt, conueniunt in figuram Agar ancillę, id eſt, veteris teſtaměti. Et ſeruit, inquit, cum filiis ſuis, id eſt, Iudæis.

¶Et vtique vetus teſtamentum in illo monte datum, per omnia ſimile & comparatum eſt ei Hieruſalem quæ nũc eſt, id eſt, Iudaico populo qui nunc eſt, tempore ſcilicet, quo hæc ſcribebat, quo populus adhuc legales ritus in Hieruſalem ſeruabat.

¶Seruiebat etiam populus ille, quia & ſub peccato permanebat, & temporalium amore bonorum, ſeruorum in morem ſeruiebat. Nam ſicut Agar genuit in ſeruitutě, ita & lex vetus quæ neſcit gratiæ libertatě, generat filios cõditionis ſeruilis. Compenſat nempe virtutě temporali & corruptibili mercede, vt dictum eſt, & cruciatuum formidine docet vitare improbitatem.

¶Per Saram verò figuratur Hieruſalem illa ſuperior ciuitas ſanctorum, vnde & lex nobis delata eſt. Euangelium enim è cœlo prodiit. Ea vtique libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Poſſumus etiã per eam quę ſurſum eſt Hieruſalě non abſurdè credětium eccleſiam accipere, quam præfigurauit Sara cum filio, quæ eccleſia mater eſt tam gětiliũ credentium, quàm etiã Iudęorum. Bene autem addit, quę ſurſum eſt, quia Chriſtiana eccleſia ſpe & cõuerſatiõe ac cœleſti deſyderio ſubleuatur. Noſtra, inquit, cõuerſatio in cœlis eſt, quia nõ eſt obnoxia veteris legis obſeruationi, & quæ præcipit, liberè & ingenuè præcipit. Docet enim ſectari quod eſt virtutis, non propter temporalium bonorum mercedě. Item vitare quod malum eſt, non tamě formidine pœnæ (quod ſeruorum eſt) ſed dei & virtutis amore, quod vtiq; filiorũ eſt, quanuis tamen impendeant nobis diuina promiſſa, & tormenta ab ingenuis formidãda viris, cuiuſmodi ſunt eccleſiaſtica increpatio, & à měſa dominica interdici. Cæterùm quàm multos hæc mater eccleſia (quæ cum deo gaudet in ſpe, & libera eſt, quia diligit, & amore ſeruit) pariat filios, oſtendit cõſequenter Apoſtolus ſub teſtimonio Eſaiæ prophetæ, dicens:

*Per Sarã gratia nouæ legis figuratur.*

*Philip. 3.*

*Credentiũ eccleſia qualiter libera.*

P *Scriptum*

*Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & cla-*
*ma quæ nõ parturis, quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ*
*habet virum.*

¶Apoſtolus non cõtentus figuris, etiam Eſaiam prophe-
tam teſtem inducit, qui ſterilem appellat ex Gẽtibus ec-
cleſiam. Ipſa enim fuerat à diuina ſciẽtia deſtituta, quip-
pe quæ deum neſciret, nec filios procrearet, quia nem-
dei prophetam vel præceptorem pertuliſſet. Ea verò q
virum habuit, Iudæorũ eſt ſynagoga, quæ & propheta
legem pertulit, & deum pro viro habuit. Nõ tamen h
ſed ei quæ ſterilis fuerat, per prophetã dicitur: Lætare
rilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non partu
Hoc eſt, hilaritatis & lætitiæ vocem effundito, quia m
tos iam adepta es filios, & orbem terrarum vniuerſ
non autem nationem aliquam vnam, vt Iudæorum ſy
goga genueris.

¶Iam quippe ſterilis peperit plurimos, & quæ multos
bebat filios infirmata eſt, prout in duabus illis, vnius
vxoribus, Fenenna videlicet & Anna præfiguratum
1. *Reg.* 2. Quũ enim Fenenna, fœtoſa multo partu Annã diu
*Figura.* túmq; ſuperbo ſupercilio prouocaſſet, exprobraſſet
ſterilitatem, reſpiciente tandem domino illius ſuper
& iſtius afflictionem, & illam filiis quibus tumeba
uit, & hanc fœlici & inſigni prole lætam honorifica

¶Sic nimirum eccleſia de gẽtibus quę ſine viro Chri
ſine vllo ſpõſi ſermonis alloquio ſterilis iacuit ĩ deſe
poſtquã illa fœtoſa & ſuperba libellum repudij acce
mox vt per fidem Chriſto viro eſt coniuncta, verbo c
*Eſa.* 34. pit, & peperit plurimos. Vnde ei poſt prædicta per E
*Eccleſiæ* dicitur: Dilata locum tentorij tui, & pelles taberna
*prænũtia* rum tuorum extende. Non parcas, longos fac funic
*ta multi-* tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dextram enim &
*plicatio.* uam penetrabis, & ſemen tuum gẽtes hæreditabit. N
timere, quia non cõfunderis, neq; erubeſces. Et mult
ſimilia, quæ ad eccleſię cõſolationem propheticus ſer
ibidẽ exequitur. Quum ergo dicti duo Abrahæ filij
gẽ diſsimiliter nati, duos populos multum inter ſe d
ſos figuraliter præſignauerint, audi conſequenter
ex præcedentibus concludentem, Sequitur enim:

*Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſsionis filij ſumus.*

¶Hoc eſt, nos per dei gratiam ſecundum Iſaac, id eſt ad ſimilitudinē Iſaac in dei filios adſciti ſum⁹. Interpretatur autē Iſaac riſus, & bene eos ſignificat, qui liberè & in lætitia ſeruiūt, non autē ex triſtitia, aut ex neceſsitate. Porrò ſi paterna hæreditas nō ei ſeruatur, qui genitus eſt ſecundum carnem, & obnoxius ſeruituti, ſed filio liberę, & nos, inquit, qui ſecundum Iſaac promiſsionis filij ſumus, quibus pollicitatione patris hæreditas æterna ſeruatur, quidni liberè & hilariter, amore potius quàm timore, ſpōtanei non coacti obſequamur?

*Per Iſaac eccleſiæ filij cur ſignificantur.*

*2. Cor. 9.*

*Gene. 25.*

*Gene. 21.*

¶Det cœleſtis pater ancillę filio munera tēporalis & corruptibilis fœlicitatis (ſi tamē hic vlla fœlicitas haberi poteſt) imponat Iſmaëlis humeris panē & vtrē aquæ, & eiiciat eū ab hęreditate. Nō illis inuideamus, ſufficiat nobis repoſita gratia, & hæreditas ſeruata. Hoc vnū nobis dictū ſufficiat: Fili, tu ſemper mecū es, & omnia mea tua ſunt.

*Reproborū ſucceſſibus electi nō inuideant.*

*Luc. 15.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc.*

¶Hic oſtendit reproborum aduerſum electos perſequutionem. Dixerit nempe forſan aliquis: Qualis hæc videri poteſt libertas, quum credētes ipſos Iudæi, & probos reprobi plerunq; iniquis agitent perſequutionibus? Reſpōdet Paulus etiam olim ſic cōtigiſſe, quum ipſum Iſaac Iſmael frater carnalis perſequeretur. Nec tamē potuit hæc perſequutio efficere quo minus legitimus eſſet hic fili⁹, & inſectātis ſe dominus: ita & nos, inquit, hæc perſequutio oſtēdit ipſi Iſaac eſſe ſimiles, & Abrahæ facit coniunctiores. At verò perſequutores noſtri reprobis ſuis moribus & actibus ſe produūt hæreditate paterna fore prorſus indignos, & ab ea in perpetuum alienos.

*Sufferentia perſequutionū probat Abrahæ filios.*

¶Quòd autem bonos & pios reprobi perſequuntur, hoc contingit plures ob cauſas. Primò, propter diſsimilitudinem morum. Sicut enim morum & ſtudiorum ſimilitudo amicitiam & vnitatem cōciliat animorum, ita & morum diſparitas, prauis quibuſque hominibus contra bonos odium parit.

*Cur reprobi electis infeſti.*

*Lex omnium reproborū.*

¶Secundò, propter diſsimilitudinem legum. Siquidē bo-

norum omnium atque piorum lex, dei voluntas eſt L
verò omnium impiorum eſt propria voluntas, quæ pr
ctò legum hinc & inde diuerſitas, ſimultatum atque b
lorum cauſam parit. Hinc enim inter diſsimilium leg
religionum populos perpetuum odiũ,& aſpera bella
tinenter vigent, præſertim in confinibus huiuſcemodi
ſidentium populorum.

*Ioan 3.* ¶Tertiò, propter diuerſitatem regionum atque ling
*Iob.41.* rum, ſicut notum eſt. Porrò electorum dei regio cæli
reproborum verò, hic mundus. Ex loquela autem
quiſque ſit regionis cognoſcitur. Vnde & qui de terra
de terra loquitur.

¶Quartò, propter diſparitatem diſsidentium princip
Bonorũ enim omnium hominũ princeps & rex, deus
diabolus autẽ rex eſſe ſuper omnes filios ſuperbiæ p
betur. Inter hos principes nulla vnquã pax eſſe pot
*2.Cor.6.* Nam quæ cõuentio Chriſti ad Belial? non eſt igitur
mireris, ſi iam diſsimiliũ dominorũ ſtipendiarios mi
conſpicias inter ſe mutuis concertationibus diſsiden

¶Circa tertium principale, dicit:

*Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius. N
erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.*

*Gen.12.* ¶Hîc oſtendit per figuram Iſmaelis, finalem repro
abiectionem d. Sed quid dicit ſcriptuta? Libri Gene
ſcriptura refert Saram dixiſſe ad Abraham: Eiice an
& filium eius. Nõ reperimus ſcriptum, vbi Iſmael pe
quutus fuerit Iſaac, niſi illud videlicet, quum filius A
ptiæ luderet cũ Iſaac, quòd indignata ſit Sara, quia
pueros ſimul ludentes. Quid igitur mali fecit Iſmael
ro Iſaac, quia ludebat cum illo?

¶Sed illa luſio, illuſio erat. Illa luſio deceptionem ſig
*Luſus maioris ad minorẽ illuſio eſt.* cabat. Illum luſum & Sara intellexit, & Apoſtolus vo
perſequutionem. Quia luſus maioris ad minorem ill
eſt. Sciens enim ſe habere alia quàm ludum negoti
intendit, ſimulat quædã puero, id eſt, infirmo ſeu mi
& ludens cum illo, fraudes & dolos verſat. Vnde pe
*Prou.10.* pientem dicitur: Quaſi per riſum ſtultus operatur ſc
*Prou.26.* Et iterum: Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas & lãce
mortẽ, ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, &

fuerit deprehẽſus,dicet:ludens feci. Siquidem periculoſius nos perſequuntur,qui nobis quaſi per luſum inſidias tendunt.Ludus ille domicellorũ vulgo dicitur,in quo dũtaxat ludentium alter ridet.Is ſcilicet qui ludit & illudit, nõ autem is cui illuditur. Huiuſcemodi luſum exercebat prauus Iſmael cum puero Iſaac.

*Quidam per ludũ inſidiantur.*

¶Sed fortaſſe quæſieris: Quæ conſolatio eſt piis, qui ab impiis affliƈtantur, ꝙ etiã ipſe Iſaac ſit ab Iſmaele affliƈtatus?Propterea audi ſcripturã narrantẽ, & cõſolaberis. Nã pro breui illa perſequutione, qua Iſaac diuexabatur, prorſus eiicitur Iſmael. Neque hoc ſatis illi fuit ad ſupplicium,ſed magis vrgebat, ꝙ nulla illi pars reliƈta eſt illorum bonorũ,quæ puero Iſaac erant parata. Et eò grauior erat cruciatus, ꝙ ex dei ſententia & iudicio proceſsit exhæredatio. Suſtinuit igitur Iſaac iniqui fratris perſequutionem innocuus,nec vllatenus ſe vindicauit.Ideoq; deꝰ ipſe pro eo aduerſus illum vltor exurgit,dicens:

*Cõſolatio piis iniquè ſuſtinentibus.*

¶Eiice ancillam,& filium eius.Vbi & illud aduertendum eſt,quòd iam non Abrahæ dicitur filius, ſed ancillæ, qui paterna hæreditate iudicatus eſt indignus, Aegyptia matre,& à teterrimo genere exortus. AEgyptij enim dei populum affligere norunt,nõ autem participare cum eis in terra promiſſa hæreditatem. Quin potius vndis pelagi obruuntur, ſubmerſi tanquam plumbum in aquis vehementibus. Abyſsi,inquit, operuerunt eos,deſcenderũt in profundum quaſi lapis. Aquæ iſtæ vehementes & profundæ,imò abyſſus aquarum,gehennæ ſuppliciorum ſignificant immenſitatem.

*Reproborũ typus in AEgyptiis.*

*Exod 15.*

*Abyſsi quæ operiunt AEgyptios.*

¶Fideles ergo ſuſtinẽtes immeritã ab impiis ꝑſequutionem,vt cõſolatione leuẽtur,nouerint hęc ipſa quę patiũtur lõgè antè pręſcripta,& deũ pro ipſis vltorẽ fore, atq; impios vniuerſos ab hæreditate cœleſti,& piorum beato conſortio,in æternæ calamitatis abyſſum eieƈturum.

¶Sed propius aduertendum eſt,quinam ſint qui ſpectant ad Agar & Iſmael. Profeƈtò Iudæi increduli, & blaſphemi,Item hæretici vniuerſi atque ſchiſmatici,& quicũque propter ſuam in aliquo quocunque crimine contumaciã ab eccleſiaſtica cõmunione ſunt eieƈti. Pręterea & hi qui tametſi in eccleſia manere videãtur,mente tamen à deo

*Ad Iſmael pertinent.*

receſſerunt, ſolá quærentes huius ſeculi fœlicitatem. De
nique qui ſolùm timore ſupplicij retinétur à crimine, h
profecto omnes ad Agar (quá vetus teſtamentum ſigni
care ſuperius diximus) pertinere noſcuntur. Illi autē q
ſub legis tépore liberè, id eſt, amore potius quàm time
ſupplicij, nec propter mercedem terrenæ fœlicitatis ſe
uiebant, ad noui teſtamenti gratiam (quæ per Saram li
ram ſignificabatur) pertinebāt. Quemadmodum & no
filij liberę reperiri volumus, per amoré & liberè ſeru
deo neceſſe eſt, vt & de nobis verificętur quod Apoſtol
ſubdit, dicens:

*Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua liber
christus nos liberauit.*

¶Ac ſi dicat: Patimur & nos à Iudæis & aliis impiis ho
nib⁹, ſicut olim Iſaac ab Iſmaele paſſus eſt, vt per hoc
rius innoteſcat quòd filij liberæ ſumus, quibus pater
ſeruatur hæreditas.

*Quæ nobiſcū nūc aguntur olim fuiſſe figurata.*

¶Hęc enim adducit Apoſt. (vt ſuprà dictum eſt) vt o
dat ea quę nobiſcū aguntur hoc tempore, multis ante
culis fuiſſe figuris expreſſa. Nec ꝓpter huiuſcemodi
tas nobis perſecutiones formidandū nobis eſſe, ne li
ræ filiij, aut de ſorte electorū non ſimus, quandoquid
fruamur libertate, qua Chriſt⁹ nos liberauit. Nō enim
nos liberauim⁹, ſed Chriſtus qui ſuo ſanguine (pretio
omniū maximo) nos & redemit, & liberos effecit. Q
mirum libertas eſt per eundē mediatoré noſtrum Ch
ſtum peccatorum remiſsio, & per fidem verá iuſtifica

## DOMINICA
## in paſsione.

*Hebr. 9.*

C*Hriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum.*
¶In hac lectione tria facit Apoſtolus. Primò, o
dit Chriſti ſupra pontificem veteris teſtamēti p
eminentiam. Secundò, oblationis per Chriſtum fa
virtutem & efficaciam. Tertiò, huius efficacis oblati
cōmendat nouitatem. Primum à principio lectionis. Se
cundum, ibi: Si enim ſanguis hircorum. Tertium, ibi
ideo noui teſtamenti mediator.

¶Cir

¶Circa primum ad pleniorem dicendorum notitiam cõſiderare libet, quemadmodum in lege Moyſi præceſſerit illius oblationis figura, quam pro mundi ſalute dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſemetipſo offerre deo dignatus eſt. In Num. quippe ſcriptum legimus, quemadmodum veteris teſtamenti pontifex quotannis pro peccato ſuo & totius populi, in feſto expiationis, ſolenni ritu intrabat in ſacratius aditum templi, partem videlicet illam quæ dicebatur ſanctum ſanctorũ, cum ſanguine hirci & vitulæ, digito eidem ſanguini intincto aſperſurus ſepties contra fores tabernaculi. *Chriſti oblatio mirè præſignata. Nu. 19.*

¶Oportebat autem ſecundum legis præſcriptum vitulam illam pro peccato populi immolandam rufam eſſe, ætatis integræ, & quæ iugum non traxerat, & prorſus ſine macula. Tradebatur autem ſummo ſacerdoti, qui eductam extra caſtra immolabat in conſpectu multitudinis filiorum Iſrael. Immolata comburebatur cum carne & ſanguine, & pelle, & fimo, mittebantque in flammam lignum cedrinũ, hyſopum, & coccum bis tinctum. Vir mundus colligebat cineres vitulæ combuſtæ, & exportabat extra caſtra in locum mundum, vt eſſent multitudini filiorum Iſraël in cuſtodiã. Fiebat exinde aqua aſperſionis pro peccato, vt qui ex contactu morticini hominis contraxiſſet immũditiam illa aſperſus aqua mundaretur. Quiſquis autẽ (inquit lex) hac commixtione aſperſus non fuerit, peribit anima eius de populo ſuo, quia expiationis aqua non eſt aſperſus. *Vitularũ fa quo ritu immolabatur.*

¶Et hoc, inquit, habebunt filii Iſraël ſanctum iure perpetuo. In hac ſcriptura figuraliter præmonſtrata eſt illa oblatio ſalutaris (vt dictum eſt) quam pro toto mundo moriẽs de ſemetipſo obtulit mediator & pontifex noſter Chriſtus.

¶Ipſa enim humanitas eius in ara crucis pro nobis omnibus oblata, figurata fuit & in hirco, propter ſimilitudinẽ carnis peccati, & per vitulã, propter carnis infirmitatem. ¶Porrò feſtum expiationis præſignabat diem dominicæ paſsionis. Vitula immolanda rufa erat, quia Chriſti caro pretioſo ſanguine ſuo in paſsione perfuſa & tincta fuit. Quare (inquiunt ciues cœleſtes) rubrum eſt indumẽtum tuum? id eſt, corpus aſſumptum quo diuinitas velabatur. *Figuræ & veritatis mira cõcordia. Eſa. 62.*

¶AEtatis integræ,quia in ætate perfecta & integra ſeme
ipſum obtulit Chriſtus.

¶Super quem nó fuit impoſitum iugum , quia Chriſti hu
manitas vitiis noſtræ corruptæ naturæ nequaquam ſu
ſubiugata.Sed poti⁹ quos iniquitatis ſubiugatos inuenit, li
berauit,& vincula eorũ diſrupit.Nec legibus mortis ſub
iacuit,quia poteſtatem ponendi animam ſuam, & iteru
ſumendi eam ipſe habebat.

*Ioã.10.* ¶Sine vitio fuit,& ſine macula, quia vt B.Petrus teſtat
*1.Pet.2.* Peccatum non fecit,nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. R
petit autem lex dicens : Et quæ non habet in ſe vitiu
quia & ſi in aliis qui per fidem ſunt membra eius habe
vitium, in ſe tamen non habet.

¶Tradebatur hoſtia ſummo ſacerdoti, Chriſtus tradẽdu
erat à Iuda pontificibus & principibus ſacerdotum.

*Heb.13.* ¶Educebatur extra caſtra immolanda,quia(vt Apoſtol
*Mar.25.* ait:) Chriſtus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem po
lum,extra portam paſſus eſt.Et euangeliſta:Educunt eu
inquit,in Golgotha locum vbi crucifixerunt eum.

¶In conſpectu multitudinis immolabatur , quia Chriſt
ſpectante innumera hominum multitudine mortuus e
in cruce.

¶Comburebatur illa figuralis hoſtia in igne , quia Chri
ſtus pro nobis ſemetipſum obtulit ex ſua erga nos chari
te,quá per ignem ipſe ſignificauit,vbi ait:Ignẽ venit mi
tere in terram, & quid volo niſi vt ardeat?

*Luc.12.* ¶Comburebatur autem cum carne,pelle,ſanguine, & ſi
mo,quibus tota & vera Chriſti humanitas deſignatur.C
ſimo,id eſt,cũ improperiis,& blaſphemiis,& irriſionib
*Pſal.* Vnde ipſe per prophetã loquens ait:Ego autẽ ſum verm
& non homo opprobrium hominum,& abiectio plebis

*Chriſti paſsioni hæc tria coniungamus.* ¶In flammam ſacrificii mittit ſacerdos hyſopum,lign
cedrinum,& coccum bis tinctum,quibus deſignantur, f
des, ſpes,& charitas . Hæc enim cum Chriſti paſsionis
blatione & nos offerre deo debemus.Hyſopus enim id
fidem ſignificat,quòd ſit humilis herba,& radicibus hæ
*Hyſopus* in petra,& pectoris purgatiua. Fides quippe vera non ſ
*2.Cor.10* perborum eſt, nec eorum qui ſenſu proprio inflantur, ſ
humilium & captiuantium intellectum ſuum in obſequ

Chri

Chriſti. Radicibus autem dilectionis & conſtantiæ hęret petræ, quæ eſt Chriſtus. Et mũdat animam à peccatis, iuxta illud: Fide purificans corda eorum. *Act.15.*

¶Cedrus verò, quòd rectò in altum tendit, & firma conſiſtat, ſpes eſt in deo in ardua & ſublimia tendens, & ſemper firma conſiſtẽs. Tu es, inquit, ſpes mea, altiſsimum poſuiſti refugium tuum. *Cedrus.*

¶Coccus quoniá ardoré flammeũ igneo colore teſtatur, charitas eſt. Coccus verò bis tinctus, geminá dei ſcilicet & proximi ſignat dilectionem. *Coccus.*

¶Porrò cinis, & reliquiæ combuſtionis, paſsionis & mortis domini recordatio eſt, à fidelium mentibus nũquá abolenda. Hunc cinerem vir mundus, hoc eſt, quilibet Chriſti diſcipulus tunc collegit, deferens in locum mũdum extra caſtra, quando per prædicationem nominis Chriſti in cordibus credentium, imò in tota credentium eccleſia, quaſi in loco mundo, paſsionis & mortis Chriſti memoriá collocauit, & hoc extra caſtra Iudaicæ obſtinationis. Vobis (inquiunt Apoſtoli) oportebat primùm prædicare verbum dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus. *Cinis hoſtiæ. Vir mundus. Locus mũdus extra caſtra. Act.13.*

¶Aqua expiationis dicti cineris admixtione ſacrata, ſacramentum baptiſmi ſignificabat. Item & pœnitentiæ ſacramẽtum. Vtrunque enim à Chriſti morte virtutem purificádis animabus accepit. *Aqua expiationis.*

¶Morticinum tangit omnis homo qui naturali propagatione ab Adam deſcendit. in quo omnes peccauerunt. Omnes enim in eo per culpam originalem moriũtur. Proinde morticinum hominis tangit, quiſquis vel alterius vel proprio peccato conſentit, qui niſi dicta expiationis aqua fuerit aſperſus, manet ipſius ſpurcitia ſuper eũ, & peribit de populo ſanctorum. *Morticinum quis tangit. 1.Cor.15.*

¶Sit interim hic cinis, & hæc aqua vniuerſæ multitudinis credentium in cuſtodiam & ſalutem iure perpetuo.

¶Quòd autem ſacerdos ingrediebatur cũ ſanguine hirci & vitulæ in ſanctum ſanctorum locum, id vtique ſignificabat, quòd Chriſtus ſacerdos ſumm⁹ in proprio ſanguine introiturus eſſet in cœlũ, vt appareat vultui dei pro nobis. *Sacerdos cũ ſanguine ingrediens templum.*

¶Septena

*Heb.9.* *Aſperſio ſeptena* *Heb.10.*

¶Septena dicti ſanguinis contra fores tabernaculi digito facta aſperſio, hoc præfigurabat quod ait Apoſt. Habentes fiduciam in introitum ſanctorum per ſanguinem ipſius, quam initiauit nobis viam nouam. Et quoniam per ſpiritū ſanctum (qui digitus dei dicitur) Chriſtus ſemetipſum obtulit immaculatum deo (vt pòſt dicetur,) Ideo dicta ſanguinis aſperſio digito pontificis (præſcribēte lege) fiebat. ¶Aſperſio denique ſeptenis vicibus repetita, deſignabat futuram virtute ſanguinis Chriſti ablutionem perfectam omnium delictorum. Ex quibus patet quemadmodū ſummi ſacerdotis Chriſti oblatio, quam pro reconciliatione generis humani de ſemetipſo offerre dignatus eſt deo patri, multis ante ſeculis figuraliter extitit prænuntiata.

*Chriſtus pontificē vet. teſt. excellit in quatuor.*

¶Sed iam ad explanationem lectionis accedamus. In cuius priori parte, vt dictum eſt, Apoſtolus oſtendit Chriſti ſummi ſacerdotis noſtri, ſupra pōtificem veteris teſtamenti præeminentiā, & hoc in quatuor: videlicet, Primò, in dignitate perſonæ. Secundò, in dignitate loci ſeu aditi. Tertiò, in dignitate modi intercedēdi. Quertò, in magnitudine ſeu dignitate obtēti boni. Hęc omnia oſtēdit quū dicit

*Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.*

*Sēſus ſeu ordo literæ.*

¶Hæc litera ſic ordinetur: Chriſtus pontifex aſsiſtens videlicet deo patri ad interpellandum pro nobis, futurorum bonorum, non præſentium, vel carnalium dator, introiuit ſemel in ſancta, tabernaculum vtiq; peramplius & perfectius, id eſt, nō huius creationis, id eſt, humanæ factionis, quale erat templum Iudæorum, introiuit inquam, non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per propriū ſanguinem. Introiuit autem ſemel, per proprium ſanguinem, æterna redēptione inuenta, id eſt, obtenta.

*Primò in gratiæ plenitudine.*

¶Vbi dignitatem perſonæ Chriſti ſupra pontificem veteris teſt. oſtendit in tribus. Primò in gratiæ plenitudine, quum dicit Chriſtus, quod ſermone Latino idem eſt quod vnctus. Vnxit enim hunc deus pater ſpiritu ſancto & virtute. Vncta nempe eſt ipſius humanitas inſeparabiliter ſibi iun

iũcta diuinitate. In ipſo enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, de qua rurſum vnctione ꝑ prophetam illi dicitur: Vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Inde enim eſt ſpecioſus forma pręfiliis hominum, quia diffuſa eſt gratia in labiis ſuis. *Act.10. Col.2. Pſal. Cant.2.*

¶Hæc ſunt vnguenta in quorum odore currunt animæ ſanctæ, quorum denique bonũ & viuificũ odorem Apoſtoli ſua prædicatione circuntulerunt in omni loco, de cuius etiam vnctionis plenitudine accepimus omnes. Siquidem vnguentum in capite ſummi ſacerdotis Chriſti deſcendit nõ modò in barbam, id eſt, in Apoſtolos, qui omnium coniunctiſsimi Chriſto capiti eccleſiæ fuerũt vt barba, ſed etiam in oram veſtimẽti id eſt, extremũ quemq́ue fideliũ. Quia ergo pater cumulauit ſuper eum vniuerſa chariſmata gratiarũ, benignitatis & manſuetudinis, abũdantius eũ replens viſcerib⁹ miſericordię & miſerationis, rectè Chriſtus, id eſt, vnct⁹ appellatur, quo nomine vtraque natura, humana .ſ. & diuina, in vnam ipſius conueniſſe perſonã rectè ſignificatur, vt ſit ver⁹ homo qui vnctionem acceperit, & verus deus cuius vnione eouſque ſit vncta illi⁹ perſonę humanitas, vt de plenitudine ei⁹ (ſicut dictũ eſt) accepimus omnes. Porrò vet. teſt. põtifex homo tantũ erat. Chriſtus autem, ſicut dictum eſt, & deus & homo. *2. Cor.2 Ioan.1. Pſal.*

¶Secũdò, dignitatẽ perſonę Chriſti ſupra illũ veterẽ pontificem oſtendit Apſt. ex fideli ipſius apud patrẽ interceſſione, quum dicit: Aſsiſtens, ſcilicet à dextris deo patri, nõ modo vt interpellat pro nobis, ſed etiã vt ſtans & aſsiſtẽs ipſe nobis lapſis & periclitantibus auxlietur. Aduocatum inquit Ioannes, habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Secundò excedit interceſsione. Roma.8. 1.Ioan.2.*

¶Tripliciter autem interpellat pro nobis, videlicet oratione, ſanguine, cicatricum oſtenſione. De primo B. Ioan. memorat ipſum in meta ſuæ mortalis vitæ, ſubleuatis in cœlum oculis pro credentibus, in hunc modũ patrem oraſſe: Ego pro eis rogo. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos, vt habeãt gaudium meum impletum in ſemetipſis. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbũ eorũ in *Trib⁹ modis Chriſt⁹ interpellat Ioan.17.*

me,

me,' vt omnes vnum ſint,ſicut & tu pater in me, & ego
te vt & ipſi in nobis ſint.

*Heb.12.* ¶Quemadmodum autem ſanguine pro nobis interpell
Apoſt.oſtendit d. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem m
lius loquẽtem quàm Abel. Nam ſanguis illius vltione
Chriſti verò ſanguis remiſsionem clamitat peccatorũ, i
terpellat & cicatricum oſtenſione. Has enim quũ è ſuo
cratiſsimo corpore prorſus abolere potuiſſet, mortis
ctor & vitæ dator, maluit tamẽ ſeruare, vt gen⁹ mortis,
*Pſal.* ꝑ nobis adiit, patri repræſentans, dicat: Reſpice in facie
Chriſti tui. Quæ enim nõ rapui, tũc exoluebã. Vnde & a
*Zach.13.* gelicis virtutibus admirantibus & dicẽtibus: Quę ſunt
*Pſal* ſtæ plagæ in medio manuum tuarũ? reſpondet: His plag
ſũ in domo eorum qui me diligebant: Foderunt enim m
nus meas & pedes meos.

*Tertiò Chriſtus excedit in mediatione. Pontifex qua ratione Chriſtus dicitur.*

¶Tertiò, perſonæ Chriſti dignitas ſupra pontificem v
teſt. oſtenditur in efficaci mediatione, & adepto per e
cunctis optato fine, quum dicitur, Pontifex. Id enim
pontifex, vt pontis per ipſum fabricati adminiculo, de
pa in ripam tranſire flumen viator poſsit. Dei autẽ & h
minum mediator Chriſtus eſt. Et quis alius ad hoc ide
qui poſsit ponere manum in ambobus? Nemo venit ad
trem, inquit, niſi per me. Ego enim ſum via & pons ô m
tales, quo ſolo poſsitis à ripa miſeriæ ad ripã fœlicitati
ternæ peruenire.

*Ibo.9.* ¶Itaque ponte hoc nobis per dei filium parato, tranſe
*Ioan.14.* tes ſaluamur à flumine culpę, vt non trahamur ad mar
abyſſum perditionis æternæ. Talis mediator nequaqu
*Heb.5.* vet teſt. pontifex fuit, nec iſta vnquam potuit vllis ho
oblatis efficere, quum & ipſe circũdatus eſſet peccati
firmitate, vnde debuit quemadmodum pro populo, it
pro ſemetipſo offerre pro peccatis.

*Secundò excellit Chriſtus pontificẽ ve.te. dignitate templi.*

¶Secundò, excellit Chriſtus vet. teſt. pontificem in dig
tate loci ſeu aditi quo pontifex noſter ingreſſus eſt. I
enim in tẽplum manufactum obſecraturus intrauit. C
ſtus verò in templum non manufactũ, videlicet in cœl
ipſum, quod hic dicitur tabernaculũ per amplius, quia
res capiat quàm illud terrenum, & quia cõtinet imme
tatem cœleſtium bonorum Dicitur etiam perfecti⁹ qu
ill

illud Moyſi aditum, quia illud tráſferri de loco ad locum potuit, cœlum verò tabernaculũ perpetuum & immobile eſt, quippe quod fixit deus & non homo, & ideo dicitur non huius creationis, quale ſcilicet illud fuit in heremo, quod fuit humanæ fictionis. Fecit quippe illud Beſeleel. *Heb. 10.* *Exo. 36.*

¶Tertiò, excellit pōtificē vet. teſt. Chriſtus in modo mediãdi, lōge profectò illius ritibus digniore. Ille enim pro populo preçaturus, nō ſemel, ſed quotannis (nimirũ propter oblationis ſuæ ſufficiẽtiã & infirmitatẽ) intrabat in tabernaculi ſacratius aditũ, Chriſt⁹ autẽ ſemel ad omnẽ ſufficiẽtiæ plenitudinẽ, eò ꝙ ipſius diuinitati tẽpus omne ſit præſens, cuius munera in cōſpectu dei ſunt ſemper. Siquidem Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula, & ideo vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos. *Tertiò, excedit in modo mediandi.* *Hebr. 13.* *Hebr. 10.*

¶Proinde ipſe eſt agnus ille, qui (vt ĩ Apocalypſi dicitur) occiſus eſt ab origine mundi, in ipſo videlicet Abel iuſto Chriſti typũ, vel ex tunc præferẽte. Rurſus in fide omniũ illorum qui ab initio mundi nō carne & ſanguine, ſed patre qui in cœlis eſt reuelãte, id quod iam Chriſto paſſo factum eſt, vel ex tunc crediderunt futurũ. Cæterũ ille vet. teſt. pōtifex introibat ſacrificaturus in tabernaculum manufactũ cum ſanguine belluarum, hirci ſcilicet & vitulæ. Chriſtus autẽ in proprio ſanguine. Vnde & per Prophetã dicit: Holocauſtum & pro peccato nō poſtulaſti, tũc dixi, ecce venio, ſcilicet ipſe hoſtia & ſacrificium pro peccato mũdi, quod belluarum ſanguine nequaquã potuit expiari. Empti ergo ſumus precio magno, non autem corruptibilibus auro vel argẽto, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Ieſu Chriſti. *Apoca. 13* *Gene. 4.* *Pſal.* *1. Cor. 6.* *1. Petr. 1.*

¶Quartò, excellit illũ Chriſtus in dignitate boni obtenti, quod oſtendit Apoſtolus, quum dicit, futurorum bonorum, id eſt, præſentis iuſtitiæ & æternæ beatitudinis, quæ tempore legis futura erant. De quibus bonis per Salomonem dicitur: Dabit capiti tuo incrementa gratiarum, ſcilicet in vita præſenti, & corona inclyta proteget te, ſcilicet in futuro. Introiuit, inquit, in ſancta, id eſt in cœlũ, vt appareat vultui dei pro nobis. Introiuit autẽ per proprium ſanguinẽ æterna nobis inuenta & obtenta redemptione, quæ legalibus illis hoſtiis nequaquam potuit inueniri. *Chriſtus excellit in magnitudine obtẽti boni.* *Prou. 4.* *Heb. 9.*

Non

¶Non ergo breuem aliquam, aut momentaneam purga
tionem nobis Chriſtus adinuenit, ſed perpetuam delin
quentibus meruit liberationem. Cui negotio perficiũdo,
nemo fuit vnquam alius, aut eſſe poterit idoneus, quippe
qui deus & homo, & ex diuinitate tãtæ rei peragẽdę ſuf
ficeret, & ex humanitate cum homine debitore cõuen
ret. Nõ enim (vt ſuperius dictum eſt) quiſquam fuit ant
eum qui poſſet vtrunque arguere, & ponere manũ in am
bobus. Porrò veteris Põtifex teſtamenti temporalia dũ
taxat & caduca bona populo conferri, & temporalia tan
tùm mala amoliri precabatur. Ad hęc, ille ꝓ vnius Iſrae
liticæ gentis natione, Chriſtus pro ſalute totius huma
generis interceſsit.

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſper
ſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò mag
ſanguis Chriſti qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit im
maculatum deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mor
tuis ad ſeruiendum deo viuenti?*

¶Hic oſtendit Apoſto. oblationis per Chriſtum factę vir
tutem & efficaciam, dicẽs: Si enim ſanguis hircorum. Ne
cuiquã fortaſſe mirũ videatur, aut impoſsibile vt per bo
ſtiam vnam ſemel oblatam, & vnius hominis ſanguinem
afferri poſsit omniũ redemptio, reddit illud veriſimil
*Chriſti* mum, atque affirmat ex figura legis, ſic argutans: Per illa
*ſanguinẽ* legalia ſacrificia fiebat mundatio corporalis, ergo pe
*emundare* Chriſtũ verè poteſt eſſe redemptio & emũdatio interio
*cõſciẽtiã* & ſpiritualis. Sanguis enim hircorum & vitulorum, & ci
*noſtram.* nis vitulæ in aqua expiationis inquinatos cõtactu mor
cini hominis ſanctificat, id eſt, à peccato emũdat & libe
rat à pœna legis, valẽs ad emũdationẽ carnis. Erat enim
*Num. 11.* lege ſancitũ, vt quicunque morticinum tetigiſſet, imm
dus eſſet ſeptem diebus, nec fas illi erat ingredi templ
Purificabatur autem die tertio & ſeptimo, & ſic mund
reddebatur: quãtò magis ſanguis Chriſti emũdat anim
credentium à peccatis, quæ quiſquis cõſenſu tangit, in
quinatur mente, ſicut is qui ſub lege tangebat mortuum
corpore coinquinabatur.

¶Nec fas eſt huic intrare cœlum, ſicut nec illi templum

Emundabit, inquit, Chriſti ſanguis cōſcientiam noſtram ab operibus mortuis, vt per iuſtitiā ſanguine Chriſti adeptam nō indigni ſumus ad ſeruiendum deo viuenti, vt ſic nobis libertate reſtituta, ſeruiamꝰ in ſanctitate & iuſtitia deo viuēti, qui & ipſe vita eſt per eſſentiam, & cunctis viuētibus vitā prębet. Nemo quippe deo ſeruire dignꝰ eſt, qui opera mortua vel habet, vel facit, ſed potius propriis ille ſeruit concupiſcentiis, quaſi quibuſdam exactoribus, vel diis alienis. Nam & quorundam deus vēter eſt, & au- *Phil.3.*
rum ſuum & argentum ſuum plerique ſibi faciunt idola. *Oſee 8.*

¶Tria tangit Apoſt. in prēmiſſis, per quæ ſanguis Chriſti *Chriſti o-*
habet efficaciā ad prędicta. Primū eſt ipſe offerens, vide- *blatio ex*
licet Chriſtus, cuius apud patrē immenſæ virtutis & effi- *tribus cō-*
caciæ meritū eſt. In filio nempe ſuo ſibi bene cōplacuit. *mēdatur.*
¶Secundū, eſt munus oblatū, quod fuit omnium ſanctiſſimū & maximū, ideo dicit immaculatū. Nullus enim pōtifex obtulit Chriſtū, ſed Chriſtus ſemetipſum. Nemo, in- *Mat. 17.*
quit, tollit animā meam à me. Sed tradidit ſemetipſum ꝓ *Ioan. 10*
nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. *Epheſ. 5.*
¶Tertium, eſt offerēdi modus. Nam ex charitate qua maiorem nemo habet, dedit animā ſuam pro nobis. Et hoc notatur, quum dicitur: Per ſpiritū ſanctum, non per talem *Ioan. 15.*
ignem, ſicut ſacrificium vetus, ſed per ſpiritum ſanctum, ſpiritū vtique dilectionis & charitatis, imò qui ipſa æterna dei charitas eſt, quæ Chriſti charitas per ignē in lege figurabatur. Cui autem facta ſit hęc talis & tanta oblatio oſtenditur, quum dicitur: Deo, ſcilicet patri.

¶Circa tertium principale dicit:

*Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedēte in redemptionem earum prænaricationū quæ erāt ſub priori teſtamēto, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.*

¶Hic cōmendat oblationis per Chriſtū factę nouitatem, dicens: Et ideo noui teſtamenti. Prius dixerat ꝙ Chriſtus per proprium ſanguinem intrauit cœlū, & ſic generis humani æternam inuenit redemptionē, quod ſub veteri teſtamēto nequaquam fieti potuit. Quamobrem teſtamentum factū per Chriſtum, teſtamentum nouum dici debet. Illud enim quod ſequitur ad vetus & pręcedēs, nouum dicitur collatione veteris illius præcedētis, & hoc eſt quod

concludit

cõcludit quum dicit: Et ideo noui teſtamẽti mediator eſt.

*Chriſti morte nouum teſt. confirmatur.*

¶Sed ſi quis dicat: Quum Chriſtus mortem obierit, quo-
modo nobis conferre poterit quod promiſit? An quod re-
ſpõdet, ꝙ per mortem eius ratũ & firmũ eſt teſtamentũ.
Teſtamentũ enim firmatur morte teſtatoris. Siquidem, vt
nos puriores redderet, mortẽ ꝓpter peccata noſtra ſub-

*Quid nobis Chriſtus teſtamento legauit.*

uit, & teſtamento nobis remiſsionẽ peccatorum legauit,
& reliquit nobis cœleſtium bonorum fruitionẽ, factus in-
ter nos & patrẽ mediator, cõcilians nobis patrẽ, qui pro-
pter peccata nobis erat offẽſus, & abdicauerat indignos
cœleſti hęreditate: inſuper ipſe quod nobis ꝓpter pecca-
noſtra ferẽdũ erat, pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ: &
mortem quę fuerat per nos ſubeũda, pro nobis ipſe ſubi-
uit, & amiſſã nobis recuperauit hęreditatẽ. Hoc eſt teſta-
mentũ nouum, & fœdus nouum dei cũ hominibus, cuius
Chriſtus & mediator, & per mortem ſuã confirmator eſt.

*Teſtamenti noui teſtes. Act. 1. Ioan. 14.*

¶Teſtes huius teſtamenti ſunt hi quibus dictum eſt, Et
eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in omni Iudæa & Sa-
maria, & vſque ad vltimum terrę. Et quod omnibus ma-
eſt, Teſtimonium perhibet de me, inquit, qui miſit me pa-
ter. Et nihilominus ſpiritus ſanctus teſtis eſt, dicente do-
mino: Paracletus autem ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater
in nomine meo, ille teſtimonium perhibebit de me.

*Teſta. huius hæredes.*

¶Denique teſtamentum hoc, hæredes habet eos quibus
ipſe dicit: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœ-
lis. Et iterũ: Gaudete & exultate, ecce enim merces veſtra

*Quomodo no. teſta. mediator ſit Chriſtus.*

multa eſt in cœlo. Porrò modũ, quo noui teſtamenti Chri-
ſtus mediator eſt, oſtendit quum dicit:

¶Vt morte intercedente in redemptionem earum præua-
ricationũ quæ erãt ſub priori teſtamẽto, id eſt, quas vetus
teſtamentum non potuit auferre, ſed per Chriſti mortem
ablatæ ſunt, repromiſsionem accipiant ætęrnæ hæredita-
tis, qui vocati ſunt, & prius fuerant abdicati, quòd pecca-
tis cõtaminati indigni eſſent hæreditate. Ex quibus pa-
teſtamenti noui ſupra vetus & efficacia & dignitas. Illud
enim non potuit tollere præuaricationes in ſe cõmiſſas,
nec promittebat hęreditatem cœleſtem, ſed duntaxat ter-
renam. Nouum verò teſtamentũ, & peccata tollit, & q
pollicetur cœleſtem donat hæreditatem

# DOMINICA IN RAmis palmarum.

FRatres, *Hoc enim ſentite in vobis quod & in chriſto Ieſu.* *Philip. 2.*

¶In hac lectione Apoſtolus duo facit. Primò, ꝓponit nobis Chriſti humilitatẽ imitandã. Secũdò, ponit ipſius exaltationem venerandã. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Propter quod & deus.

¶Circa primum aduerte, quòd nullius quantacunque humilitas accepta eſt deo, niſi eius qui in vnitate fidei, & fraternæ charitatis integritate cõſiſtit, quandoquidem & ſine fide ſit impoſsibile placere deo, & nihil ſit coram deo qui charitate vacuus eſt.

¶Apoſtolus ergo præclaro Chriſti exẽplo, fideles ad humilitatis virtutem exhortaturus, ſolicitè curauit eos de his duobus, videlicet catholicæ fidei vnitate & charitate fraterna in præcedentibus commonefacere, dicẽs: Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum. Ac ſi dicat ſcribẽs ex vinculis: Si mihi cupitis leuamen aliquod inter has meas anguſtias & vincula impendere, & ſi inter vos & me per eandem fidem eſt aliqua ſocietas ſpiritus, (quandoquidem ſocietas præſentię corporalis negetur) implete gaudium meum, monitionẽ meam hãc (vobis profectò perutilem & neceſſariam) ſuſcipientes, vt videlicet idem ſapiatis in fide, & non ſint in vobis ſchiſmata vel ſectæ, quas ſolent diuerſum ſentientes conſtituere.

*Humilitatis virtus vt placeat deo.* *Heb. 11.* *1. Cor. 13.* *Inducit ad fidei vnitatẽ.*

¶Charitatem verò illis cõmendans, ſubdit: Eandem charitatem habẽtes vnanimes, cui quoniam ſuperbia vel maximè repugnat, docet eam vitare, & humilitatẽ amplecti, dicens: Nihil per contentionem vel inanem gloriã faciẽtes, vt facere ſolent ſuperbi, inter quos iuxta Salomonis ſententiam ſemper iurgia ſunt: Néve per inanem gloriã quæ bona ſunt factitantes, non in futuro, ſed in præſenti mercedem veſtram recipiatis.

*Inducit ad charitatem.* *Prou. 17.*

¶Sed in humilitate, inquit, ſuperiores inuicem arbitrantes. Non enim qui verè ſunt humiles corde, proprias virtutes cõſyderant, ne vanè extollantur, ſed potius excel-

lentias aliorũ,vt meliorũ ſe atq; maiorum cõtemplatio
ne magis humilientur.Ideo ſubdit:Non quæ ſua ſunt ſin
guli cõſiderantes, ſed ea quæ aliorũ. Et mox ſequitur le
*Mat.11.* ctionis initiũ:Hoc enim ſentire in vobis,quod & in Chri
*Humilitatis exẽplar Chriſtus.* ſto Ieſu. Vbi(ſicut dictũ eſt) Apoſtolus ad modeſtiç & hu
militatis virtuté fideles inducens,ipſius Chriſti propo
exemplũ,ſicut & ille ſemetipſum,quum ait: Diſcite à
quia mitis ſum & humilis corde. Et rurſũ vbi diſcipulo
*Ioan.13.* pedes humilitatis magiſter lauerat,dicebat: Exẽplũ de
vobis,vt quemadmodũ ego feci vobis,ita & vos facia
¶Si ergo piget vel pudet ab homine diſcere humilita
ſaltem vel ab ipſo domino deo tuo illam diſcere non
temnas, quemadmodum & in exẽplo pietatis & miſe
*Luc.6.* cordiæ ipſe pater miſericordiarũ, & deus totius conſola
tionis nobis imitãdus eſt,dicente Chriſto: Eſtote miſe
cordes,ſicut & pater veſter miſericors eſt. Fuit autem
Chriſto humilitas eò mirabilior,quò & ipſe maior eſt.
*Humilitatis modi tres.* ¶Eſt enim quorundam humilitas coacta, quibus ſcili
pro criminibus ſuis ignominia quæcũque vel pœna in
gitur,qua velint nolint humiliantur.
¶Quorundam verò eſt humilitas ſpontanea, qualis e
*Luc.18.* in publicano qui cõtaminatam ſpectans conſcientiam
bimet vſque adeò diſplicuit, vt ne oculos quidẽ aude
leuare,ſed à longè ſtabat deũ adoraturus,ſponte ſeſe
miliãs,& proprio iudicio nouiſſimum omniũ qui in te
plo aſcẽderãt conſtituens ſemetipſum. Sanè humilit
cauſſam intra nos eſſe propheticus ſermo teſtatur,dic
*Mich. 6* Humiliatio tua in medio tui eſt.
¶Eſt & quorundam humilitas honorata, qui tametſi m
gni & in alto ſint conſtituti, minimè tamen vẽto va
tis adflantur,quippe qui non fruſtra audierunt dicent
*Eccleſ. 3* Quantò magnus es,humilia te in omnibus,& coram d
inuenies gratiam. Talis fuit humilitas Mariæ,quæ q
*Luc.1.* ſe vnã ex omnibus in dei matrẽ electam audiſſet ab
gelo,ancillam ſeſe cõputauit. Sed adhuc longe maior
*Luc.2.* militas domini ſaluatoris, vt tum quum ſubditus eſſe
*Mat.2.* rentibus,vel quum fugeret Herodem,vel quum ſe Io
*Luc.3.* in baptiſmo ſubmitteret,vel quum ſatanam tentato
*Mat.4.* ſtineret. Sed excedit omnia hæc humilitas ipſius fere

pro

propter nos contumelias & opprobria,& humiliãtis ſeſe vſque ad mortem,mortẽ autem crucis. Ad eius humilitatem ſectãdam nos inducens Apoſtolus,dicit:Fratres,hoc enim ſentite in vobis. Vbi tria notantur.

¶Primum eſt ſalutiferum hortamentum. Secundum eſt, eiuſdem hortamenti cõfirmatio per exemplum. Tertium eſt,prçclari exempli euidens experimentum. Secundum, ibi:Qui quum in forma dei eſſet. Tertium,ibi:Sed ſemetipſum exinaniuit.

¶Circa primum dicit:Hæc enim ſentite in vobis,quod & in Chriſto Ieſu.Quaſi dicat: Ad humilitatem & patientiã comitem humilitatis,& ad quærendum nõ modò quæ veſtra ſunt,ſed & ea quę ſunt aliorũ vos omnes inuito,quod vt prçſtetis,Chriſti exemplum aſſumite,nõ quę ſua erant quærentis,ſed quæ noſtræ redemptionis & ſalutis,& ſeſe propter nos humiliãtis.Ideóq; & hoc in vobis ſentire debetis quod & in illo fuit, vt vel hoc experimento cognoſcatur in vobis eſſe deus,& ſpiritus Chriſti.

¶Et quoniam vera humilitas non in ipſis ſordibus exterioribus,vel ſuiipſius ſimulata quadam abiectione conſiſtit,quum plerique huiuſcemodi prętenſis humilitatis ſignis ad iactantiã,vel hypocriſim,vel ad fraudem, ſuperbi & ambitioſi abutantur , ſed in hoc quòd de ſemetipſo quis ſubmiſſè & humiliter ſentit : ideo dicit,hoc nos debere animo ſentire quod fuit in Chriſto Ieſu, vt videlicet ſenſum Chriſti quemadmodum ipſe induamus. *Humilitas vera.*

¶Quocirca conſiderare libet quid interſit inter hæc tria, cogitare, intelligere, & ſentire quæ ſunt in Chriſto Ieſu. Cogitare enim Chriſti propter nos perpeſsis doloribus, & ipſius humilitate,facile & fortaſſe multorum eſt. Quis enim illud ſi voluerit nõ poſsit?Idipſum verò intelligere & profundè rimari paucorum , ſed paucíſsimorũ eſt hoc ipſum ſentire. Id enim duntaxat mentis eſt per charitatẽ Chriſto vnitæ,& in ipſum per huiuſmodi vnionem tranſformatæ. Siquidem membra viua capitis ſui dolorem & vulnera ſentiunt. Sin autem,perſpicuum eſt ea viua mẽbra non eſſe,vel à capite prorſus aliena. *Hæc inter ſe quo modo differant.*

¶Quum ergo ſit Chriſtus caput eccleſię & illa corpus ipſius, & ſinguli quique electorum ſint huius corporis mẽbra, *Chriſti paſsionẽ mẽbra viua ſentire*

bra, vitá & ſenſum à capite Chriſto ſuſcipientia, qui fie- poſſet vt quæ ſunt capitis ipſa membra, non ſentiát? m verò (vt iam dictú eſt) ſi ea non ſentiunt, nec ad ſe illa p tauerint pertinere, nequaquá eſſe ſub Chriſto capite m bra viua comprobantur.

*Propter tria chriſti paſsionẽ ſentire debemus.*

¶Tria ſunt auté propter quæ Chriſti paſsiones intim ſentire debemus. Vnum eſt, patientis propinquitas. C enim & frater noſter eſt, ſecundum aſſumptá dico no humanitatem. Secundum diuinitatem verò, nunquid ipſe eſt pater tuus qui poſſedit, fecit & creauit te? Alte eſt, paſsionis acerbitas, de qua per prophetam ipſe di O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & vide ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.

*Gene. 39. Deut. 32. Thren. 1.*

¶Sanè paſsionis ſuæ nobis exprimunt acerbitatem, t paſsionis modus, quia in toto corpore paſſus eſt: tum p ſionis ſuæ tẽpus, quia in pręcipua totius anni ſolenni ſolennitate inquam lætiſsima & lautiſsima, gaudenti omnibus & epulátibus paſſus eſt. In me pſallebát, inq qui bibebát vinú: tum paſsionis ſuæ locus. Nam vt ma eſſet ignominia ſuæ paſsionis, celeberrimo atque fre tiſsimo totius patriæ loco, Ieroſolymis ciuitate ſace tali & regia, vbi ſui ſecúdum carnem progenitores d regnauerant, ipſe verus atque legitimus eiuſdẽ ciui atque regni hæres paſſus eſt: tum etiam ſocietas pa non parum aggrauat ipſius paſsionem.

*Pſal.*

¶Nam Iudæorú inuidia factum eſt, vt quò magis vide tur affinis fuiſſe criminibus atq; maleficio, inter duos trones crucifigeretur, quamuis hoc ſecundum diuini c lij altitudinem propter alias cauſas diſpoſitú atque p actum ſit. Nam idcirco inter latrones crucifixus eſt, v palàm fieret pro ſontibus ipſum & reis omnibus pœ ſubiiſſe, quorú nonnulli fide ſimul ac gratia perluſtra propriá cóſitentes culpam, & Chriſti innocentiam, ſe dei miſericordiá & regnú ſperátes, & domino ſuppli tes vſque ad mortem, ſaluátur. Cæteri verò peccatis quaſi quibuſdá cóuitiis & cótumeliis Chriſtú ad mo vſq; blaſphemantes, vti digni ſunt, damnátur & pere

*Luc. 23. Inter latrones cur mori voluit chriſtus.*

¶Tertium propter quod Chriſti paſsiones ſentire de mus, eſt patientis innocentia. Peccatum quippe nó fe

*chriſti patientis innocẽtia*

nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quod vtique teſtâtur etiam ipſius inimici. Peccaui, inquit, proditor, tradens ſanguinem iuſtũ. Pilat⁹ etiã qui iniquo iudicio innocẽtẽ peremit, palàm teſtatur poſt inquiſitionẽ ſolertẽ nõ ĩuenire ſe in illo quicquã morte dignũ. Ad hæc ſi aduertimus quis eſt qui patitur, mox occurrit, quia eſt vnigenitus dei, coæternus & cõſubſtantialis patri, creator omniũ, domin⁹ angelorũ. Si attendimus qualis eſt, vtique (vt dictũ eſt) innocẽs ſanctus, mitis, & humilis corde. Si verò quantus, profectò omnipotens, æternus, immenſus. *1.Pet.2.* *Mat.27.* *Lucæ.23.*

¶Circa ſecundum, quod eſt dicti hortamenti confirmatio per exemplum, dicit:

*Qui quum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo.*

¶Magnus eſt qui nobis in exemplo proponitur imitandus. Qui, inquit, quũ in forma dei eſſet, id eſt vn⁹ & idẽ in eſſentia ſeu ſubſtantia cum deo patre, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo in poteſtate: id enim quod cui quam iure debetur, & quod eſt illi proprium, non dicitur ipſe rapinam committere, ſi illud ſibi vſurpauerit, ſed huiuſcemodi eſt æqualitas in potẽtia cum patre in Chriſto. Verùm ille qui dicebat, Sedebo in monte teſtamẽti, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum: Aſcendam ſuper altitudidem nubium, ſimilis ero altiſsimo, rapinam vtique arbitratus eſt. Chriſtus autem non ſic, quia nõ erat ei rapina ſimilem eſſe altiſsimo, ſed ius. *Chriſtum nõ rapinã arbitratũ fuiſſe.* *Eſai.14.* *Simile.*

¶Porrò qui rem aliquã non ſuam rapuit, veretur eam deponere ne amittat, præſertim quum nouerit eſſe alienã. Is autem qui aliquid habet ſibi proprium & natura inſitũ, facilè id contemnit, ſciens ſe id ita ſortitũ, vt omnino vel deponere vel amittere nequeat, ſitque protinus receptur⁹ ſi depoſuiſſe viſus eſt. Quo modo non veretur rex aliquis præpotens exuere purpuram, ponere ſceptrum, & etiã poſcente cauſa, & ſi ita placet, aſſumere ſibi ad tempus habitum militis, aut indumẽtum ſerui, nullatenus formidat, id quod poſuit propter hoc amittere? Similiter & de illo dici poteſt, exempli gratia, qui quum ſit candore & forma ſpecioſus, nõ veretur (ſi ita libitũ fuerit) ludicri cauſa extraneum & alienũ vultui ſuo colorem ſuperinducere, quũ *Simile.*

ſciat ſe per hoc non poſſe amittere innatum cādorem.S
cus de illo qui fuco vel alieno colore pro ſuo vtitur,me
tiēs eſſe ſuum, quod ſuum nō eſt:Is enim deponere ver
tur quod nouit eſſe rapinam,& alienū ſibi. Quòd ſi depo
ſuerit,perditum eſſe arbitrabitur.
¶Itaque nihil veritꝰ eſt dei filius à ꝓpria dignitate aſſu
pta ad formā ſerui quodāmodo deſcēdere,quia hāc nō
rapinā eſt aſſequutus,habens propriȩ dignitatis cogni
nē qua tamē nō obſtāte humilis fieri maluit,tanquā in
ſa ſui humilitate propriam celſitudinem meliꝰ ſeruan
Vnde & circa tertium ſuprà notatū,quod eſt dicti mag
ci exempli euidens experimentum,ſubdit:
*Sed ſemetipſum exinauit,formam ſerui accipiens,in ſimilitu*
*nem hominum factus,& habitu inuentus vt homo.*
¶Ecce quemadmodū ſe dei filius humiliauit. Exinani
ſe,inquit.Nemo ipſum,ſed ipſe ſe. Nā qui in ſua diuini
te erat immortalis & impaſſibilis,in aſſūpta noſtra hu
nitate factus eſt mortalis, & doloribꝰ ſubiectus. Qui e
æternus & omnipotens, factus eſt temporalis & carne
firmus. Ipſa proinde dei ſapientia,infans,ſine ſermone
paruit. Denique ſicut Apoſtolus ait, quum diues eſſet
*1.Cor.8.* pter nos, egenus factus eſt.
*Humiliauit ſe vſque ad humilitatē.* Humiliauit autem ſe vſque ad humilitatē, vſque ad ſer
tutem, vſque ad crucē. De primo dicit: In ſimilitudinē h
minū factus,& habitu inuētus vt homo. Ex hoc loco e
ris ſui occaſionem accepit Marciō,mentiēs Chriſtū aſſu
*Marcion* pſiſſe corpus non verum,ſed dūtaxat apparens & phan
ſticū,quia dicit de eo Apoſtolus,quòd eſt in ſimilitudine
*Similitudo duplex* hominū factus,nō aduertens ꝙ quȩdā eſt ſimilitudo ap
rētiæ tantū,vti quādo aliquid apparet eſſe quod nō eſt.
quȩdā eſt ſimilitudo in ſpecie,vti quū omnes homines h
mana ſpecie ſimiles inter ſe eſſe dicuntur,& vtiq; hac ſi
litudine dictū eſt Chriſtū in ſimilitudinē hominū factu
*Heb.2.* eſſe. De qua rurſus per Apoſtolum dicitur:
¶Debuit per omnia fratribus ſimilari. In his ſcilicet q
ad veram humanitatem requirūtur, non autē in pecca
aut in his quæ cum ſumma gratiȩ plenitudine ſe non p
mittunt,denique nec in ipſa carnali propagatione. Et v
que grandis hæc erat filii dei humiliatio, qua ſe vſque a
humanita

humanitatem noſtram humiliauit, ſicut de ipſo ad deum patrem loquens propheta ait: Minuiſti eum paulominus ab angelis. Ab angelis enim confortatus eſt. Id autẽ quod minus aut infirmius eſt, à potentiore cõfortatur. Sed quia quum ei forma ſerui acceſsit, forma dei nõ deceſsit, ideo alibi ſcriptum legis, quòd angeli miniſtrabãt ei. Vnde B. Marcus vtranque in illo naturam oſtendens: Erat, inquit, in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à ſatana, erátque cum beſtiis, & angeli miniſtrabant illi. Inquãtum tentabatur à ſatana, & erat cum beſtiis, minoratus fuit ab angelis, non tamen illud amiſerat, quo dominus eſt omnium, etiam angelorum. Angeli quippe miniſtrabant ei.

*Pſal.*
*Luc.22.*
*Mat.4.*
*Marc.1.*
*Chriſti humiliatio mirabiliter præfigurata.*

¶Sed ne quiſquã putet formam ſerui in Chriſto per vnitam ſibi diuinitatem fieri immortalem, quum dixiſſet: In ſimilitudinem hominum factus, adiecit: & habitu inuentus vt homo, paſsibilis ſcilicet & mortalis vt cæteri.

*Eſa.38.*

¶Fuit autem hæc ipſa filij dei propter noſtrã ſalutem exinanitio tum præfigurata, quum ſol decem lineis in horologio Achaz regis retrogrado motu deſcendit, in ſignum perfectæ ſanitatis Ezechiæ regi (qui ad mortem vſque ægrotabat) diuinitus reſtituendæ.

¶Vbi deſcenſus ſolis per decẽ gradus, Chriſti domini noſtri præfatam ſignificabat humiliationem. Deſcẽdit enim nõ modò minoratus ab angelis (qui nouem ordinibus diſtinguuntur) verùm etiam dignatione miranda infra omnes mortales adeò ſeſe humiliauit, vt in eum propheta dixerit: Ego enim ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

*Pſal.*
*Chriſtus vt humilitate ſua fratres liberauit.*

¶Vſque adeò inquam ſe minorauit, vt non abſurdè de ipſo dictum allegoricè accipiamus. Nõ egrediemini hinc, (nimirum è carcere Pharaonis) donec veniat frater veſter minimus. Siquidem vinculis tenebroſæ mortis humanum genus tenebatur obſtrictum, negata vita, & morte graſſante quoaduſque in ſignum perpetuæ atque integræ ſoſpitatis per dei miſericordiã conferendæ, ſeſe ſol iuſtitiæ Chriſtus infra angelos, & etiam homines, benigniſsima dignatione clemẽter humiliauit. Et habitu, inquit, inuentus vt homo. Inuẽtus vtique fuit vt homo in infantia,

*Gen.42.*
*Quando vel vbi habitu inuẽtus fuit vt homo.*

in vagitu, in fame & ſiti, in laſsitudine, in lachrimis, in ip
mortis formidine: denique ne eſſe verus homo ambige
tur, familiarem ſe hominibus exhibuit, manducans & bi
bens etiam cum peccatoribus.

¶De ſecundo, quòd videlicet ſe humiliauit vſque ad ſe
*Mat.11.* uitutem dicit: Formam ſerui accipiens, non tamen (vt
ctum eſt) formam dei amittens. Oſtendit ſanè Chriſtus
ſigno & opere & ſermone in forma ſerui ſe veniſſe. Sig
hoc oſtendit, in eo quòd tempore maximæ ſeruitutis n
ſci voluit, in cuius ſitum erat arbitrio quo tempore na
retur. Siquidem tantæ ſeruitutis tempore natus eſt, vt
vnius hominis iuſsiones deſcriberetur ad cenſum & ſub
ctionis profeſsionem vniuerſus orbis.

¶Hoc ipſum & opere oſtendit, quandoquidem ſubd
*Opère* fuit parẽtibus, ſubditus & huius ſeculi principibus. Sol
*Chriſtus* enim pro ſe & Petro exactum didragma. Legi denique
*ſeruitutẽ* uus & ſubditus fuit, in circuncisione, in matris purifica
*oſtendit.* ne, & ſui à ſacerdote quinque ſiclis redẽptione. In eo
*Luc.2.* nique quòd ad ſolẽnitates legales ſtatutis tẽporib' qu
*Ibidem.* annis aſcendit Ieroſolymam. Rurſum Ioanni in baptiſ
*Mat.18.* ſeſe ſubmiſit. Et non inuſitatũ ei fuit, vt dominus ipſe
*Luc.2.* uis, & magiſter diſcipulis miniſtraret. Ego, inquit, in me
*Mat.3.* o veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Nouiſsimè tandẽ ſu
omnem æſtimationem opere ſe humiliauit in paſsion
*Luc.22.* morte.

¶Porrò ſermone oſtendit ſe formam ſerui accepiſſe, p
*Sermone* ſertim vbi dixit ſe veniſſe nõ miniſtrari, ſed miniſtrare
*ſeruitutẽ* facere volũtatem ſuam, ſed volũtatem patris qui miſe
*oſtendit.* illum. In cuius ſeruitutis figura olim Iacob patriarcha
*Mat.20.* uiuit, quum tamẽ eſſet ingenu' & liber, nihilominus ta
*Ioan.6.* ſeruire voluit pro connubio Rachelis & Liæ. Chriſtus
*Gene.26* uiuit pro eccleſia ex Iudæis & Gentibus colligendo.

¶De tertiò, quo ſe dei filius humiliauit, ſcilicet vſque
crucem, conſequenter proſequitur Apoſtolus, dicens:

*Humiliauit autem ſemetipſum factus obediens vſque ad mor*
*Humilia* *tem, mortem autem crucis.*
*uit ſe vſq;* ¶Ne fortaſſe parua tibi videatur illa ſubmiſsio qua ſe
*ad crucẽ.* filius humiliauit vſque ad aſſumptionem naturæ mor
& inſuper vſque ad ſubiectionem ſeruitutis, accipe mo

ſubmiſsione

ſubmiſsionem omnium maximā, arduam ſuper omnia atque difficilimam. Humiliauit enim ſe non modò vſque ad contumelias & opprobria, calūnias, blaſphemias, alapas, flagra & ſputa, imò vſque ad mortem ipſam, quæ omnium terribilium terribiliſsima eſt. Nec tamen vſque ad quancunque mortem, quum ſit multimodum moriendi genus: ſed ad illud vſque genus mortis, quod eſt acerbiſsimū pariter & ignominioſiſsimum, videlicet mortem crucis & deteſtandi patibuli, quod non niſi multo facinore reis infligebatur.

¶Tametſi fortaſſe poſſet non abſurdè & alia ratio aſsignari quare illud mortis genus Chriſtus, ſubiuit, quia videlicet generis noſtri principes peccauerunt per ſuperbiam, per inobedientiam, denique per voluptatis concupiſcentiam in eſu fructus interdicti. Ideo Chriſtus deus (qui ea quæ non rapuit tunc exoluebat) contra eorum ſuperbiam ſe humiliauit, contra eorum inobedientiam factus eſt obediens, contra eorum concupiſcentiam & interdictam voluntatem, acerbitatem crucis elegit. *Mortem crucis cur Chriſtus elegit.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Propter quod & deus exaltauit illum.*

¶Hic oſtendit Chriſti ſublimationem & magnificentiam venerādam. Sumpſit autem exordium Chriſti glorificatio ab ipſius reſurrectione. Vnde & paſsione prius humiliat[9] eſt, vt reſurrectionis gloria clarificaretur. Humilitas enim claritatis eſt meritum, claritas autem præmium humilitatis. Sed hoc totum factū eſt in forma ſerui. In forma enim dei ſemper fuit & eſt claritas. Propter quod, inquit, & deus exaltauit illū, q.d. Quia ſe humiliauit, exaltauit eum pater. Si enim quiſquis ſe humiliauerit, exaltabitur: multò magis debet dei fili[9] poſt tantā humiliationem exaltari, qui quum in diuinitatis ſuæ maieſtate non haberet quò aſcenderet, factus homo humiliauit ſe vt aſcēderet, & vt humilitatis ſuæ exēplo nos doceret quo pacto & nos ſalubriter aſcēdere poſsimus, ſicut ſcriptum eſt: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. *Qualiter & quomerito Chriſtū pater exaltauit* *Exemplo ſuo nos docet quomodo aſcēdimus.* *Deut. 32.*

¶Oſtēdit ergo Apoſtolus quid & quantum mereatur humilitas, quum dicit: Propter quod & deus exaltauit illum vt magis hāc appeteremus calcata iactantia. Exaltauit autem *Exaltauit Chriſtum pater.*

tem filium ſuum pater in multis. In reſurrectione vide-
cet & aſcenſione, atque glorioſa confeſsione ad dexte-
maieſtatis tuæ in excelſis. Gloriam quippe ſui corporis &
exaltationem in cœlos per ſuam meruit paſsionem, nō au-
tem animæ gloriā quam habuit ex vnione ſui ad oppo-
tum verbi ab inſtanti ſuæ conceptionis. Sequitur:

*Et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.*

¶Hoc nomen eſt ſuper omne nomē, quod videlicet Chri-
ſtus homo nuncupetur deus, & dei filius per naturā. Hi-
*Ioan.10.* enim ait: Pater ꝙ dedit mihi, maius omnibus eſt. Et h-
quidem ante reſurrectionem habuit, ſed poſt reſurrectio-
nem in euidenti poſitum eſt, vt hoc ſcirent & dæmones &
*Nomē ſublime christo quare donauit pater* homines. Quod ergo à conceptione acceperat, dicitur
donatū poſt reſurrectionē propter manifeſtationem.

¶Donauit, inquit, ei nomen quod eſt ſuper omne nom-
Ab impiis & blaſphemātibus Iudæis vocitatus fuerat h-
mo vorax, potator vini, peccatorum & publicanorum a-
cus, dæmonium habēs, Samaritanꝰ, malefactor, ſeductor,
*Mat.11.* ſacrilegus, peccator, pręuaricator & infractor legis, pr-
*Ioan.8.* alia multa in hunc modum. Quia igitur ſeſe ad huiuſ-
*Luc.23.* modi cōtumelias & opprobria ſubmiſit & humiliauit, p-
*Luc.11.* pter hoc deꝰ pater exaltauit illum, & dedit illi nomē qu-
*Act.4.* eſt ſuper omne nomen. Non enim datum eſt aliud no-
hominibus ſub cœlo, in quo oporteat eos ſaluos fi-
de quo nomine beatus Ioannes ait: Scribo vobis fili-
*1.Ioan.2.* quia remittuntur vobis peccata veſtra in nomine ipſi-
*Act.10.* Huic enim omnes prophetæ teſtimonium perhibent, r-
miſsionem peccatorum accipere quotquot credunt in n-
mine eius. Si in ore duorum vel trium teſtium ſtat om-
verbum, multò magis credendum eſt omnibus proph-
concorditer huic nomini teſtimonium perhibentibus.
Sequitur:

*Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtri-
& infernorum.*

¶Hoc eſt, Orbis terrarum vniuerſus, angeli videlicet,
*christo cūcta eſſe ſubiecta.* mortales ipſi, & dæmones, ſubmiſsis genibus venerē-
adorent eum, qui in cruce pendens cum iniquis deputa-
eſt. Huic enim merito tātæ humilitatis ſubiecit pater o-
*Eſa.53.* nia ſub pedibus eius, dās ei iudiciū viuorū & mortuor-

¶Qu-

¶Quod bene prçmonſtratum longe antè fuerat in Ioſeph. *Gene.3.*
Is enim innocens & ſanctus diuináque clarus ſapientia, *& 39.*
ab iniquis fratribus acerbas paſſus perſequutiones, tandē *Ioſeph ſu*
ab illis in ſeruum vænundatus, atque in AEgyptum denu *blimatus,*
ò illic vendēdus ſublatus eſt. Vbi poſtquā ad adultera mē *chriſtum*
daciter accuſatus & innocens in carcerem miſſus eſt, pro- *præſigna-*
pter ſapientiam ſuam à vinculis ſolutus, vſqueadeò data *uit.*
ſibi poteſtate ſublimis & glorioſus effectus eſt, vt per vni *Gen 41.*
uerſam terram AEgypti ad oris ſui imperium cunctus po
pulus obediret.

¶Hic planè Chriſti typum geſſit. Nam quum in eo habita- *Col.3.*
ret ſapientia, imò ipſa diuinitatis plenitudo à ſuç ſecundū
carnem nationis gentibus, quaſi fratribus plurimas inno-
cens ſuſtinuit inſidias & perſequutiones. Poſtquam enim
triginta argenteis vçnundatus eſt, & ab impia verè adul- *Ioan.11.*
tera ſynagoga inuidioſè & mendaciter coram Pōtio Pyla- *Synagoga*
to accuſat⁹, etiā ipſe innocens in lacū mortis miſſ⁹ eſt. Sed *Iudæorū*
deſcendit cū eo in foueā vnita ſibi dei virt⁹ & ſapiētia, nec *adultera.*
dereliquit animā ei⁹ in īferno, nec paſſa eſt ſāctū ſuum. i. *Luc.23.*
ſepultū corp⁹, videre corruptionē, donec dolorib⁹ inferni *Act.2.*
ſolutis afferret illi ſceptrū regni, & potentiā aduerſus eos *Sap.10.*
qui eū deprimebāt, & mendaces oſtēdit qui blaſphemaue
rūt eum. Venerunt ad eū tā ex Iudçis quàm gentibus qui
antè detrahebāt ei, & adorauerunt veſtigia pedū eius. Da
ta eſt enim ei à patre omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Mat.28.*
Vnde ſubdit, dicens:

*Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.*

¶Omnis lingua, inquit, ſiue angelorū, ſiue hominum, ſiue
dçmonū, cōfiteātur vel ſpōte, vel coactè, q dn̄s Ieſus Chri
ſtus ī gloria eſt dei patris. i. q Chriſti ſecūdū deitatē gloria
eſt eadē cū gloria patris. Vna enim eadémq; eſt gloria pa-
tris & filii propter eādem omnino in vtroque deitatis ſub
ſtantiā. Hoc, inquit, cōfiteātur & aſſerāt vniuerſi. Cedit enī
patri ad gloriā, vt filiū habeat cui omnia pareant & ſubii-
ciantur. Siquidem vnigeniti exaltatio gloria patris eſt. Cō
tra verò ipſius diminutio eſt patris iniuria.

## DOMINICA RESVRrectionis.

*Cor.5.*

EX*purgate vetus fermentum*
¶In hac lectione duo mandat Apoſtolus. Prim
eſt vitioſæ vetuſtatis expurgatio. Alterum, ſyncer
nouitatis aſſumptio. Primum facit à principio lection
Secundum, ibi: Vt ſitis noua conſperſio.

*Fermẽto doctrinã euãgelicã ſignificari Mat.13.*

¶Circa primum dicit: Expurgate vetus fermentum. Pr
miſerat dicẽs: Neſcitis quia modicum fermentum tot
maſſam corrumpit? Accipitur autem fermentum nonn
quam in bonam partem, nonnũquam verò in ſignifica
nem ſeu partem malam. Nam doctrinã bonam, id eſt, e
gelicam ſignificat, vbi domin⁹ ait: Simile eſt regnum c
rum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in fa
ſatis tribus, donec fermentaretur totum.

*Fermẽtũ in tribus farinæ ſatis abſconditum.*

¶Fermentum ergo euangelicam doctrinam appellat, ſ
uorem dilectionis dei & proximi in fide ſanctæ trinit
continentem. Mulier quæ fermentum hoc accepit, ipſa
ſancta eccleſia, quæ dilectionem dei & proximi in ſanc
trinitatis fide accepit, & recondidit in tribus animæ ra
nalis potẽtiis, intellectu ſcilicet, memoria & volũtate,
nec homo totus hoc dilectionis ſanctæ fermento inca
ſcat, ſapiantque fermentũ hoc fideliũ & verba & deſy
ria, atque exterior ipſa conuerſatio tota.
¶Poteſt etiã nõ abſurdè intelligi, ꝙ ſãcta Chriſti eccle
per apoſtolicã prędicationẽ dictũ fermentũ fidelis doc
næ ſparſit in trib⁹ orbis terrarũ famoſiſſimis partibus, A
ſcilicet, Aphrica, & Europa. Siquidẽ in omnẽ terrã ex
ſonus eorũ. Ideo autẽ abſcõdiſſe mulier fermentũ dicit
quia in arcano cordis conſeruãda ſunt pręcepta cœleſti
iuxta quod per ꝓphetã dicitur: In corde meo abſcõdi e
quia tua, & tandem orbis terrarũ fermẽtat⁹ eſt, vt dilecti
nem dei & proximi in fide ſaperet trinitatis.

*Fermẽto dogma prauum ſignificari. Mat.16. Eiuſdẽ.15*

¶Fermentum verò in malam partem acceptum, reper
ſignificare doctrinam peruerſam, vt vbi dominus ad di
pulos loquitur, dicẽs: Cauete à fermẽto Phariſęorũ, e
pe qui irritũ faciebãt mãdatum dei ꝓpter traditiones ſ
colentes culicẽ, camelũ autẽ glutiẽtes: qui mũdabãt q
deforis eſt, & reliquerunt quæ grauiora ſunt legis ſcil
iudicium & miſericordiam, deum ſolis labiis honorã
quum interim cor eorum longe eſſet ab eo. Sine ca
inqu

inquit, id eſt, ſine fructu colunt me docẽtes doctrinas & mandata hominum. *Mat. 25. Ibidem.*

¶Itaque per fermentũ Phariſæorum, prauam hæreticorũ doctrinã intellige, quæ quum ſemel in maſſam vulgi fuerit iniecta, ipſa paulatim ſerpẽs corrumpit totam, & acerbiore ſui ſapore, tumoris ſcilicet & amarulẽtię, inobediẽtię, indignationis & ſeditionis, mox inficit & corrumpit. *Hæreticorũ dogma quid ſapiat.*

¶Præter hęc fermentum ſignificare comperitur conuerſationẽ vitioſam, ſiue ipſum qui vitioſè cõuerſatur, quum videlicet præſenti loco per Apoſtolum dicitur: Neſcitis quia modicũ fermentum totã maſſam corrumpit? Fornicarium illum apud Corinthũ, enormẽ & inceſtuoſum, qui patris habebat vxorẽ, fermentũ appellat, qui ſuo facinore totã eccleſiæ Corinthiorũ maſſam dedecorabat. Solet enim peccator ſcelere quouis famoſus atque cõſpicuus exemplo ſuo (ac ſi peſte quadam) inficere cõmunitatem, quum videlicet vel ſui ſceleris acquirit imitatores, vel obtinet defenſores, vel certè quum hi qui poſſunt illum corripere & non faciunt, ſui comparticipes in delicto efficiuntur. Cauete, inquit, à fermento Herodis, hominis vtique multo facinore, adulterio, inceſtu, fraude, homicidio, & ſimilibus terram polluente, & inficiente cæteros ſcelerum licentia ſcandaloſa. *Fermẽtũ vitioſè cõuerſantẽ deſignat. Criminoſus vt ſimiles ſibi acquirit. Mar. 8.*

¶Et quoniam hi qui vel hęreticæ prauitate doctrinæ, vel exemplo vitę corruptioris conſpicui ſunt, niſi foras eiiciantur, vel coerceãtur, mox cæteros corrumpũt, vt dictum eſt, ideo præcipit Apoſtolus, dicens: Expurgate vetus fermentum. Quem idcirco vetus fermentum appellat, quia quum per baptiſmi ſacramentum in ſanctã vitæ nouitatẽ regeneratus fuiſſet, iam denuò ad prioris vitæ vetuſtatẽ (quaſi canis ad vomitum) reuerſus erat. Tollatur, inquit, de medio qui hoc opus fecit, & auferte malum ex vobis, mandãs Corinthiis, quatenus illum fornicatorem ab eccleſię cœtu pellãt, quem etiam iam diabolo tradiderat in damnationẽ carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret, & vt quo ſuaſore peccauerat, eo excarnificãte purgaretur. Deniqueut de cœtu fideliũ eiectus erubeſceret de crimine, & cæteri ſuæ confuſionis exemplo cohiberentur: metuerẽtque ſic eiectus tandem etiam à cõtubernio ſanctorũ, atque beatorum *Tollendos eſſe manifeſto crimine ſcandaloſos. 1. Pet. 2.*

torum perpetuò ſeparari , ſed potius præſentis reme
cõfuſionis perpetuæ damnationis iacturam euadens ſ
uus fieret ſpiritus ipſius in die domini.

*Mos non improbandus.*

¶Hinc forſan inoleuit conſuetudo non improbanda,
appropinquante ſolennitate paſchali,legum ſeueritas
publicè criminoſos animaduertat, vt eos vel exilio re
gãdo purgatam reddat à fermento malitię ciuitatem,
alio quolibet afficiẽs ſupplicio,& illos publica pœna
tabiles efficiat,&(vt dictum eſt)cæteros ab auſu cõſim
li pœnarum terrore compeſcat.

¶Proinde quod hinc ad nos pertinet , vetus fermentum
præter ſuperiora,omne genus nequitiæ accepimus,qu
nõ ſolùm purgare à nobis ſuperficietenꝰ, ſed prorſus
purgare iubemur, vt nõ ſolùm facinora noſtra nobis
plicere confiteamur, ſed etiã vſqueadeò à nobis ea ra
citus euellamus,vt non modò illicitum actum,ſed eti
voluntatem ipſam, & omne quod affines peccato fa

*Fermenti nomine peccatum ſignificari*

poſſent,à nobis omnino reſcindamus.Vitia verò ipſa f
mentum hac ratione dicũtur,quòd quiſquis eſt in obliga
tione iniquitatis, etiam in felle amaritudinis commo
tur.Quiſquis enim in peccato tenetur,ĩ amaritudine
*Act.8.* ratur oculus eius. Propter quod ait Apoſtolus: Videte
*Heb. 12.* qua radix amaritudinis ſurſum germinãs impediat,&
ficiãtur multi.Denique fermentum hoc idcirco vetus
pellatur,quòd per illud homini veteri(qui de terra ter
nus fuit)adſimilamur,&diſsimiles efficimur illi nouo
mini qui de cœlo cœleſtis ad nos ſibi adſimilãdos in
mundum venire dignatus eſt.

*1. Cor.15.* ¶Circa ſecundum principale dicit:

*Vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi.*

*Azymos debere eſſe fideles. Cõſperſio quid ſit. Ezec.36.*

¶Hic mãdat ſynceræ nouitatis aſſumptionem:Vt ſitis
quit,noua cõſperſio, idcirco expurgate vetus ferment
vobis. Eſt autẽ cõſperſio,farina per aquã cõglutinata
in maſſam cõpacta, & bene eccleſiam populi credenti
gnificat,quę per aquã baptiſmi cõſperſa & ſanctifica
aggregata eſt.Vnde per Ezechielem dñs loquitur,dic
Congregabo vos de vniuerſis terris , & effundam ſu
vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus in
namentis veſtris , & ab vniuerſis idolis veſtris munda

vos & dabo vobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. Et auferã cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: & ſpiritum meum ponã in medio veſtri,& faciam vt in præceptis meis ambule is,& operemini. Ecce quomodo per aquã baptiſmi & effuſioné ſancti ſpiritus eccleſia credentium ſit coadunata,mundata,viuificata, corroborata & confirmata.

¶Vt ſitis, inquit, noua conſperſio , nulla improbitate admixta,ſicut eſtis azymi, hoc eſt, quéadmodũ vos eſſe decet ſine fermento,& azymo hoc eſt abſque azyma, quod Grçcè ſonat fermentũ,id eſt, abſq; vetuſta iniquitate illa, acida & mordaci. Sitis,inquit,noua cõſperſio,hoc eſt vnũ aliquid per dilectioné,& puri à corruptione peccati,ſicut & in baptiſmo facti eſtis azymi,id eſt, mũdi & puri à peccati corruptione (vt dictum eſt) & in ſanctæ vitæ nouitate permaneatis,ſicut effecti ſitis noui ab omni peccato tã originali illo,à primis parẽtibus cõtracto,quàm actualibus delictis,ꝓpriæ volũtatis electione per vos cõmiſsis, à quibus omnibus in ſacro baptiſmi ſalutaris lauacro mũdati eſtis,permãſuri poſtmodũ ſine peccati fermento, inquãtũ humana fragilitas cũ dei prçualet adminiculo. Cauſam verò quare hçc aſſumenda ſit nouitas adiũgit,dicẽs:

*Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus.*

¶Puri,inquit,hac ratione eſſe debem⁹,quia Chriſtus immolatus in cruce pro nobis (qué in ſacramẽto ſumimus) eſt noſtrum paſcha,per quã trãſire poſſumus & debemus à vitiis ad virtutes, à peccato ad gratiam, ex hoc mundo ad patrem, ſicut Iudæorum vetus paſcha ſolennitas erat, quam ob memoriã liberationis ſuæ gentis de terra AEgypti olim factæ quotannis celebrabant. *Paſcha.i. tranſitũ qualiter verè celebrare debemus.*

¶Appellabatur auté & agnus,qui in principio iſtius ſolénitatis in ſingulis domibus ſecundum legem immolabatur paſcha, ſicut vbi diſcipuli dicunt interrogantes: Quò vis eamus,& paremus tibi vt mãducemus paſcha? Et rurſum apud Lucã,Venit autem dies in qua neceſſe erat occidi paſcha. Secundum hũc morem loquitur hic Apoſt.d. *Mar.14. Luc.22.* Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ac ſi dicat: Mãducaturos agnũ paſchalem ſecundum legẽ Moyſi mũdos eſſe oportebat,quãtò magis vos quorũ paſcha eſt

ipſe-

ipſemet filius dei, agnus vtique ſine macula, qui nõ fec[illegible]
ſed tollit peccata mundi, expurgati eſſe debetis à pecc[illegible]
fermẽto, & ab omni acerbitate & amaritudine cõſcie[illegible]
tiæ puri, & innouati? Vt ſicut per immolationẽ illius ag[illegible]
*Exod. 12.* figuralis in terra AEgypti popul⁹ Iſrael ab extermina[illegible]
*Exod. 14* re angelo, & AEgyptia ſeruitute tranſito mari rubro [illegible]
liberatus, vt ad promiſſam hæreditatem poſsidendã p[illegible]
ficiſceretur: ita & vos, inquit, per immolationẽ & mor[illegible]
agni incontaminati Ieſu Chriſti, à poteſtate principis [illegible]
nebrarum per baptiſmũ & pœnitẽtiæ ſacramenta (ta[illegible]
qui poſt baptiſmum peccauerũt) quaſi per mare rubr[illegible]
quòd ab effuſo Chriſti ſanguine efficaciam habeãt ſa[illegible]
menta, ad promiſſam perueniatis terram viuentium.

¶Proinde ſicut illi qui per agni immolati ſanguinem [illegible]
*Perditio ingratorũ* illa ſeruitute liberati tranſito mari & accepta lege, [illegible]
pabulo cœleſti ad promiſſam vocati hæreditatem, ta[illegible]
beneficiis acceptis ingrati, in AEgyptũ redire voluer[illegible]
perierũt in deſerto: ita & hi qui per Chriſti mortem p[illegible]
cioſam, & ſanctiſsimi corporis ſui paſchalem cõmu[illegible]
nem à diaboli poteſtate liberati, & ad cœleſtem glo[illegible]
(verã vtique regionem viuentium) ſunt inuitati, ſi tra[illegible]
itum à peccatis ſuis facere noluerint, vel poſt huiuſce[illegible]
di trãſitum ad veterum peccatorũ tenebras quaſi in A[illegible]
gyptum & diabolicã ſeruitutẽ voluerint denuo retr[illegible]
atque reuerti, hi deo vindice, aut terra ſorbente, aut g[illegible]
deuorãte, aut ſerpentum morſibus, aut hoſtili gladio [illegible]
peribunt, hoc eſt, aut per auaritiam, aut carnis luxuri[illegible]
aut per inuidiam vel iram, vel alio quouis modo, [illegible]
boli inſidiis ſuperati peribunt.

*Paſcha verum qualiter celebrãdum.* ¶Nouerint ergo quicunque agni ſine macula carne[illegible]
ſacramento comederunt, ſe paſcha, hoc eſt tranſitum [illegible]
dictus eſt, ſeptẽ diebus, id eſt, toto poſt tẽpore in fi[illegible]
debet celebrare, & hoc non ex triſtitia aut coactos, [illegible]
cum gratiarũ actione & voce laudis, ſicut & illi ſubm[illegible]
*Exod. 15.* ſis eorũ hoſtibus tranſito mari liberati, carmen do[illegible]
canebãt, dicẽtes: Cãtemus domino glorioſè &c. Vn[illegible]
ſequenter Apoſtolus nos hortãdo proſequitur, dicen[illegible]

*Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in ferm[illegible] litiæ & nequitiæ.*

¶Q[illegible]

¶Quaſi dicat: Quia Chriſtus immolatus paſcha noſtrum eſt, idcirco epulemur, id eſt, feſtiuitatem noſtrã celebremus legitimè, & vti dignũ eſt gaudio ſancto & ſpirituali lætitia de tanto gratiæ munere exultantes. Arguit quippe ex his omne tempus feſtiuum eſſe & celebre Chriſtianis propter bonorum magnitudinem, quę ipſis ſunt gratis cõceſſa. Propterea, inquit, immolatus eſt filius dei, vt nos dies lætos & celebres agere faciat. Non tamen vobis lætandum eſſe putetis in fermẽto veteri, id eſt, vetuſta corruptione peccati, quia hoc non eſſet tranſiſſe, ſed magis diaboli laqueis permanſiſſe irretitos. Neq; rurſus ad peccata dimiſſa redeundum, quia hoc eſſet poſt liberationẽ denuo comprehendi.

*Omne tẽpus feſtiuum eſſe chriſtianis.*

¶Subinde corruptionis huiuſce fermentũ per partes diſtinguit, quum dicit: Neque in fermẽto malitiæ & nequitiæ. Vbi per fermentum malitię intelligere poſſumus ſcelus omne, quod extra nos ſiue in deũ, ſiue in proximũ admittimus: per fermentũ verò nequitię, omne peccatũ accipimus quod in noſmetipſos perpetram⁹. Ab ipſa ſiquidem iniqua mente & quadam malitiæ ꝓfunditate nequã aliquis dicitur. Hæc duo igi͡r, ſcilicet malitia & nequitia, fermentum acerbitatis & amaritudinis ſunt, quod longe prorſus à domibus filiorũ Iſrael, non litera ſed ſpiritu, (id eſt, fideliũ mentibus) abeſſe debet ſi paſcha, id eſt tranſitum voluerint ritè celebrare. Vnde ſubdit Apoſt. dicens:

*Fermenti veteris partes malitia & nequitia.*

*Sed in azymis ſynceritatis & veritatis.*

¶Scilicet epulemur. In azymis, inquit, ſynceritatis, id eſt, vita puriore & integra. Illa enim res ſynceris dicitur, quę naturã ſuam perfectè ſeruat, & nulla interius corruptione vitiata in melius ſemper proficit, nõ in peius. Vnde & nos ſynceres tum ſumus, quum omnia in ſimplicitate & puritate mentis agimus, ſemper in melius proficere ſtudentes, nulli malum pro malo reddentes, nulli offendiculum vel mali exemplum ſubminiſtrantes.

*Synceris quæres dicitur.*

¶Pręter hãc ſynceritatẽ pręcepit nobis Apoſt. etiã veritatem, vt lõge abſit à nobis fraus omnis & duplicitas, fictio & hypocriſis. Rurſus, vt nihil omnino pro captanda laude humana vel oſtẽtationis gratia factitemus. Quin potius oĩa noſtra & etiã noſmetipſos illi ſynceriter offeramus.

# DOMINICA IN albis.

1. Ioã. vlt.

*CHariſsimi, omne quod natum eſt ex deo, vincit mũdũ*
¶In hac lectione beatus Ioannes tria nobis cõ
ſideranda proponit. Primũ eſt, filiorum adoptio
nis ex deo generatio. Secundũ eſt, mũdanæ vanitatis p
regeneratos in fide, victorioſa ſuperatio. Tertium, quali
eſſe debeat regeneratorũ fides de Chriſto. Primum no
tat, quum dicit: Omne quod natum eſt. Secundum, quũ
ſubiungit: Vincit mundum. Tertium, ibi: Quis eſt autem

*Generatione ſpirituali fideles ex deo naſci.* *1. Pet. 1.* *Ioan. 1.*

¶Circa primum eſt notãdum fideles ex deo renaſci no
carnali, ſed ſpirituali generatione, de qua per beatũ Pe
trum eis dicitur: Renati nõ ex ſemine corruptibili, ſed in
corruptibili, per verbum dei viui & permanentis in æter
num. Nec id mirũ cuiquã aut impoſsibile videatur, quũ
etiam ipſe dei conſubſtantialis & coæternus filius, ex ho
mine prius factus & natus ſit verus homo. Verbum quip
pe quod erat in principio apud deũ & deus erat, per quod
facta ſunt omnia, caro factũ eſt, & habitauit in nobis. V
enim ex deo homo renaſceretur, prius ex homine na
eſt deus. Quod vtique longe maius atque mirabilius e
quàm ex deo ſpiritualiter homines renaſci.

*ibidem.* *Roma. 8.*

¶Porrò quotquot dei filiũ ex virgine natũ per fidem a
ceperunt, dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri, vt ſit ipſe p
mogenitus in multis fratribus. Nec iam indignũ eſt de
eorũ fieri & vocari patrẽ, quorũ ſe vnigenitus dei fili
fratrem effecit. Hanc filiationem idem Ioannes Apoſt
alio loco nobis cõmendat, dicẽs: Chariſsimi, nũc filij d
ſumus, ſed nondũ apparuit: quum autẽ apparuerit, ſcim
quia ſimiles ei erimus, quoniã videbimus eum ſicuti e

*1. Ioan. 3.* *Generatio ſpiritualis à carnali qualiter ſecernitur* *Ioan. 3.*

¶Sciendum eſt autem, ꝙ hæc ſpiritualis generatio a ge
neratione carnali lõge ſecernitur, dicẽte domino: Q
natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpi
ſpiritus eſt. Per illam enim naſcimur ad mortem, per h
ad vitam. Per illam hęreditamus peccatum, per hanc
ſequimur gratiam. Per illam hęredes efficimur terræ, p
iſtam, cœli. Per illam ſumus filij pręuaricatoris, per iſt
verò renaſcimur & adoptamur in filios dei.

Deni

¶Denique his qui duntaxat carnalis illius generationis
originem adhuc ſapiũt, dicitur: Vos de deorſum eſtis, vos *Ioan.8.*
de mundo hoc eſtis. Et quò ego vado, vos nõ poteſtis ve-
nire. Nimirũ qui de terra eſt, terrena cogitat & loquitur. *Ioan.3.*
Statuit enim oculos ſuos declinare in terrã. Hi autem qui
ad generationem cœleſtem ſuſpirãt, corruptæ vitium na- *Pſal.*
turæ & ſentiunt & deplangunt, dicentes: Adhæſit in terra
venter noſter, id eſt, mens & memoria noſtra terrenis re-
bus adglutinatur. Animę quippe vẽter memoria eſt, quòd
illic res per ſenſus exteriores cognitæ, quodammodo ſer
uãtur. Quia verò (niſi opitulãte deo) à terrenis rebus hu-
mana mens nequaquã auellitur, ideo quum deploraſſẽt,
dicũt, Adhęſit in terra vẽter noſter: mox ſupplicantes ad-
iungunt: Exurge domine, adiuua nos, & redime nos.

¶Porrò nõ immeritò carnalis generationis filij terręver- *Pſal.*
mibus comparantur. Siquidem filius hominis putredo & *Carnales*
vermis. De terra nempe vermis oritur, per terrã repit & *homines*
trahitur: de terra paſcitur, in terra cõculcatur, in terra mo *terræ ver*
ritur, ac demum auibus præda efficitur. Ita nimirũ & car- *mibus re-*
nalis homo à voluptate carnis quaſi à terra oritur, p r ter *ctè compa*
rena mente ſemper oberrat atque verſatur, pro terrenis *rantur.*
rebus affligitur, premitur, & anxiatur, in rebus etiam ter- *Iob.25.*
renis ſemetipſum (dũm datur) oblectat & paſcit, denique
in rerũ luxu & amore peruerſo, ſeſe perdit, & per pecca-
ta quaſi in terra moritur. Talis fuiſſe ſcribitur diues ille
luxu perditus, qui tandem dæmonibus quaſi terrenis aui- *Luc.16.*
bus pręda factus, ſepultus eſt in inferno. Huiuſcemodi ge
nerationis filiorum non eſt hunc mundum, id eſt, mundi
huius proſpera vel aduerſa ſuperare, ſed tantùm eorum
qui ſpirituali propagatione ex deo nati ſunt.

¶Pro cuius ſpiritualis natiuitatis ampliori notitia conſy-
derandum eſt, quòd iſtius generationis filij ex dei verbo
viuificãtur, ex ſacramẽto baptiſmi renaſcuntur, & ex vir-
tute ſpiritus nutriuntur.

¶Primũ, videlicet ꝙ ex dei verbo huiuſcemodi adoptio- *Adoptio-*
nis filij viuificantur, ſic collige: Quum iuſtus non niſi ex *nis filij vt*
fide viuat, & fides ſit ex auditu verbi cœleſtis, liquet ex *viuificã-*
verbo vitam hanc eſſe, quum ex verbo fides ſit quæ viuifi *tur.*
cat. Filij dei, inquit, eſtis per fidem. Nõ tamen per talem *Roma.1.*

fidem qua & dæmones credunt & contremiſcunt, quæ ſi-
*Roma* 10 ne operibus mortua, & ſine dilectione ficta eſt, ſed pe-
*Gala.*3. cam fidem eſt vita, quæ fides per charitatem operatur, &
*Iacob.*2. ex operibus cognoſcitur.
*Ibidem.* ¶Sicut enim vegetabilia & plantæ quorũ viua radix eſt
*Gala.*5. producunt ex ſe germen & fructum, ita & viua fides exte-
*Simile.* rius in operibus ſe prodit, alioqui mortua eſt, imò nec fi-
des eſt. Putáſne, inquit Bernar. filium dei reputat leſum
*Bernar.* quiſquis ille homo eſt, qui ipſius nec terretur cõminatio-
nibus, nec promiſsionibus attrahitur, nec flagellis emol-
litur, nec præceptis obtemperat, nec conſiliis acquieſcit?
Nónne is, etſi fateatur ſe noſſe deum, factis negat?
*Per bapti* ¶Quòd autẽ per baptiſmi ſacramentũ in vitã gratiæ na-
*ſmi laua-* ſcuntur, patet atteſtãte dño, atq; dicẽte: Niſi quis renatus
*crum naſ* fuerit ex aqua & ſpiritu ſãcto nõ poteſt videre regnũ dei.
*cuntur.* ¶Sed vt ad hanc vitam gratiæ naſcamur, neceſſe eſt
*Ioan.*3. primũ mori peccato, de qua morte per Paulum renũcia-
citur: Mortui enim eſtis, ſcilicet peccato per baptiſmũ, &
*Coloſſ.*3. vita veſtra, (id eſt, vita gratiæ per quã eſtis filij dei) abſcon-
dita eſt cum Christo in deo. Conſepulti enim eſtis cum il-
*Roma.*6. lo per baptiſmum in mortem, vt ſicut Christus ſemel pro
peccatis noſtris mortuus eſt, ita & nos ſemel per baptiſ-
mum peccato moriamur. Proinde ſicut ille à mortuis in
vitæ nouitatẽ reſurrexit, ita & nos per baptiſmũ in ipſius
ſanguine abluti, & ad vitam nouam regenerati, vt decet
filios tanti patris, de cætero ambulemus.
*Baptiſmi* ¶Sed huius ſalutaris lauacri virtutem & efficaciam conſi-
*virtutem* dera. In aqua quippe datur, & ſecundum aquæ nobiſcum
*aduerte.* tas ꝓprietates ſpiritualiter operatur. Sicut enim aqua ſor-
des abluit, reſtinguit incendium, producere & germinare
facit terrã virentia quæque, & ſpectantis in ſe ſpeculi
morem imaginem reddit: ita & ſuo modo ſancti ſpiritus
gratia in lauacro ſalutari diluit peccatorũ maculas, reſi-
ſtit cõcupiſcentiis malè flagrãtibus, reuireſcere facit re-
generatos per ſanctæ vitæ nouitatẽ, & creatoris imaginem
ſine macula ipſius decoratam ſimilitudine repræſentat.
¶Hæc eſt aqua à dextro dominici corporis latere (quod
*Ezec.*47. vtique verũ diuinitatis eſt templum) egreſſa, quæ (vt Eze-
chiel in viſione conſpexit) & mortua quęque ad quæ per-
ue-

uenit, viuificat, & arida facit denuò virere.

¶Denique quòd ſpiritualis generationis filij, virtute ſpiritus nutriuntur, collatione melius innoteſcit. Nam ſicut id quod ex carne natum eſt, carnale requirit alimẽtum vt poſsit viuere: ita quod natum eſt ex ſpiritu, vt in ſpirituali vita perſeueret, ſpirituali cibo foueatur, nutriatur, & corroboretur neceſſe eſt. Ex eiſdem quippe (ſi Ariſtoteli creditur) ſumus & nutrimur. Quod enim in homine terrenum eſt (ſcilicet corpus) terreno alitur cibo: anima verò viuit ex verbo dei. *Virtute ſpiritus nutriuntur.*

¶Neceſſaria igitur eſt cunctis ex deo natis ſpiritualibus filiis alimonia ſpiritus, neceſſari⁹ eſt verbi dei panis, potus aquæ ſapiẽtiæ ſalutaris, cibus ſolidus iuſtitiæ, ſcilicet facere voluntatem patris. Lac innocẽtiæ, fructus ligni vitæ, qui eſt Chriſtus, & hic crucifixus, vtiq; botrus elegans cũ ſuo palmite, id eſt, ramo crucis. Ipſe enim vt nobis ſapidus & ſalubris eſſet in palmite ſuo, id eſt, ramo crucis, quaſi iam maturus, cãdidus per innocentiã, & rubicũdus per charitatem pependit. Petant tanquã pupilli dari ſibi à patre miſericordiarum, & deo totius cõſolationis panẽ ſuperſubſtãtialem, ne ſpirituali inedia tabeſcẽtes, animæ vitam amittant. Vnde & B. Petrus hortatur, dicens: Quaſi modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Nõ enim poſſumus virtutum incremẽto proficere, niſi ſpiritualiter nutriti. Porrò nutrimentum hoc, fomentum ſpiritus eſt. Nã ſicut tritici granum ſparſum in agro, nec germinare, nec fructũ ferre poteſt, niſi ſolis calore foueatur: ſic nec fidelis quiſquam in bonis proficere & perſeuerare moribus, aut afferre fructum iuſtitiæ poterit, niſi gratia ſpiritus (vt dictũ eſt) & ſpiritualibus foueatur alimentis. *Nutrimẽtũ ex deo renatorũ. Ioan. 4. Num. 13. Botrus elegans cũ ſuo palmite. 1. Petr. 2.*

¶Circa ſecundum dicit:

*Vincit mundum.*

¶Quo verbo notatur mundanæ vanitatis per regeneratos in fide ſuperatio. Omne, inquit, quod natũ eſt ex deo, vincit mundũ, id eſt, huius mundi cõcupiſcibilia, de quibus alio loco idem hic Apoſtolus dicit: Nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mũdo ſunt. Nam omne quod eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut cõcupiſcen- *Generationis ſpiritualis filij vt vincunt.*

*2.Ioan.2.* tia oculorum, aut ſuperbia vitę. Vincit etiam quod ex de
natũ eſt huius ſeculi aduerſa ſiue formidabilia. Sicut en
proſperis nõ illicitur, ita nec aduerſis animo fracto ſupe
*Col.3.* tur, æqualiter vtraque cõtemnens. Quærit enim quæ ſ
ſum ſunt, non quæ ſuper terram: ſiquidem terrenis reb
ſupereminens, de mentis ſpecula ſublimi mundana cũ
*Iere.4.* vilipẽdit, ſicut Ieremias ait: Aſpexi terrã, & ecce vacua
rat & nihil. Bene ergo ait: Quod natũ eſt ex deo, vincit m
dum, vt teſtimoniũ cœleſtis generationis ſit victoria m
danæ vanitatis, quam tamen non ſuis viribus, ſed auxil
*2.Cor.1.* ſuperno aſſequũtur, iuxta quod Apoſt ait: In nobiſipſis
ſponſum mortis accepimus, vt non ſimus fidẽtes in nob
ſed in deo qui ſuſcitat mortuos.

*Mundum ſuperãtiũ figura.* ¶ Huius victoriæ figura in populo Iſraël olim pręceſ
Hunc enim (quum in Ægypto graui ſeruitute preme
tur) deus liberaturus & educturus in manu robuſta & b
*Exo.4.* chio extento, eundem populum filium primogenitum
pellauit, dicens ad Pharaonem regem Ægypti per ſe
uum ſuum Moyſen: Hæc dicit dominus deus: Filius me
primogenit⁹ Iſraël. Dimitte filium meum vt ſeruiat m
Quúmque ille reſponderet ſe dominum neſcire, & Iſr
ſe non dimiſſurum, pugnauit pro populo ſuo, quem ſ
primogeniti nomine dignatus fuerat, in manu forti & b
chio extento. Vnde factum eſt, vt idem dei populus d
no fretus auxilio de ſuis hoſtibus glorioſè tandem vi
triumpharet. Cui proinde quum poſt tranſitum maris
bri duriſsima bella (priuſquam promiſſam terram p
deret) inſtarent, occurrerẽtque hoſtes ferociſsimi, & 
ribus longè ſuperiores: nihilominus tamen hi qui in d
perſeueranter ſperabãt, ipſius auxilio ſuffulti, hoſtes ſ
vicerunt & terram eorum poſſederunt. Nam qui fieri p
ſet, vt non vinceret electus dei populus filiorum appel
tione dignatus?

*Figuræ ad veritatẽ applicatio* ¶ Hæc autẽ omnia in figura cõtingebant illis, quæ lo
pleni⁹ in populo credẽtium qui verè filii Abrahę & Iſr
dei ſunt, quíque filiorum dei nomine multò verius ap
perfectius cenſentur, impleta eſſe comprobãtur prin
tenebrarum (qui per peccatum eorum dominabatur) c
exercitu criminum atque peccatorum per Chriſtum d

mini

minum ſuperato. Nempe dei verbum, omnipotẽs ille ſermo dei de cœlis à regalibus ſedibus veniẽs, caro factum, fortem illum armatum, mundum hunc tyrãnide ſæua prementem aggreſſus vicit, & in ipſa pugna mortem perpeſſus, etiam ipſam mortem in ſua reſurrectione victor occidit. Cecidit enim per mortẽ in terram pretioſum frumenti granum, nequaquam tamen periturum aut conculcandum, ſed in fide Gentium mirumimmodum multiplicandum. Ipſe nempe dei vnigenitus, in aſſumpta verò noſtræ humanitatis natura primogenitus in multis fratribus, in proprio (quaſi paſchalis agni) ſanguine, à diaboli poteſtate liberatos fideles lauit, tranſduxitque, vt ad promiſſam viuentium terram ſe duce perueniãt. *Sapi.18.* *Luc.11.* *Ioã.12.* *Roma.8.* *Apo.1.*

¶Quibus tamen non modò adhuc via reſtat grandis, ſed etiam certamen forte, & frequẽs ac multiplex hoſtilis ſupereſt occurſus: quæ tamen omnia ipſius auxilio freti ſuperant & triumphãt. Confidite, inquit, ego vici mũdum. Cuius auxilio ſecur⁹ Apoſt. Paulus: Omnia poſſum inquit, in eo qui me confortat. Quò enim præceſsit caput, ſequẽtur & membra. Vnde & alio loco dicit: Quos præſciuit (nimirum deus pater) hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui. Attende conformationem, Poſt ipſam in filios adoptantur, vt ſit ipſe (ſicut dictum eſt) primo genit⁹ in multis fratribus, poſt ipſum odit eos mũdus, poſt eum etiam ab ipſis, vt dictum eſt, vincitur mundus. *Ioan.16.* *Phil.4.* *Rom.5.* *Ioan.15.*

¶Vincũt quippe mũdum perfecti rebus mũdi huius prorſus abdicatis, ſecundum ipſius domini conſilium dicentis: ¶Si vis perfectus eſſe, valde, & vẽde omnia quæ habes & da pauperibus. Qui verò adhuc imperfecti, ſed tamẽ boni ſunt, mundum vincũt, & ſi nõ penitus ei renuntiãdo, poſthabendo tamen hunc dilectioni dei. Licet enim adhuc ea quæ mũdi ſunt quoquo modo diligãt, diligunt tamen citra deum. Hoſtẽ itaque iſti & ſi non interimant, ſubiiciunt tamen ſeruituti, rebus huius mundi ad dei gloriam vtentes. *Mat.19.* *Vincunt mũdum perfecti & imperfecti.* *Obiectio*

¶Sed aduerſus hanc Apoſtolicam aſſertionem qua dicit: Omne quod natum eſt ex deo, vincit mundũ, poſſet quis obiicere dicens: Hæreticus aliquando per baptiſmum natus eſt ex deo, & tamen non vincit mundum: igitur non omne quod natum eſt ex deo vincit mundum. Reſpon-

 deo quòd

*Obiectio-* deo quòd hic nequaquam vincit mundum. Nam quom
*nis ſolutio* do vincere poſſet, qui nec viuit? Iuſtus enim ex fide viu
*Roma.1.* hic autem fidem pariter & vitã amiſit. Licet enim aliq
do vixit, quia tamen venenum iam ſumpſit in cibum(p
ſtiferum videlicet dogma, dirius omni veneno) & ad in
ma ſua tranſmiſit, & quodammodo ſibi incorporauit, e
tincta vita mortuus eſt. Porrò omne quod ex deo nat
ipſo viuum perſeuerat per fidem rectam, vtiq; vincit m
dum. Sed quia nemo ſua propria virtute victoriam h
aſſequitur, ideo ſubdit:

*Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.*

*Fidei eſt* ¶Attendite quid ipſa fides in nobis operetur. Fide en
*victoria.* in filios adoptamur, fidẽ in nobis mundus in maligno p
tus odit atque perſequitur, Fide quoque & vincitur, fi
*Heb.11.* dicit Apoſtolus: Sancti per fidem vicerunt regna. Itaq
fidei iure tribuitur victoria, cuius eſt etiam & vita. Qu
nim niſi per fidem contemnat præſentia ſeculi, bona f
futurorum? Quis accipiet crucẽ ſuam, gaudens vel in m
diis tribulationibus, niſi per fidem? Quis proinde re
ciet deliciis & voluptatibus carnis, & cœlibatui matr
nii fœdus poſthabeat, niſi per fidem? Itaque qui tibi de
fidem, ille ſubminiſtrat victoriam: non enim omnium
*2.Theſ.3.* fides, ſicut nec omnium victoria mundi. Quoties ergo
tationi reſiſtis, quoties vincis malignum, noli hoc pr
tribuere viribus, noli in te, ſed in domino gloriari. N
quam enim tuæ imbecillitati cederet fortis ille arma
cui fortes in fide, non in nobis reſiſtere iubemur. Qui v
rò non credit, non modò victus, ſed planè iam iudica
*Heb.11.* eſt, quia ſine fide impoſsibile eſt placere deo.
*Moyſi e-* ¶Huius ſanè victoriæ præclarũ nobis exẽplum in Mo
*xẽplum* proponitur, de quo Apoſt. Hębreis ſcribẽs dicit: Fide Mo
*præclarũ* ſes grãdis effectus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharao
*Heb.11.* Ecce quomodo fide munitus Moyſes vicit ſuperbiã v
quę vel maximè in huius ſeculi potentibus ſibi nidum f
cit. In illis enĩ maior eſt tumoris occaſio qui ſceptrig
runt, & cæteris imperando, regna terrarum moderan
Moyſes enim ſi voluiſſet, potuiſſet vtique fuiſſe hære
tæ AEgypti. Adoptauerat enim hunc filia regis in fili
¶ Subdit Apoſt. Magis eligens affligi cum populo d
qui

quàm temporalis peccati habere iocunditatem. Ecce quo modo per fidem ſuperauit delicias atque voluptates vitæ præſentis, & in illa omnia, quę carnis cõcupiſcẽtias prouocát & irritát. Solet caro refugere quæ moleſta ſunt, otium videlicet, iocos, comeſsationes, & reliquas huiuſmodi delicias tota intentione ſectari. Is ergo qui abdicatis carnis deliciis propoſitis ſibi afflictiones vltro elegit, oſtendit planè ſe carnis concupiſcentias per fidem triumphaſſe. *Vicit cõcupiſcentiã carnis.*

¶Subdit Apoſtolus: Maiores diuitias æſtimans theſauro AEgyptiorum improperium Chriſti, quo probat eum ſuperaſſe auaritiam ſeu concupiſcentiam oculorum. Robuſtæ mentis cauſſam, fidem vtique, ſubnectit, dicens: Aſpiciebat enim in remunerationem. Nẽpe lumine fidei in ea quæ non apparebant oculis corporis, totus intendebat. *Vicit cõcupiſcentiam oculorum*

¶Porrò cœleſtis generationis filii, tribus modis vincere comprobantur, videlicet: Vno modo, tolerando per patiẽtiam in aduerſis, ſicut Apoſt. ait: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. De quo vide ſuo loco. Alio modo inſtã ter operando iuſtitiam in proſperis. Vnde Apoſtol. quum dixiſſet: Sancti per fidem vicerũt regna· mox adiecit: Operati ſunt iuſtitiam, quaſi dicat: Operãdo iuſtitiam victores extiterunt ſancti. *Tribus modis electos vincere.* *Rom. 12.* *Heb. 11.*

¶Contrà verò torpentes otio victi, vitiis ſuccumbunt. Nã vacátem domum ſpiritus immũdus ſeptuplo, id eſt, omni genere vitiorum coinquinat. Hinc per Sapiẽtem dicitur, Deſyderia occidunt pigrum, id eſt otioſum. *Otio vacátes vinci.* *Lucæ. 11.*

Hinc iterum per quendam dicitur: *Pro. 21.*

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
 Extinctæque iacent, & ſine luce faces. *Ouidius.*

Et rurſum flagitioſum quendam denotans ait:

Quæritur AEgyſtus quare ſit factus adulter,
 In promptu cauſſa eſt. deſidioſus erat: *Idem*

¶His ſermo propheticus conſentit, d. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abũdátia & otiũ ipſius & filiarum eius. Denique Dauid ſanctus militiæ ſtudiis & labore bellorum occupatus, cuſtodiuit vias domini, nec impiè geſsit à deo ſuo. Feriatus autẽ & vacãs in adulterii, pariter & homicidii crimina prolapſus eſt. *Ezec. 16.* *2. Re. 11.*

¶Denique cœleſtis generationis filii vincunt pugnando per vir-

*Moyſes oratione vincit.* per virtutem orationis. Quod vtique in Moyſe patuit, qui orante & manus extendente, vincebat Iſraël. Mox autem vt ab oratione ceſſabat, ſuperantibus hoſtibus Iſraël ſucumbebat.

## HOMILIA SECVNDA ſuper eadem lectione

*QVis eſt autem qui vincit mũdum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius dei?*

*1. Io. ā vlt* ¶ Quia in præcedentibus oſtendit quòd per fidem conſequimur victoriam, hîc conſequenter oſtendit qualis debeat eſſe noſtra fides de Chriſto, d. Quis eſt autem qui vincit mũdum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius dei? Hoc eſt, niſi qui in Chriſto domino vtriuſque veritatem naturæ, diuinæ ſcilicet & humanę fideliter confitetur. Vnde Leo papa: Paris periculi res eſt, ſi in Chriſto domino noſtro aut vera diuinitas, aut vera negetur humanitas. Deus enim eſt Chriſtꝰ (vt in ſymbolo dicitur) ex ſubſtãtia patris ante ſecula genitꝰ, & homo eſt ſubſtãtia matris in ſeculo natus. Hoc nec Marciõ, nec Cherintus, nec Manichæi, nec Apollinaris, nec Valentinus, nec Arrius hæretici crediderunt, vnde nec diabolum, nec mundum ipſi vicerunt. Porrò de humanæ naturæ in Chriſto veritate, conſequenter ſubdit, dicens:

*Qualis eſſe debeat fides noſtra de Chriſto.* *Leo Papa*

*Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus.*

*Hæc nomina Ieſus Chriſtus quid.* ¶ Ieſus Chriſtus, inquit, duobus his venerandis in cœlo & in terra nominibus deum expreſsit & hominem. Ieſus quippe ſaluator interpretatur. Nimirũ quòd ſaluet populum ſibi credentem à peccatis eorum. A peccatis autem homines ſaluare non poteſt niſi deus. Chriſtus verò, Latino ſermone vnctus dicitur. Vnxit enim hunc deus ſpiritu ſancto & virtute, ſicut & per prophetam fuerat ante prædictum: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. De plenitudine enim ipſius accepimus omnes. Quum autem vnctum dico, duo intelligo: eum videlicet qui vnctus eſt, & ipſam vnctionem qua vnctus eſt. Quis enim vnctus eſt à deo niſi homo? Vnctio verò ipſa diuinitas eſt. In Chriſto enim habitat omnis plenitudo diui-

*Mat. 1.* *Act. 10.* *Pſal.* *Ioan 1.* *Col. 2.*

tatis corporaliter. Probat ergo & humanitatem Chriſti pariter & diuinitatē. Diuinitatem, ibi: Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. Humanitatem probat quū dicit: Hic eſt qui venit per aquā & ſanguinem. Vbi duplici argumēto Chriſti probat humanitatem. Primū, quia corpore tinctus, aquis baptiſatus fuit, vt videlicet ſuo nobis exēplo baptiſmum cōmēdaret, & ſuæ ſacratiſsimæ carnis cōtactu vim regenerādi animas in ſacro baptiſmi lauacro aquis conferret, & ipſum babtiſmum conſecraret, & ſequuturis ad baptiſmum populis ipſe præuius eſſet, quæ omnia niſi verus & corporeus homo efficere non potuiſſet. Niſi enim verus homo eſſet, quomodo poſſet eum Baptiſta cōtingere, & corporaliter aquis abluere.

*Probat veram Chriſti humanitatē duplici argumento.*

¶Secundum veræ humanitatis argumentum eſt, quòd ſanguinem pro nobis effudit, quod minimè poſſet, niſi etiam eſſet verus homo. Proinde quum dixiſſet: Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus, mox quaſi fidei animum attentiorem reddens, quod prius dixerat, diſtinctius repetens ſubiunxit:

*Non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine.*

¶Vt autem ad myſterium hæc referam⁹, nō otioſè tā vigilanter expreſsit Chriſtū veniſſe non in aqua ſolū, ſed in aqua & ſanguine: quinimò ad differentiam Moyſi videtur eſſe prolatū, qui in aqua venit, à qua & nomē accepit, ſicut notū eſt his qui hiſtoriam Exodi legūt. Quū enim in AEgypto paruuli Iſraëliticæ gentis necarentur, expoſitū filia tulit Pharaonis & ſeruauit. Et aduerte quemadmodum ipſe Chriſti typum expreſsit. Nam ſimili cum Pharaone Herodes ſuſpicione laborās, ad eadem conuerſus eſt crudelitatis argumenta, ſed eodē modo quo Pharao, eſt & ipſe deluſus. Nā ſicut Moyſen filia Pharaonis, ita Chriſtū AEgypt⁹ ſeruauit. Vtrobique pro vni⁹ perſona ſuſpecta trucidatur puerorum multitudo, vtrobique qui quærebatur euadit. Plus tamen quā Moyſes Chriſt⁹, vt pote qui nō venit in aqua ſolū, vt Moyſes, ſed in aqua & ſanguine. Nam præter illū intellectum qui iam expoſitus eſt de aquæ ſignificatione, poſſumus etiam aquæ nomine populū intelligere, iuxta quod in Apocalypſi B. Ioannes exponens dicit: Aquæ multæ,

*Moyſes ſolùm in aqua venit Exo. 2.*

*Moyſes vt Chriſti typum expreſsit.*

*Mat. 2.*

*Chriſtus in aqua pariter & ſanguine venit.*

*Apo.17.* multæ,populi multi ſunt. Congregauit Moyſes populũ,
*Exod.12.* ſed non redemit. Siquidem & ipſa ab AEgypto liberatio,
nõ à Moyſe,ſed agni ſanguine facta eſt, vt per hoc ſigni-
caretur genus humanum Chriſti ſanguine fore liberãdũ,
*Ioan.16.* qui venit in aqua & ſanguine,quæ etiam iuxta teſtimoniũ
eius qui vidit ex illius latere in cruce profluxerunt.

¶Venit itaque vt moyſes in aqua, quia populum congre-
*Ioan.11.* gauit,& quidẽ populum multũ, ſcilicet filios dei qui erãt
diſperſi:& nihilominus in ſanguine venit, quia, populũ
credentium ſuo ſanguine redemit, quod nequaquã Moy-
ſes fecit,qui(vt dictum eſt)nõ proprio,ſed agni immolati
ſanguine,cõgregatum à ſe populũ, ab AEgypto redemit.
Itaque duo hæc,aqua & ſanguis, id eſt,populi in vnamꝫ-
dem congregatio,& congregati populi in ſuo ſanguine re-
demptio,reddũt Chriſto teſtimonium, quòd ipſe eſt verè
deus & homo, verè ſaluator mundi.

*Hæc duo reddunt Chriſto teſtimoniũ.* ¶Idpſum etiam clamant atque teſtantur aqua & ſanguis
quæ ex ipſius aperto latere profluxerunt,ſanguis in rede-
ptionem, aqua in ablutionem. Vtroque enim indigebi-
mus,redẽptione.ſ.quia venundati à primis illis parentib⁹
*Quur aquã Chriſtus pariter & ſanguinem effudit.* & quidẽ pro modico,quod nec illis profuit, nec aliis:imò
gratis,ſicut ait propheta:Gratis venundati eſtis,& ſine ar-
gento redimemini.Ablutione etiam nobis op⁹ erat, quia
nemo mundus à ſorde,nec infans cuius eſt vnius diei vita
ſuper terram. Nec alter erat qui nos poſſet aut mundare
aut redimere,niſi hic Ieſus Chriſtus,qui venit per aquam
*Eſa.52.* & ſãguinẽ ablutor & redẽptor, qui & inquinatos per aquã
*Iob.15.ſecũdũ 70.* ablueret,& per pretium ſanguinis ſui redimeret captiuos
debitores,iuxta quod in eũ prophetauerat Zacharias, di-
*Zach.9.* cens: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vin-
ctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Itaque conclamet
vniuerſitas filiorum Adam,captiui as numeroſa & grãdis,
& dicat: Benedictus ſit iſte qui venit in nomine domi-
ni. Hũc vniuerſi qui per aquam baptiſmi tranſiuimus,ſe-
quamur ducem,ſequamur inquam per torrẽtes tribulatio-
num,& aquas lachrymarũ, vt fletus noſter in riſum,& in
gaudium triſtitia conuertatur.

¶Proinde præter hæc duo teſtimonia (etſi credibilia ni-
mis) ſupereſt teſtimonium ſpiritus, de quo ſubdit,dicẽs

*Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam chriſtus eſt veritas.*

¶Baptizato nẽpe domino deſcendit ſpiritus ſanctus cor- *Chriſto te*
porali ſpecie ſicut colũba in ipſum teſtimoniũ illi perhi- *ſtimoniũ*
bens,quia non fictio vel phantaſma, ſed veritas ipſe eſt, *perhibet*
id eſt,homo verus, & verus deus, deꝰ dei & hominũ me- *ſpiritus*
diator,verus humani generis redemptor,verè innocens, *ſanctus.*
& agnus ſine macula,ſolus qui ſit idoneꝰ tollere peccata *Luc.3.*
mundi.Vnde & Baptiſta ſanctus ait:Qui me miſit bapti- *Ioan.1.*
ſare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris ſpiritũ de-
ſcẽdentem,& manentem ſuper eum,hic eſt qui baptizat
in ſpiritu ſancto. Et ego vidi,& teſtimoniũ perhibui,quia
hic eſt filius dei. Et quamuis in ore duorũ vel trium teſtiũ
ſtet omne verbum, & ad omnem de Chriſti veritate fidẽ
ſeculo faciendam teſtimonia præmiſſa pleniſsimè ſuffi-
ciant,attamen ex abundanti B.Ioannes vtrique adhuc in
Chriſto naturę,tam diuinę ſcilicet,quàm humanę triplex
ſcribit teſtimonium. Et primùm diuinitatis ſuæ aſſumit
teſtes,dicens:

*Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo,pater, verbũ, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.*

¶Pater enim deitati filij ſui Ieſu Chriſti teſtimonium de- *Teſtimo-*
dit de cœlo, d.audiente Bap.Hic eſt filius meus dilectus, *niũ patris*
in quo mihi bene complacui. Simile rurſus teſtimonium *Luc.3.*
dedit ei coram diſcipulis glorioſè trãſfigurato in monte *Mat.17.*
Thabor. Et nihilominus ipſum dei cõſubſtantiale & co- *Teſtimo-*
æternum verbum, id eſt, filius ipſe propriæ diuinitati te- *niũ verbi*
ſtimoniũ copioſè dedit,tam operibus quàm verbis. Fecit
enim opera quę nemo alius fecit.Et nunquam ſic loqu-
tus eſt homo.Opera,inquit,quæ ego facio in nomine pa *Ioan.7.*
tris mei,ipſa teſtimoniũ perhibẽt de me.Vnde & ex ope- *Ioan.10.*
ribus diuinitatem eius multi cognouerunt, quorum vnus
erat qui ait:Scimus quia à deo veniſti magiſter.Nemo e- *Ioan.3.*
nim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus
cũ eo.Et alius ſtupefactus ob ſigna quæ ipſo moriẽte fie-
bant,præſertim quòd ſic clamans expiraſſet vitã, cogno-
uit in morte,dicens: Verè filius dei erat iſte. *Mat.27.*

¶Verbis etiam teſtimonium perhibuit huic veritati, di-
cens:Ego & pater vnum ſumus. Hinc Philippo flagitanti *Ioan.10*
vt oſtenderetur ei pater,reſpõdit:Philippe,qui videt me, *Ioan.14*
videt

videt & patrẽ.Nõ credis quia ego in patre,& pater in me
eſt? Alioquin ꝓpter opera ipſa credite. Nam pater in me
*Ioan. 8.* manẽs ipſe facit opera. Et iterũ: Ego ſum, inquit, qui teſti-
moniũ ꝑhibeo de me, quia ſcio vnde venio, & quò vado.
*Teſtimo-niũ ſpiritus ſancti* ¶ Denique huic veritati teſtimonium perhibuit ſpiritus
ſanctus (ſicut dictum eſt) dum corporali ſpecie deſcendit
in ipſum. Et iterum quádo miſſus in diſcipulos induit eos
*Actu. 2.* virtute ex alto, & per ora & linguas eorũ, Chriſti diuini-
tatem per orbem terrarũ teſtificatus eſt. Ille, inquit, teſti-
monium perhibebit de me. Porrò triplex hoc teſtimonium
dari dicitur in cœlo, quòd hi teſtes cœleſtes & superce-
leſtes ſunt, & de ſumma & ſupercœleſti veritate teſtifi-
cantur. Et quia concors eſt eorum teſtimonium, Hi tres,
*Et hi tres vnũ ſunt.* inquit, vnum ſunt. Nõ modò quia vnus deus ſunt, ſed etiam
quia in ſuo teſtimonio conformes omnino & concordes
ſunt, vt dictum eſt. Et quum hi teſtes ſint omni exceptione
*Ioan. 3.* maiores, qui nec his credit, meritò iam iudicatus eſt. Cæ-
terùm quæ teſtimonium perhibent Chriſti humanitatem
petens proſequitur, dicens:

*Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, &
ſanguis, & ij tres vnum ſunt.*

*Chriſti ꝓbatur humanitas.* ¶ Et dicuntur teſtimoniũ dare in terra, quia de terra cor-
poris Chriſti, id eſt, quod verè aſſumpſit de matre virgine,
humanæ carnis ſubſtantiam teſtificantur. Iſti teſtes ſunt:
*Ioan. 19.* Spiritus, quem inclinato capite in cruce moriẽs emiſit,
*Ephe ſ. 5.* tradidit in manus patris, qui iam corpus tradiderat obla-
*Ioan. 11.* tionem & hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Aqua lachry-
*Luc 19.* marum quam effudit, vel Lazarum à mortuis ſuſcitans,
*Hebr. 6.* vel quum ciuitati ſanguinẽ, atque impiæ genti ſupenturum
*Luc. 2.* turum excidium flens prædiceret, vel quádo ſemetipſum
*Luc. 22.* cum clamore valido, & lachrymis in cruce pro nobis of-
*Ioan. 19.* ferret. Poſtremò veram Chriſti humanitatem teſtificatur
eſt ſanguis quem pro nobis effudit, vel in circunciſione,
vel in oratione quando factus eſt ſudor eius ſicut gutta
ſanguinis decurrentis in terrá, vel ſub flagris, vel ſub ſpi-
nea corona, quã plectentes impoſuerunt capiti eius, Po-
ſtremò verò abundantius in cruce.

¶ Neque enim per ſanguinẽ hircorum aut vitulorum, ſed
per proprium ſanguinem in cœleſte templum magnus

æternus põtifex introiuit. Ecce tres teſtes irrefragabiles humanæ noſtræ naturæ, veritaté in Chriſto domino noſtro pleniſsimè probantes. Non enim habet rationalem animá quam in morte ponat, & iterum ſumat in reſurrectiõe, niſi homo. Nec lachrymas habet niſi homo. Deniq; niſi eſſet vera ipſius caro, effundere ſanguiné nequaquá poſſet. Quoniá verò eádem veritatem tres iſti teſtes cõcorditer probant, ideo dicit: Et hi tres vnum ſunt, id eſt, cõſentiunt. Itaque victoria fides bis ternis iam dictis defenſa teſtibus, in cœlo ſcilicet & in terra, cœlorũ regnum adiudicat his quorum eſt iure belli, mũdi videlicet victoribus. Nempe regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ad omné autem dictæ noſtræ fidei certitudinis abundantiá, cœleſte de Chriſto teſtimonium ſupra memoratum inſuperabili rurſus confirmat argumento quum ſubdit, dicens: *Matt. 11.*

*Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium dei, quod maius eſt, quia teſtificatus eſt de filio ſuo.*

¶Magnum profecto prophetarum eſt teſtimonium de filio dei, quale illud eſt: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum. Et illud: Ipſe inuocabit me, pater meus es tu, & hoc quo ad ipſius diuinitatem, ſequitur: Deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ, & hoc propter ipſius humanitatem, ſed maius adhuc eſt teſtimonium præcurſoris dicétis: Ille baptiſabit vos in ſpiritu ſancto. Et iterum: Ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius dei. Maximum autem omnium eſt teſtimoniũ dei patris qui teſtificatus eſt de filio ſuo, dicens: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Sequitur: *Pſal.* *Ibidem.* *Mat. 5.* *Ioan. 1.* *Luc. 3.*

*Qui credit in filium dei, habet teſtimonium dei in ſe.*

¶Quaſi dicat: Pater non ſolùm teſtificatur de vnico conſubſtantiali ſibi filio ſuo Chriſto Ieſu, ſed etiam de adoptato. Qui credit, inquit, in filium dei, fide quę per charitatem operatur, habet & ipſe teſtimoniũ dei in ſe, vtique quòd etiam ipſe ſit dei filiorum & gratia dignus & nomine. Itaque ſi deum tuæ fidei atteſtatoré habueris, pro minimò tibi ſit, vt à quouis homine mortali iudiceris, cuius *Teſtimonium dei quis in ſe habeat.*

vna cum

vna cum ſuo iudice moriens ſententia tranſit. Vel rurſu ſi inuidẽtium obtrectationibus (quaſi canum latratibus) fueris impetitus, ſimiliter floccipende, dicente Apoſtolo: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Poteſt tamen quod di- ctum eſt, Qui credit in filiũ dei, habet teſtimonium dei in ſe, & ſic rectè exponi, vt ſit ſenſus: Quiſquis in Ieſum Chriſtum rectè credit, qui videlicet hunc credit eſſe fili dei, hic intra ſe habet & conſeruat teſtimonium dei pa- tris, dum ei per fidem acquieſcit.

## DOMINICA SECVNDA post Paſcha.

1. Pet. 2. *CHriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ſequamini veſtigia eius.*

¶In hac lectiõe B. Petrus aſsignat quatuor cauſ Dominicæ paſsionis. Paſſus enim eſt. Primò, propter no ſtram redemptionem. Secundò, propter noſtram infor mationẽ. Tertiò, vt malitię & peccatis moriamur. Qua tò, vt iuſtitiæ viuamus. Primũ à principio lectionis Secu dum, ibi: Vt ſequamini veſtigia eius. Tertium, ibi: Vt pe catis mortui. Quartum, ibi: Iuſtitiæ viuamus.

¶Circa primum B. Petrus paſsionis Chriſti nos comm
Eccle. 29. nefaciens dicit: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis. Q. d. Gra fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, dedit enim pro te anim ſuam. Fideiuſſor hic Chriſtus eſt, qui quanto ſuo diſp dio pro nobis ſpopõderit, vadem ſe pro nobis ac medi
Iere. 12. torem conſtituens, Ieremias Propheta in ipſius perſo loquens oſtendit, dicens: Reliqui domum meam, dim hęreditatem meam, dilectam animam meam dedi in ma nus inimicorum meorum. Quòd autem huius tam am ctendæ dilectionis ſuæ memoriam ſemper apud nos e voluerit, per hoc oſtẽdit quòd paſsionem ſuam, priuſq illam pro nobis adiret, Apoſtolis non ſemel, ſed itera ſæpe vicibus prædixit, ac tandem quum in ſuæ morta vitæ meta ſacramentum corporis & ſanguinis ſui ſub p nis & vini ſpeciebus in diſcipulorum perſonis nobis o nibus in eiuſdem ſuæ ſpontaneæ paſsionis perenne m
Luc. 22. nimentum commendaſſet, ait: Hoc facite in meam c memorationẽ. Sanè ob eã cauſam paſsionis ſuæ nos m

mo

mores eſſe voluit, ne videlicet ipſius fructu priuemur. Quis enim per illam ſaluum fore putauerit eum, qui illá ne dicá non imitatur, ſed nec reminiſcitur quidem ? Deteſtabilis ingratitudo eſt ſummi benefactoris, & tam incomparabilis ſui in nos beneficij obliuiſci. Vnde per Salomonem in parabola dicitur:

*Quare nos ſuæ paßionis memores eſſe voluit*

¶Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitq́; munitiones per gyrũ, & perfecta eſt obſidio. Inuentúſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Hęc ciuitas ſiue per ipſam mundum hunc, ſiue genus humanũ accipiamus vtique, & ad cœleſtis ambitus latitudinem, & ad multitudiné beatorum ſpirituum collata, ciuitas parua eſt, in qua viri per animi virtutem & veram mẽtis fortitudinem pauci ſunt.

*Eccleſ. 9.*

*Ingratitudo Chriſti paßionem obliuiſcentiũ.*

¶Rex magnus qui hanc obſidione vallauit, diabolus eſt, qui rex ſuper omnes filios ſuperbiæ ſcribitur. Vir pauper & ſapiens Chriſtus eſt. Is enim quum diues eſſet, propter nos egenus factus eſt, tametſi eſſe dominus gloriæ nõ deſtiterit. Qui quum ciuitatem hanc per ſapientiam ſuá liberauerit, pauci tamen ipſius recordãtur, vt ipſe iure poſſit dicere cum Propheta : Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.

*Iob. 41.*

*2. Cor. 8.*

¶Itaque beatus Petrus redemptionis noſtræ beneficium nobis ob oculos ponens: Chriſtus, inquit, paſſus eſt ꝓ nobis. Et alibi: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. Hinc etiam Paulus exclamás dicit: Vtquid enim Chriſtus, quũ adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tẽpus ꝓ nobis mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur. Ná pro bono forſitan quis audeat mori? Cõmendat autem charitatem ſuam deus in nobis, quoniá quum adhuc peccatores eſſemus ſecundũ tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Sic enim deus dilexit mundum, vt filiũ vnigenitum daret, vt poneret in eo iniquitates omniũ noſtrum, vt propter ſcelus populi ille percuteretur, & eſſet diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.

*Pſal.*

*1. Pet. 3.*

*Roma. 5.*

*Ioan. 3.*

*Eſa. 53.*

¶Paſſus eſt itaque Chriſtus pro nobis, iuſtus pro iniuſtis, iudex pro reis, dominus pro ſeruis, pro ingratis & imme-

*Chriſti patiẽtis charitas admiranda.*

ritis benignus & beneficus deus pro hominibus, creator pro ſuis creaturis, quos tamē quantumuis ingratos & malos mira clemētię ſuę dignatione amicos appellat, dicens:

*Ioan. 15.* Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Quos etiā ne exiſtimetur miſſurus in obliuionē, in ſuo ſacratiſsimo corpore à mortuis rediuiuo deſcripſit, paſsionis ſuæ venerāda ſignacula conſeruans. Vnde per Eſaiam loquitur, dicens:

*Eſa. 49.* Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen nō obliuiſcar tui. Ecce enim in manib⁹ meis deſcripſi te. Extremæ igitur ingratitudinis eſt, tātæ erga nos diuinæ dilectionis & beneficentiæ non iugiter meminiſſe.

¶ Circa ſecundum dicit:

*Vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.*

*Exemplū nobis chriſtus paſſ⁹ quale reliquit.* ¶ Hic aſſerit aliam Chriſti paſsionis cauſam, ſcilicet noſtram informationem. Reliquit enim, inquit, vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Exēplū reliquit non deliciarum, ſed tribulationū, ſed flagellorum, ſed dolorum, cōtumeliarum, opprobriorum, vulnerum, & mortis. Horum, inquam, reliquit nobis exemplum, vt quemadmodum ipſe propter nos paſſus eſt, & nos animo parati ſimus, (ſi opus fuerit) ꝑ ipſius amore pati. Propter nos enim & redimendos & informādos, cuſtodiuit vias duras. Sequamini ergo, inquit, veſtigia eius à longe ſaltem, ſi non paſsibus æquis ipſum valetis comitari.

*Sex paſſ⁹ poſt chriſtum ambulandi.* ¶ Qualiter autē vel qua via ſequendus eſt oſtendit Apoſtolus, & quaſi ſex virtutum paſſus quos ipſe domin⁹ ante nos iter pandens in via vitæ huius ambulauit, nobis cōmendat, dicens:

*1. Tim. 6.* Sectare iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, māſuetudinem. Sectare, inquit, iuſtitiam, vt videlicet temetipſum pro admiſsis & diiudices & diuinā præueniens ſeueritatē, in temetipſum diſtrictus vltor exurgas. Pietatē, vt in bonis operibus te exerceas erga deum & proximū. Fidem ſectare, vt diuinis aſſertionibus & pollicitationibus ſecurus & tutus, vana cuncta poſthabeas. Sectare charitatem, vt deo firmiter per amorem adhæreas. Patientiam, vt aduerſa quæque fortiter atque æquanimiter ſuſtineas. Māſuetudinem, vt benigne

te & blãdum, atque tractabilem aliis exhibeas. Sed quo-
tus quiſque eſt qui hæc ſectetur? Sequuntur potius (harũ
virtutum paſsibus obliteratis atque relictis) ea quæ illis
prodeſſe non poterunt, diligentes vanitatem, & quæren-
tes mendacium. Quibus beatus Bernardus clamat dicẽs: *Bernard.*
Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorũ,
illa ſequi deſine, quæ cõſequi miſerũ eſt. Beatus qui poſt
illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amara coinquinant, *Horta-*
amiſſa cruciant. Hortatur nos beatus Petrus vt ſequamur *tur nos b.*
Chriſti innocentiam, Chriſti patientiam, Chriſti benefi- *Petr⁹ tres*
centiam. Itaque Chriſti nobis imitandam innocentiam *in Chriſto*
proponens, dicit: *virtutes*
*Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* *ſectari.*
¶Ac ſi dicat: Ipſius veſtigia ſequamini per vitæ ac cõuer- *Chriſti*
ſationis innocentiam, qui nec verbo nec opere vnquam *innocẽtia*
peccauit, qui verè ſanctus, verè innocẽs & impollut⁹, ſe- *nobis imi-*
gregatus à peccatorib⁹, & excelſior cœlis factus eſt. In ve- *tanda.*
ſtris, inquã, paſsionibus veſtigia illius ſequamini, qui pec- *Heb.7.*
catum nõ fecit, vt nemo veſtrũ patiatur vt homicida, aut *1 Pet.4.*
fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, quia talis di-
gna factis recipiendo, meritò iuſtéque pateretur. Quæ e-
nim, inquit, eſt gratia, ſi peccãtes & colaphizati ſuffertis? *1.Pet.2.*
ſed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia
apud deum. Si autẽ aliquis veſtrum patiatur vt Chriſtia-
nus, nõ erubeſcat, glorificet autem deum in iſto nomine.
Sic enim in veſtris paſsionibus illũ imitamini qui pecca-
tum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, illius in-
nocenter paſsi ſectatores effecti.
¶Contingit autẽ duobus modis aliquem peccato ſuo ab *Sermone*
innocẽtia cadere, & mereri pœnam, opere ſcilicet, & ſer- *& opere*
mone. Nam is qui ſolo corde peccat, nec ſub iudice mor- *poſſe ho-*
tali propter hoc cadit, nec humano iudicio pœnã mere- *minẽ pœ-*
tur, quum huiuſmodi occultorum ſolus deus & cognitor *nas mere-*
& vindex ſit: homo verò iudicat de his quæ patent, cuiuſ- *ri.*
modi ſunt peccata aut opere, aut ſermone commiſſa. Ve- *1.Re.16.*
rùm ab vtroque huiuſmodi peccatorum genere, Chriſtus
dominus noſter innocens declaratur, quum dicit: Pecca- *Chriſti pa-*
tum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Secundò, *tientia no-*
nos hortatur imitari Chriſti patientiam, dicens: *bis imitã-*
*da.*

ſ ij Qui

*Qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, n*
*comminabatur.*

¶Patientiæ Chriſti exemplum proponit. Nõ enim ſat e
peccatũ cauere, niſi etiã aduerſa & interdum iniqua p
pter deum æquanimiter ſuſtineamus. Chriſtus enim q
nec ore nec opere vnquã peccauit, ab impiis ore & op
re ſe lędentibus iniqua perpeſſus eſt. Quum enim in o
*Mat. 23.* eius dolus à ſcribis & Phariſæis inſidioſè obſeruantib
vt caperent eum in ſermone inuẽtus non fuerit, blaſp
mias tamẽ & maledicta pati dedignatus nõ eſt. Samari
*Ioan. 8.* nus es, inquiunt, & dæmoniũ habes. Et iam crucifixo i
*Mat. 27.* ſultantes: Vah, inquiunt, qui deſtruis templũ dei, & in t
bus diebus illud reædificas. Et multa alia in hunc mo
Quum igitur his & multis aliis blaſphemiis, impropen
& maledictis inceſſeretur, quum iuſtè poſſet, nõ tamẽ m
ledicebat, ipſorũ maledicta in eos retorquẽdo. Sed q
Pro eo vt me diligerẽt, inquit, detrahebant mihi, ego a
*Luc. 23.* tem orabã: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faci
Tãtum abfuit, vt ſe de illis, vel ſaltem verbo vindicar
*Luc. 9.* Proinde quum nollẽt eum (vt Lucas refert) Samarita
cipere in ciuitatem ſuam, q facies eius erat eũtis in H
ruſalem, dicunt ei Iacobus & Ioannes: Domine, vis dic
mus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat eos? (ſic
*4. Reg. 1.* olim ad imprecationẽ Heliæ factũ eſt) increpauit eos d
cens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis nõ ve
animas perdere, ſed ſaluare.

*Iniuriam ſuã Chriſtus vlciſci noluit.* ¶Cæterũ quum ipſe peccatũ opere nõ fecerit, prout e
inimici eius (videlicet Iudas qui illum tradidit, & Pila
qui eum iniquo iudicio damnauit) teſtãtur, grauia tam
& indigna æquanimiter paſſus eſt. Quum pateretur a
nõ cõminabatur, vt nos exemplo ſuo erudiret ad pati
tiam, quatenus quum cõſtiterit peccator aduerſum n
ſimus ſicut mutus nõ aperiens os ſuum, & non habe
ore ſuo redargutiones, in domino ſperãtes, ſi forſan
audiat, & reddat nobis benedictionẽ pro illorum ma
dictis, ſicut ſcriptum eſt: Maledicent illi, & tu benedic
Quiſquis ergo dei benedictionem cõſequi deſyderat, n
reddat malum pro malo, neque maledictum pro male
cto, exemplo domini, qui quum malediceretur, nõ ma

diceb

dicebat, vt dictum eſt. Sed iam quotuſquiſque eſt, qui in hoc Chriſti veſtigia ſequatur, quum ſimus ad irrogandas iniurias prompti, ad ferẽdas imbecilles & infirmi? Quin potius qui non ille eſt quum læditur, ſi opere ſe vindicare non valet, mox ſe (quod in promptu eſt) verbis atrocibus non vlciſcatur? Facit quæ poteſt, minatur quæ non poteſt. Sed hæc omnia Chriſti patientis exẽplũ nobis interdicit. Tertiò nos hortatur beatus Petrus ad imitandam Chriſti beneficentiam ſeu benignitatem, dicens:

*Irrogandis iniuriis prompti. ferẽdis infirmi.*

*Tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.*

¶Tantũ abfuit, vt vel maledicto ſe dominus vindicaret, vel illis cõminaretur, qui ĩſuper tradebat ſemetipſum ad mortẽ etiã pro inimicis, vt ſuo ſanguine ſaluarẽtur, vel hi qui illum effundebãt, quod vtique admirandæ ſummæq́; benignitatis & beneficẽtiæ eſt. Tradebat, inquit, iudicãti ſe. Voluntarius enim nõ coactus pertulit mortẽ, ſicut ipſe prædixerat: Nemo tollit animã meã: ſed poteſtatẽ habeo ponendi animã meã, & iterum ſumẽdi eam. Vnde quum ad mortẽ quęreretur, ſpõte occurrebat, dicẽs: Quem quæritis? Qui quum reſpõdentes clamarẽt ſe quærere Ieſum Nazarenũ, mox illos manſuetæ reſponſionis efficaci virtute dicendo, ego ſum retrorſum abire coactos, & omni prorſus deſtitutos virtute, ſine vllo telo ſtrauit. Tandẽ ſeſe illis permittens, ſi me quæritis, inquit, ſinite hos abire. Vnde & Pilato de vitæ neciſque ipſius poteſtate ſe iactãti, reſpõdit: Nõ haberes poteſtatẽ aduerſum me vllã, niſi deſuper datũ tibi fuiſſet, videlicet à deo, ſed ipſemet deus erat. Proinde ſemetipſum ad mortem iniuſtè iudicãti pro aliorũ ſalute tradere, plus eſt quàm illatam iniuriam nec maledictione nec comminatione vlciſci.

*Imitãda Chriſti benignitas & beneficentia.*
*Ioan. 10.*
*Ioan. 12.*
*Ioan. 19.*

¶Et ne hoc quiſquam crudelitatis eſſe cauſetur, quod Chriſtus innocens ſemetipſum tradidit iniuſtè iudicãti, ſubſequutus adiecit: Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, quod eſt eminẽtiſsimæ & ſolius diuinæ charitatis, ſanguine videlicet ſuo alienos redimere atque mũdare, ſanare propriis vulneribus, & morte viuificare. Vnde & in ſequẽtibus dicitur: Cuius liuore ſanati ſumus. Similis ergo factus eſt pellicano ſolitudinis infectos læ-

*Pellicano ſolitudinis chriſtus adſimilatus.*

ſóſque à ſerpéte pullos proprij ſanguinis aſperſione viuificanti. Peccata noſtra, inquit, ipſe pertulit, pœná illis debitam pro nobis ſubeūdo, ſicq́ue reatū noſtrum auferendo, ſicut ipſe per Prophetá loquitur, dicés: Ego, ego ſum,

*Eſa. 43.*

qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorū tuorum non recordabor.

¶ Circa tertium principale dicit:

*Vt peccatis mortui.*

¶ Hic innuit beatus Petrus tertiam Chriſti paſsionis cauſam, vt videlicet peccatis mortui ſim⁹ per eá. Sicut enim

*Exod. 14*

AEgyptij filios Iſrael inſectātes, in mari rubro extincti mortui ſunt, ſic & ĩ Chriſti ſanguine peccata noſtra iam dudū (hoſtes vtiq; omniū maximè exitiales nos inſequētes) deleta & mortua ſunt. Porrò ſicut ille ꝓ peccatis noſtris mortificādis ſemel mortuus eſt, nō amplius moriturus: ita & nos ſic mori peccato debem⁹, ꝙ ad illud denuo nō exurgamus. Qui ſic peccato moritur, deo viuit, nec vllatenus ei nocere poterit mors ſecunda.

*Apoc. 2.*

*His ſeptē gradibus peccato perfectè mori poſſumus.*

¶ Sed vide quo progreſſu ad hanc ſalubré atque deſyderandam morté perueniatur, quod vtique per ſimilitudinē corporaliter moriētis melius apparebit. Primò quippe ad moré corporaliter ægrotātis & morituri, & ipſe infirmatur, quia in peccādi volūtate, in qua dudum malè firmus erat, modo firmus nō eſt, ſed (vt quidam ait) in dubio eſt animus, ita vt paululo momēto huc vel illuc impellatur.

¶ Secundò, quēadmodū in morituro, ita & in ipſo deficit appetitus, id eſt, deſyderiū voluptatum, & rerū terrenarū cupiditas, ac amor omniū huius ſeculi vanitatū. Et cum

*coloſſ. 3.*

ſit huic infirmo eorū potius quæ ſurſum ſunt, quàm eorū

*Eſa. 26.*

quę ſunt ſuper terrá. Nec mirum ꝙ appetitus in eo minuitur. Cōcepit enim à facie domini ſpiritū ſalutis. Poſt cōceptum enim ſolet appetitus immutari. Concipit autem anima fidelis à facie domini, id eſt, à verbo dei, quo deus ſe quaſi facie cognoſcitur. Siquidē à dei verbo fidelis anima propoſito ſancto fœcundatur.

¶ Tertiò, ceſſat motus, videlicet ad opera mala, ad loca, perſonas, ſocietates, & ſimilia quę peccato affiné faciūt. Ceſſat & motus interior, id eſt, priſtina mētis inconſtantia, leuitas, inſtabilitas, quá per prophetá dominus reprehendit

hendit dicens: Hæc dicit dominus populo huic qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit & domino nõ placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum. Conſtat nimirum, quòd caput ſuum membra ſequatur. De principe verò tenebrarum, qui caput omnium impiorum eſt, ipſo domino perhibente cognouimus quòd in veritate non ſtetit. *Iere.14.* *Ioan.8.*

¶Quartò, deficiunt ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus, eo quòd per rerum ſenſibilium illecebras ſtabilita in veritate mens nequaquã abducitur. Auertit enim oculos ſuos ne videant vanitatem, & ſæpit aures ſuas diuini timoris ſpiritus, ne audiant linguam nequam, videlicet ad mala ſuadẽtis, vel obtrectantis proximo, vel ad iram per cõuitia prouocantis, & ſimiliter cęteris ſenſibus cauet, ne fortè mors per eorum feneſtras ingrediatur. *Pſal.* *Eccle.28* *Iere.9.*

¶Quintò, ceſſat loquela, ocioſi ſcilicet vel culpati ſermonis, iuxta præceptum Apoſtoli dicentis: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Vnde beatus Petrus: Si quis loquitur, inquit, quaſi ſermones dei. *Eph.4.* *1.Pet.4.*

¶Sextò, reddit ſpiritum per propriæ voluntatis reſignationem in poteſtatem ſuperioris, quum iam non ſuo, ſed alieno viuit arbitrio, exemplo domini qui ſpiritum ſuum in manus patris commendauit, qui non venerat facere voluntatem ſuam, ſed patris. In hac autem propriæ voluntatis reſignatione, ipſa vitiorum victoria ſeu mortificatio cõſummatur, & hoſtia Deo dicata hac morte immolatur. *Luc.23.*

¶Septimò, ſupereſt vt hic mortuus in domino abſcondatur & ſepeliatur in ſepulchro pacis, quod vtique glorioſum eſt & optandum, de quo vir ſanctus ait: Qui effodiũt theſaurum, gaudent vehementer quum inuenerint ſepulchrum. In hoc enim ſepulchro non niſi à domino ſepelitur. In cuius rei typo Moyſen dominus ſepeliuit, & ignoratur ſepulchrum eius vſque in hodiernum diem. Huius quippe ſepelitionis gloriam nemo ſcit, niſi qui accipit. Et quidem beati mortui qui in domino moriuntur, hoc ſcilicet (quo dictum eſt) ſpirituali proceſſu. A modo enim iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis. *Iob.3.* *Deu.34.* *Apo.14.*

¶Circa quartum principale dicit:

*Iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus.*

*Viuendũ eſſe iuſtitiæ.* ¶Quartã paſsionis Chriſti cauſam aſsignat, videlicet
per ipſam à peccatorum morbo ſanati, & mortui pecca
*Rom.6.* de cætero iuſtitiæ viuamus, & exhibeamus nos deo ta
quam ex mortuis viuẽtes, exhibeamus etiam membra
ſtra non rurſus ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniqui
tatẽ ſed, ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, ne tãti rede
*Bernardꝰ* ptoris mors & vulnera, quibus redempti ſumus, flocci
pẽdiſſe, cõuincamur. Vnde B. Bernardus: Ex magnitudine
remedii, inquit periculi mei æſtimo quãtitatem. Filius de
iubetur occidi, vt pretioſi ſanguinis ſui balſamo pecca
*Sap.6.* rum meorum vulneribus medeatur. Hinc rurſus ſcriptum
eſt: Neque herba, neque malagma ſanauit illos, ſed tuꝰ ſer
*Eſa.1.* mo domine qui ſanat omnia. Sed morbum vnde hos ſa
uit aduerte: Omne caput languidum, & omne cor mœrẽ
à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. E
go ſicut mortuus eſt dominus corporaliter, & viuit vi
*Roma.4.* noua, ita & nos (propter quos mortem adiit) in ſanctæ vi
tæ nouitate decet ambulare. Nam ſicut traditus eſt pro
delicta noſtra, ſic etiam reſurrexit propter iuſtificatione
noſtram. Non enim ſat eſt à peccato fuiſſe mundatos, ex
pulſo habitatore immundo etiam domum ſcopis mund
*Luc.11.* tam eſſe & ornatam, ſi vacemus ocioſi ab operatione iuſ
tiæ. Quia nõ ſufficit declinare à malo, niſi etiam quod bo
num eſt faciamus: quod eſt iuſtitiæ viuere.

*Vitæ ſigna tria moraliter* ¶Sunt autem vitæ ſigna tria, videlicet, Senſus, motus, o
peratio. Quiſquis enim viuit iuſtitię, ſentit dolorem pecca
ti, ſentit etiam deuotionem affectus pii, ſentit proinde
*Senſus.* agnoſcit magnitudinem accepti diuinitus beneficii, de
*Phil.2.* que ſentit & ea quæ ſunt proximi. Demũ ſentit in ſe quo
& in Chriſto Ieſu, ipſius paſsionibus communicando.

*Motus,* ¶Secundò, qui iuſtiiæ viuit, habet motum bonæ volun
tatis & deſyderiorum ſanctorũ. Nam per affectiones ſu
*Luc.15.* & deſyderia, anima vel amando, vel odiendo, eligendo
*Bonã habens volũtatem bonus eſt.* vel reprobando, ſuo more graditur & mouetur. Surgam
inquit, & ibo ad patrem meum. Ideo autem volũtas bo
vitæ ſpiritualis ſignũ eſt, quòd per bonã volũtatem ani
bona eſt. Nõ autẽ ſic quiſquis bonũ ſortitus eſt intellect

vel memoriá tenacem & boná, propterea bonus eſt, quũ *Luc.11.*
ſunt plerique qui ferentes clauem ſcientiæ, ipſi non intro- *Lucæ.12.*
eunt, ſcientes domini volũtatem, nec tamẽ hãc faciẽtes.
Sed per bonam voluntatem (vt dictum eſt) homo bonus
efficitur, & iure bon⁹ appellatur. Vnde etiá nato domino
cœli, ciues pacem denuntiant hominibus bonæ volũtatis. *Luc.2.*
¶Tertiò, qui viuit iuſtitiæ, vitam hanc per operationem *Operatio*
teſtatur, exercens ſemetipſum in his quæ ſunt iuſtitiæ &
pietatis & erga deum & erga proximum. Nequaquá ergo
iuſtitiæ hunc viuere arbitremur, cui hæc tria vitę ſigna nõ
ſuppetunt, ſed illum cuius tota ad rectè viuendum, & in fi- *Simile.*
nem vſque perſeuerandum fertur intentio: ſicut & ſeruus
ille domino ſuo, non ſibi viuere dicitur, cuius vita non ſi-
bi, ſed domino ſuo tota & impenditur & deſeruit.
¶Hinc poſſunt diſcerni qui mundo & carni viuãt, qui ani-
malia terrena iure vocãtur, ꝙ intẽtione mẽtis ſemper in
terrena proni ſũt: in quib⁹ vix aliud quicquá, quod eſt ho-
minis reliquũ ſupereſſe videtur, quá ipſa humani corporis
erecta ſurſum figura. Quibus profectò ſi corpus eſſet mẽ- *Quadru-*
tis qualitati correſpõdẽs, vtique mutorũ animãtiũ ad mo- *pedes ince*
rẽ quadrupedes incederẽt: nõ cœlũ, ſed terrá ſpectantes. *derent, ſi*
Quos ſapientum quidam increpat, dicens: *corpus a-*
Hæc (niſi terrenus malè deſipis) admonet figura. *nimæ qua*
Qui recto cœlum vultu petis, exeriſque frontem, *draret.*
In ſublime feras animam quoque, ne grauata peſſum *Boetius.*
Inferior ſidat mens, corpore celſius leuato.
¶Hos etiam beatus Petrus oues errantes appellat, conſe-
quenter ſubiungens:

*Eratis aliquando ſicut oues errantes.*

¶Sed quomodo oues dicit & errantes, quum hi qui in er-
rore vitam ducũt, hœdorum potius quàm ouium nomine
cenſeantur, niſi quia nouit dominus qui ſunt eius: qui &
multos malè viuentes patienter ſuſtinet, quos in ſuarum *Mat.25*
ouium numero ſaluandos tandem eſſe præuidet? Qualis *1.Tim.2.*
autem ſit interim ouis errans (id eſt, homo vitam ducens
in delictis) operępretium eſt conſyderare. Eſt enim ouis *Ouis erra*
errabunda, à grege diuiſa, vaga & inquieta, anxia & impa *bũdæ quĩ*
ſta, vepribus irretita, nocturnis lupis præda rapienda. *que mala*

¶Sic nimi

*A grege diuiſa.* ¶Sic nimirum anima peccatrix ad ſimilitudinem ouis er-
rantis primò ſeparata eſt à Chriſto paſtore bono,& ab ec-
cleſia & communione ſanctorum,ſiue eorum qui in cœ-
ſiue qui in terra ſunt,nõ ſecus ac palmes à vite,vel mem-
*Vaga & inquieta.* brum aliquod præciſum à corpore. Secundò,eſt vaga,im-
paſta & inquieta. Documento eſt ille fratris innocui par-
*Gene.4.* ricida,cui dictum eſt à domino:Vagus & profugus eris ſu-
per terram. Alia tranſlatio habet:Eris gemens & tremens
ſuper terram. Vagus eſt homo peccator, per inordinatam
concupiſcentiam (ſiquidem vana quærẽtibus nil ſuffici-
profugus autem propter ream conſcientiam,quæ nullo lo-
*Pro.28.* co tuta eſt. Fugit enim impius nemine perſequente. Et ſi-
*Eſa.57.* cut per Eſaiam dicitur:Cor impii quaſi mare feruẽs,quod
quieſcere nõ poteſt, & redũdant fluctus eius in concul-
tionem & lutum.

*Roma.1.* ¶Hinc rurſus Apoſtolus ait:Ira & indignatio , tribula-
& anguſtia , in omnẽ animam hominis operãtis malum.
*Mat.11.* Tollite ergo iugum meum ſuper vos,& inuenietis req-
*Iere.16.* animabus veſtris, Quòd ſi abeũtes ſeruieritis diis alie-
*Oſee.8.* non dabunt vobis requiẽ nec die nec nocte. Iſti dii alie-
*Pſal.3.* pleriſque ſunt argẽtum & aurũ,quæ horũ amatores acq-
cultores fecerunt ſibi idola. Nonnullis caro & vẽter de-
eſt. Hi quippe nullam ſuis cultoribus requiem verã indu-
*Anxia & impaſta.* gẽt. Vnde patet & tertium,quod ſcilicet anima pecca-
ad morẽ ouis errãtis eſt anxia & impaſta. Anxia iure e-
Nam quiſquis ſibi cõſcius eſt lęſæ maieſtatis,ſecurus e-
non poteſt in omni loco dominationis illius quam offe-
*Iob.9.* dit. Quis enim reſtitit deo,& pacem habuit?

*Malũ mẽtis ieiuniũ Pſal.* ¶Manet etiã impaſta & ieiuna, vt meritò dicat: Aruit c-
meũ,quia oblitus ſum comedere panẽ meum. Hoc eſt
verbũ quo viuit interior homo. Et licet fortaſſe nõnũ-
illud aure corporis percipere videatur,quia tamẽ non h-
bet aures audiẽdi.i.obaudiẽdi,cœleſtis verbi pabulo n-
nutritur. Manet & ab illo cibo ieiuna, de quo domin⁹ a-
*Ioan.4.* Meus cibus eſt, vt faciã volũtatem patris mei,vt perfi-
opus eius : Hic cibus eſt iuſtitia, cui⁹ anima peccatrix
*Luc.15.* eſurit operationẽ,nec ſcientiã ſitit. Et quum tãti merce-
*Vepres & ſpinæ.* rii in eccleſia fidelium abundent panibus,ipſa fame pe-
¶Quartò dictum eſt, quòd ipſa eſt quodãmodo vepri-
irreti-

irretita, id eſt, diuitiis & voluptatib⁹ hui⁹ ſeculi, quæ nimi *Luc.8.*
rum & acriter pungũt, & nihilominus tenaciter retinẽt, à *Lupis præ*
quib⁹ ſuffocatur verbũ dei. His enim irretitur & illaquea *da rapien*
tur, imò etiã dilaceratur ouis errabũda quę peperit, quę ni *da.*
ſi adiuuetur, ſeipſam liberare non valet. Quæ ſi vſq; ad vi-
tę veſperam & noctem mortis ſic irretita permãſerit, erit
proculdubiò præda rugiẽtibus præparatis ad eſcã. In quo
patet quintũ, quod de oue errabunda præmiſſum eſt. Ta-
les, inquit, fuiſtis aliquãdo videlicet, & erroribus perditi,
& voluptatibus malis illaqueati. Nunc autem quales per
Chriſti gratiam ſint effecti, oſtendit dicens:

*Sed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.*

¶Tangit euangelicam parabolam, vbi pius paſtor relictis
nonagintanouem in deſerto, venit quærere vnam quæ er-
rauerat. Nam quod ibi dictum eſt, quòd hãc inuentam im- *Lucæ, 13.*
poſuerat in humeros ſuos gaudens, hoc iſtic B. Petr⁹ præ-
miſit, dicens: Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo
ſuper lignũ. Sed conuerſi eſtis, inquit, ad paſtorem, verum
vtique paſtorem & bonum, qui paſtor ipſe pariter & panis
eſt. Paſcua nempe in vita præſenti præſtat, temporalium
gratiarum & ęternę beatitudinis pabulum ſuis ouibus ſer
uat in futurum. Itaque fœlices hi ac ter quatérque beati,
quià peccatis & rerum cupiditatibus liberi, tota mente
conuerſi ſunt ad Chriſtum, qui piarum animarum nõ mo-
dò paſtor eſt, ſed & epiſcopus, quod interpretatum ſuper- *Chriſtus*
intendens ſonat, quòd ſciat quibus indigemus. Cui etiam *paſtor &*
cura eſt de nobis. Qui niſi cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vi *epiſcopus*
gilat qui cuſtodit eam. Sed nemo vacillet, nemo diffidat: *animarũ.*
cuſtodit enim omnes diligentes ſe, quum ſit ipſe in medio *1. Pet. 5.*
corũ qui fuerint cõgregati in nomine eius. Ecce, inquit, *Pſal.*
ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumma- *Mat. 18.*
tionem ſeculi. Viſitat enim gregem ſuum aſsiduè, ipſam *Mat. 28.*
quam donauit gratiæ lucem ne deficiat ſeruando, imò &
vt augeſcat adiuuando.

## DOMINICA TERTIA post Paſcha.

1.Pet.2. *CHariſsimi, obſecro vos tanquã aduenas & peregrin.*

¶In hac lectione B. Petrus primò docet libero
in moribus. Secundò, ſeruos. Primum facit
principio lectionis. Secundum, ibi: Serui, ſubdi
eſtote.

¶Circa primũ duo facit. Primò, docet nõ eſſe abutendũ
libertate. Secundò, docet ea bene vti, quum dicit: Conu
ſationem veſtram inter gentes habentes bonam.

¶Circa primũ apertè liberos monet à carnalibus deſy
riis abſtinere, quia ſolet libertas vitę remiſsioris ma
illecebrarũ titillantiã tolerare pericula. Dicit ergo: Ch
riſsimi. Nimirũ chari, quia naturæ conſortio mihi cõ
chariores, quia mei diſcipuli & apoſtolatui meo à deo
miſsi: chariſsimi verò, quia ſpirituali fraternitate in Ch
ſto fortiſsimè mihi adſtricti, obſecro, inquit, non mãdo
tantũ ideo quia remiſsius imperãti facilius obtempera
ſed quia non ſuum, ſed naturæ præceptum eſt quod doce
Vnde & exhortationem putauit ſufficere.

*Aduena quis ſit.* ¶Tanquam aduenas autem eos obſecrat & peregrin.
Aduena ille eſt qui viuit in hoc mundo tanquam in ter
aliena, vbi etſi poſſeſsiones rerũ tẽporalium acceperit,
has fortaſſe etiam plus æquo diligat, ipſarum tamen &
*Peregrinus quis ſit.* rum omnium amorem deo poſtponit, terrena bona (
non abiiciens) ſubiiciẽs tamen. Peregrinus eſt autem,
per hunc mundum quaſi per terram alienam prætere
trãſit vbi nec remanere, nec poſſeſsiones intendit ac
rere. Is corpore ſolo in hac peregrinatione conſtitutus,
*Phili.3.* ta auiditate & deſyderio in illa cœleſti patria cõuerſa
*Pſal.* vt verè dicat cum Apoſtolo: Noſtra conuerſatio in cœ
eſt. Et iterũ cũ Propheta: A te quid volui ſuper terram?
*Heb.11.* nuit ſanè in terrenis conſolari anima eiꝰ, memor enim
dei, & delectatur in eo. Qui enim confitentur ſe pere
nos & hoſpites eſſe ſuper terram, ſignificant ſe patriã
*Peregrinũ tria exprimunt.* quirere. Tria ſunt quæ verè peregrinũ exprimũt. Vnũ
ſi alienę regionis mores habet. Alterũ, ſi etiã regionis a
næ linguam. Reliquum, ſi iocis & rebus pręſentibus, de
*Indigena huius mũdi quis ſit* derio & affectu cordis ſui non remoratur.
¶Indigena verò vel ciuis huius mundi ille eſt, qui
tanquam in terra ſua viuens & intendens permanere,
ce

ceſſat opes cōgerere, ædificare domos, poſſeſsiones ampliare, q.d. Fruamur bonis quæ ſunt, quales illi erant, de quibus dictum eſt per Prophetā: Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Quorum bene geſſere figurá tribus Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe, qui quum peco ribus abundarēt, videntes terram Galaad quòd eſſet apta pecoribus alendis, petierūt à Moyſe illá ſibi dari in poſſeſsionem, quum tamen nō eſſet intra limites terræ promiſsionis, ſed citra Iordanem. *Sapien.2. Pſal. Num. 32*

¶Cuius figuræ ſignificatio vel ipſis nominibus aperitur. Ruben enim, videns medium, Gad, in fortuna, vel fœliciter, Manaſſes autem, obliuio interpretatur. Nomina vtique ſignificādis ſeculi huius amatorib9 apta. Quid enim aliud eſt illud mediū, quod ſemper intēta mente ſpectāt, quàm temporalis hæc vita, & rerum vſus mundanarum? Hæc enim mortalibus in hoc mundo peregrinantibus, ſi ipſi velint medium vel adminiculum ſunt, quo poſsint ad deſyderatā patriam peruenire. Porrò ciues & amatores huius mundi, neglecto curſus ſui termino, huiuſcemodi medio manēt irretiti, ad beatitudinis finem cūctis optatum mortalibus nequaquam peruenturi, fœlicitatem huius ſeculi (quę fortunæ inſtabilis præcipiti rota verſatur, & nunquam in eodem ſtatu permanet) amplectentes, & parupendentes interim cœleſtem hæreditatem, & hanc obliuioni tradentes, eò quòd multas carnales & quaſi pecuales habent affectiones, quibus alēdis, mundus hic pabula miniſtrat. Vnde & ſi liceret, liberet vtique carnalem hanc vitam nunquam excedere amore terrenorum. Sed quid peregrinos ſuos beatus Petrus obſecret audiamus. Sequitur enim: *Amatorū huius mūdi figurā geſſerunt Ruben, Gad, Manaſſes.*

*Abſtinere vos à carnalibus deſyderiis.*

¶Abſtinere ab illis, eſt abſque illorum tentione viuere. Tenētur autē carnalia deſyderia per delectationem ſpōtaneam & deliberatā, tenentur per voluntatis cōſenſum, tenentur per opus, ſed multò magis per conſuetudinē & defenſionem. Sunt autē ignis vſque ad perditionē deuorans; ſunt aquę ſuffocātes & ſubmergētes in homine ſpiritū vitæ, de quibus quod per Prophetā dicitur, accipere poſſumus: Inundauerūt aquæ ſuper caput meū. dixi perij. Sunt *Carnalia deſyderia tenentur ſic. Iob.31. Carnalia deſyderia quàm ſint exitioſa. Thren.3.*

Sunt nihilominus lethale virus, humanã funeſtè mentem inficiens, à quibus nos ſalubriter monet abſtinere, quantũlibet illa ſentiamus, negemus omnino cõſenſum.

¶Porrò carnalia deſyderia illa eſſe probantur, quæ circa carnis explendã verſantur voluptatem, circa obtinendam vanã huius mundi fœlicitatẽ, circa praui operis peragendam iniquitatẽ. Hæc intellectũ obnubilãt, iudiciũ rationis extinguunt, & humanã mentem quaſi quædã Circes contaminata pocula furore quodã inebriant atque ſubuertunt.

*Ioel. 1.* Deceptis huiuſcemodi furore mẽtibus dicitur ꝑ prophetam: Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinũ in dulcedine, quoniã periit ab ore veſtro. Lege diuina ſancitũ eſt, ꝙ quiſquis ſe deo voluerit cõſecrare, ab omni eo quod inebriari poteſt, abſtinebit. Porrò mentẽ humanã vel maximè inebriat, carnalia deſyderia ſunt, à quibus deo dicatos oportet abſtinere.

*Figura. Num. 6.*

*continentiæ Rechabitarũ exemplum. Iere. 35.*

¶Quàm ſit autẽ id deo acceptum, Rechabitarum exemplo monſtratur, de quibus ad Ieremiam dominus loquens ait: Vade in domum Rechabitarũ, & loquere eis, & da eis bibere vinum. Et poſuit, inquit, Propheta, corã eis ſcyphos plenos vino, & calices. Et dixi ad eos: Bibite vinum. Qui reſpõderunt: Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter, prȩcepit nobis ne biberemꝰ vinum nos & filij noſtri, vſq; in ſempiternum, & obediuimus voci eius. Et dominus ad prophetam: Vade, inquit, & dic viris Iuda & habitatoribus Hieruſalem. Nunquid non ſuſcipietis diſciplinã, vt obediatis verbis meis? Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis ſuis, & obedierũt prȩcepto patris ſui: ego autẽ locutus ſum ad vos, & nõ obediſtis mihi. Miſiq; ad vos ſeruos meos, prophetas, dicens: Cõuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra, & nõ inclinaſtis aurẽ veſtram, nec audiſtis me. Idcirco ecce ego adducã ſuper vos vniuerſam afflictionem, quam loquutus ſum aduerſum vos. Domui autẽ Rechab hȩc dicit dominꝰ: Pro eò quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia præcepta eius, nõ deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in cõſpectu meo cunctis diebus. Ex quo loco (prȩter id ad quod inductus eſt) etiã efficax argumentum habe-

habetur aduerſum hæreticos, aſſerẽtes neminẽ humanis præceptis ſub peccati vinculo poſſe cõſtringi. Nam ſi iſti propter obedientiam, quam maioribus ſuis impenderãt, meruerunt à domino cõmendari: conſequens eſt, vt obedientiæ ſuorum ſuperiorum contemptores, à domino reprobentur atque damnentur. *Argumentũ efficax cõtra hæreticos.*

¶Proinde non modò propter peccatum vitandum abſtinendum eſt à carnalibus deſyderiis, verùm etiã propter noſtri ſtatus cõditionẽ. Siquidem aduenæ ſumus & peregrini. Quis autem vidit vnquã in via peregrinationis ſuæ quempiam cõſtitutum, intendentẽ vanis, torpẽtem ocio, vel debitum voluptati, vel aliis quibuſlibet rebus friuolis remorari? Sanè ſicut hęc aliena ſunt à munere peregrini, ita prorſus indecẽs eſt homini Chriſtiano, ſi neglecto vel ſpreto cœlorum regno, vbi ciuis adſcriptus eſt, carnaliũ deſyderiorũ ſeruus effectus, vitã viuat pecorinã. Pecorũ quippe ad explendã carnis voluptatẽ tota feſtinat intentio. Vnde nec in huiuſcemodi hominib⁹ ſpiritus dei permanebit, quia nihil aliud quàm caro ſunt. His enim niſi caro ſapit nihil. Seruat infirmus traditã à medico diætã, à vino & fructib⁹ abſtinet, cauet ſibi ſapiẽs à ſocietate ſtultorũ, negociator pecunioſus à ſocietate furũ & latronũ, lup⁹ à laqueo, turtur à miluo, agn⁹ à lupo. Et iuxta poetã: *Propter noſtri ſtatus cõditionẽ abſtinẽdum eſſe.* *Simile.* *Gene. 6.* *Simile.* *Exemplo horum cauendum.*

Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. *Ouidius.*

Homo autem non modò iam cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis illis effectus, ſed mutis pecoribus inſipientior. Nam propriã accerſit perniciem, laqueos amat, feſtinat ad interitũ, dum carnalia ſequens deſyderia, ſub ſentibus eſſe delicias cõputat, quum tamen ſub huiuſcemodi melle lethale virus, & ſub eſca lateat hamus perditionis. Vnde & de carnalibus deſyderiis ſubdit, dicens: *Pſal.* *Iob. 30.*

*Quæ militant aduerſus animam.*

¶Nimirum, de carnalibus loquitur deſyderiis, quæ quaſi ignita tela de arcu ocioſitatis in animam mittunt. Quãobrem accipiẽdum nobis eſt ſcutũ fidei, in quo poſsimus omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Militãt quippe ignitę cõcupiſcentiæ in membris noſtris, quibus caro aduerſus ſpiritũ concupiſcit. Sed rationis imperio ꝑ timorẽ *Epheſ. 6.*

domini

domini ſubiiciendæ ſunt ne ſuperent, quia cõiuraſſe cum
ſerpẽte antiquo membra carnis noſtræ in perniciem ani
mæ videntur. Quas tametſi in hac vita excindere penit
non valemus, reprimere tamen eas vi mẽtis & coercere
*Gene. 4.* poſſumus, & debemus. Subter te, inquit, erit appetit' tu
& tu dominaberis illius.

*Arca dei vaccis fœtis vehẽda imponitur myſticè.* ¶Hęc ſignificata ſunt in vaccis illis fœtis, quibus arca do
mini vehenda plauſtro impoſita fuit. Quum enim cõſi
ſatraparum Philiſthiim arca domini, quæ apud eos cap
ua fuerat mẽſibus ſeptem, ad terram Iſrael remittẽda e
ſet, ſimul ipſi experimẽto probaturi, num à deo Iſrael p
gæ illæ quibus grauiter affecti fuerant inflictæ fuiſſe
*1. Reg. 6.* ſuper hac reconſultantes: Nunc (inquiunt) arripite, & fa
cite plauſtrũ vnum nouum, & duas vaccas fœtas quib
nõ eſt impoſitum iugum iungite in plauſtro, & reclud
vitulos earum domi. Tolletíſq; arcam domini, & pone
in plauſtro, & dimittetis eam vt vadat, & aſpicietis. Et
quidem per viã finiũ ſuorum aſcẽderit cõtra Bethſam
ipſe fecit nobis hoc malum: Sin autẽ, minimè. Quia ne
quaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. Ibát a
tem in directũ vaccæ per viam quæ dicitur Bethſames,
itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes & n
declinabant neque ad dexteram neque ad ſiniſtram.

*Quid arca.* ¶Vbi per arcam, Dei voluntatem (quæ per præcepta
nobis innoteſcit) accipim'. Per vaccas fœtas, fideles q
que carnalia adhuc deſyderia gerentes (quę aduerſus ra
tionalem inſurgunt ſpiritum) deſignantur. Plauſtrum n
*Quid plauſtrum nouum.* uum, mens eſt ſancto deſyderio renouata. Huic plauſ
arca domini vehenda imponitur, dicente Paulo: Glori
cate & portate deum in corpore veſtro. Iugum autẽ ei
*1. Cor. 9.* (vt phibet ipſe) ſuaue eſt, & onus ei' leue. Sed reclamã
*Mat. 11.* vituli, remugiunt affectus. Vituli quippe, præteritarũ v
*Quid vituli domi recluſi.* luptatum concupiſcentiæ ſunt: quorum vitulorum dom
recluſio, eorundẽ cõcupiſcentiarum repreſsio eſt. Vacc
autem ſuorum fœtuum affectione mugire, quid aliud
*Quid mugitus.* quàm carnalia deſyderia ſentire, & pręteritarum reni
ſci voluptatum, & propter earum abſentiam, nõnulla
terdum affici mœſtitia? Non enim ſine mœrore relinq
tur, quod cũ delectatione poſsidetur. Nihilominus ta

vac

vaccæ & mugiebāt, & recto gradiebātur itinere, nec dubiē quin arbitrio ſuperno ſuis affectibus repugnantes. In via hac qua gradieris, īquit, firmabo ſup te oculos meos. Precatus fuerat, dicēs: Dirige me in ſemita recta. Et rurſus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et iterum gratulabundus, inquit: Tenuiſti manum dexterā meam, & in voluntate tua deduxiſti me. Nec declinabant ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Quicunque enim diuino arbitrio reguntur, hi profectò neque blandimentis ꝓſperitatum huius ſeculi illiciuntur, nec incumbentiū mole franguntur aduerſitatum, vt pietatis propoſitum (vtiq; rectum iter) derelinquant. *Pſal. ibidem.*

¶Bethſames autem quo pergunt (quodq; domus ſolis interpretatur) regnū æternę beatitudinis eſt, vbi ſol iuſtitię Christus immēſæ claritatis ſuæ maieſtate, quaſi ſol pleno lumine fulgens, diem illā illuſtrat quę neſcit occaſum, de qua die per ꝓphetā dicitur: Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Itaque ſi ſcire cupis num te efficacia gratiæ ſuæ dominus tetigerit, num pium tuæ mētis propoſitum à deo fuerit, recluſos domi ſub arcta diſciplinę custodia, voluptatū carnalium appetitus coerce, etſi quidē cœleſtis adminiculo, atq; ducatu gratię in bono ꝓpoſito perſeuerās, nec ad dexterā (vt dictum eſt) nec ad ſiniſtrā declinādo, recto itinere per viam mādatorum dei ad cœleſtem patriā perrexeris, tum id noueris in te deo operāte contigiſſe. Nam ſine illo, nihil facere potuiſſes. *Quid Bethſames. Pſal. Vt cognoſcas in te gratiam.*

¶Circa ſecundum conſequenter dicit:

*Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquā de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſyderantes, glorificent deum in die viſitationis.*

¶Hic docet libertate bene vti, dicens: Cōuerſationem veſtram inter gentes habētes bonam. Nō ſolùm inter fideles, ſed inter gētes, inquit, id eſt, ethnicos qui adhuc foris ſunt. Hinc etiā Paulus ait: Sine offenſione eſtote Iudęis & gētibus. Oportet enim ſanctos habere teſtimonium etiā ab his qui foris ſunt. Cauſam bonę cōuerſatiōis aſsignat, dicēs: Vt in eo quod detrectāt de vobis. Pagani enim qui Chriſtianorum fidē & religionē primum vituperabant, & ipſos (ꝙ eorū deos & cultum reliquiſſent) deteſtabātur *1. Cor. 10 1. Tim. 3.*

poſtmodũ cõſyderãtes ſanctã eorũ cõuerſationem &…
uictũ in Chriſto animũ, ceſſabãt plerũq; Chriſtianis…
antè fecerãt, tanquã malefactoribus detrahere, imò…
ti eorum deum in credẽtibus glorificabant, ꝙ ſuorũ…
torũ modeſtia & bonitate, bon⁹ deus & iuſtus ꝓbaret…
¶Ex bonis, inquit, operibus vos cõſyderãtes, quia ſcili…
voſmetipſos illis huiuſmodi operibus ſpectabiles…
*Mat. 5.* betis. Vnde & ipſe dominus pręcipit, dicẽs: Luceat lux…
ſtra corã hominibus, vt videãt bona opera veſtra, & glo…
ficent patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt. Sicut enim per pra…
populi credẽtis facinora nomẽ domini ab incredulis bl…
*cultorũ ſuorũ moribus de⁹ vel laudatur vel blaſphematur.* phematur, (ſicut per ꝓphetã Nathan ad Dauid poſt a…
terij & homicidij patrata facinora dictũ eſt: Blaſphem…
fecisti inimicos nomẽ domini) ita etiã propter bon…
& pietatẽ cultorum ſuorũ, vt dictum eſt, nomen eius…
infidelibus glorificatur, ſicut in rege Babylonis euid…
apparuit. Is enim in cultoribus dei (quos in fornacem…
dẽtem iam miſerat) deũ verũ & palàm cõfeſſus eſt, & g…
*1. Reg. 12.* rificauit, edicto cauẽs ne quis deũ verum blaſphema…
*Dan. 3.* Hinc etiã Apoſt. ait: Eſtote itaq; ſine querela, & ſimpli…
*Philip. 2.* filij dei ſine reprehẽſione, in medio natiõis prauę & p…
uerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo, ve…
*Dies viſitationis.* vitæ cõtinentes. Glorificẽt, inquit, deum in die viſita…
nis. Hoc eſt, eo tempore quãdo recipietis pro his me…
*Sapien. 5.* dem à deo, illi verò ſupplicium: tum dicẽt intra ſe pœ…
tentiã agentes, & prę anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſ…
quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitud…
improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabam⁹ i…
ſaniã, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo co…
putati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illoru…
Tunc enim glorificabitur deus, & iuſtus comprobab…
quum reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
¶Poteſt nihilominus dies viſitationis & ad ipſos infi…
les referri, vt ſit ſenſus, ꝙ infideles glorificaturi ſint d…
quẽ ex ſuorũ cõfeſſorum pietate noſſe iam cœperãt. H…
inquit, glorificent, quum ipſimet infideles à domino…
infuſione lucis fidei & gratiæ, vel inflictiõe iuſtæ vlti…
& vindictæ, à deo viſitabuntur. Verùm quoniam cartu…
tia bonæ cõuerſationis honeſtati vel maximè repugn…
(ma…

(magis enim apparent & innoteſcũt coram hominibus) Idcirco fideles monuit, preſertim ab huiuſcemodi vitiorũ cõtagiõe debere eſſe immunes. Alioqui nõ poſſent inter gentes cõuerſationẽ habere bonã, inter quas verſabãtur. Et quoniam odibilis eſt tam coram deo quàm corã hominibus ſuperbia cum inobediẽtia ſua peſsima prole, idcirco hanc vitare docens, ſubiungit conſequenter dicens:

*Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum.*

¶Quaſi dicat: Nullum vnquam in vobis locum ſuperbia vel inobediẽtia reperiat, quin potius ſubiecti eſtote propter deum omni humanæ creaturæ, id eſt, omni dignitati, homini cuicunque cõceſſæ, quaſi dicat: Obtẽperate omni principatui, cui vos diuina diſpoſitio ſubditos eſſe voluerit. Hoc eſt enim quod ait, ꝓpter deũ: quia nõ eſt poteſtas niſi à deo: & ideo qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Decet quippe fideles famulos regis æterni etiã mũdi poteſtatibus ſubdi, ne propter eorum inobediẽtiã, vel fidei, vel religioni Chriſtianæ detrahatur, quaſi per eã humanæ cõditionis iura turbentur. Ita enim poteſt rectè intelligi quod dictũ eſt, omni humanę creaturę, vt detur intelligi obtemperãdum eſſe nõ modò fidelibus, ſed etiam incredulis, in his quæ religioni non repugnant. *Obediendum eſſe principibus & prælatis. Rom. 13.*

¶Et hæc omnia, inquit, propter deum, nõ propter homines, non vt illis adulemini obediẽdo, vel vt aliquod temporale cõmodũ ab illis quibus paretis cõſequamini, vel vt euadatis eorũ minas, ſed propter deũ, inquit, qui ponit humiles in ſublimi. Humilitas enim ſemp deo grata eſt. Ad idem & Paulus nos inducit, dicẽs: Ex animo cum bona voluntate ſeruientes, ſicut domino, non hominibus, ſciẽtes quoniã vnuſquiſque quod fecerit bonũ, hoc recipiet à domino. Proinde quiſquis ꝓptet deum ſe homini ſubiicit, deo potius ſubiectus eſt, quàm creaturæ. Rurſus ſubiecti eſtote propter deũ, vtique in hoc Chriſtũ ipſum imitantes. Ipſe enim fuit ſubditus illis, nimirum Ioſeph & Marię, inſuper & huius ſeculi poteſtati ſoluẽdi didragma. Subiecit etiam ſe Ioanni Baptiſtæ, dum ab eo quaſi vnus è turba baptizatus eſt. Quum autem Baptiſta verit[s] tam in dei filio humilitatem diceret: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? magiſter humilitatis reſpõdit: *Propter deũ obediendũ eſſe hominibus. Iob. 5. Epheſ. 6. Chriſtus dominus hominib⁹ ſubiectus eſt. Luc. 2. Mat. 17. Mat. 3.*

Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtiti
*Ibidem.* id eſt, humilitatē perfectā, quæ nimirum tunc implet
*Humilitatis modi tres.* quum ſuperior ſuo ſe ſubiicit inferiori. Iuſta & comme
dabilis humilitas eſt, quū ſe homo ſubiicit ſuperiori. C
mendabilior verò eſt quãdo pari: ſumma autem eſt hu
litas, quãdo ſe ſponte ſubmittit inferiori. Quibus aut
imprimis ſubiectionē debeam⁹ oſtēdit quum ſubiung

*Siue regi, quaſi præcellenti.*

*Regibus obtemperandum.* ¶Nō enim vult nos B. Petrus omni homini æqualiter
ſe ſubiectos, ſed cum diſcretione, & quibus oportet. N
in omnibus quæ præcipi poſſent, expedit eſſe ſubiect
*1. Tim. 2.* Regi, inquit, quaſi præcellēti. Nã & Apoſt. Timotheo ſ
bens, docet eſſe orandū pro regibus. Itidem & lõge a
*Ierem. 29* Ieremias propheta docuit, ſcribēs ad Iudæos in Baby
nem trãſmigratos, vt quærerēt corã deo pacem & bo
rum illorum quibus erãt traditi & ſubiecti, quia in p
inquit, illorum erit pax veſtra. Quod etiã eos feciſſe
tet, per hoc quod ſcriptum eſt: Dicunt enim filij tranſ
grationis ſcribentes ad populū, & fratres ſuos adhuc
*Baruch. 1* ctos in Hieruſalem & in terra ſua: Orate pro vita Nab
chodonoſor regis, & pro vita Balthaſar filij eius. De
regibus obediendum iſſe ipſe dominus abſtruxit, dice
*Mat. 23.* Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Nō ſolùm autem o
diendum eſt regi, quaſi præcellenti, ſed etiam aliis i
rioris gradus potentatibus, vnde ſubdit:

*Siue ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictam malefacto laudem verò bonorum.*

¶Siue ducibus, inquit, id eſt, minoribus iudicibus, p
ſtatem tamen à rege cõceſſam habentibus, vel à deo,
non ſibi poteſtatem incõceſſam vſurpantibus, ſed ab
qui poteſtatem habet miſsis, ad vindictã malefactoru
laudem verò bonorum.

*Talis eſſe debet iudicis actio.* ¶Vbi ſimpliciter narrat ꝙ talis eſſe debeat ducis a
nec aſſerit eam ſemper talē eſſe. Quòd autē ad vin
malefactorum mittãtur, patet per illud quod de pote
*Roma. 13* te loquēs Apoſt. Paulus ait: Nō enim ſine cauſa gladi
portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in irã ei qui mal
cit. Sicut autem mittuntur huiuſmodi duces ſiue ali
riores ſub rege iudices ad punitionē malefactorū, ita
laude

*Poteſtas malorum etiã laudẽ bonis adfert.*

*Rom.13.*

laudem bonorum, vt dictum eſt. Nam & ſi etiam bonos damnant, non minus ad laudem bonorum pertinet quod agent,ſi patiẽter eos boni tolerant, & ſapiẽter eorũ aſtutię reſiſtunt. Vis,inquit,non timere poteſtatẽ ?bonum fac, & habebis laudem ex illa. Non dicit ab illa , quia ſi mala eſt poteſtas,nõ illa te ob meritum probitatis laudabit,ſed per id quod ſuſtinebis,ab illa laudaberis coram deo.Mala fuit poteſtas quæ Petrum crucifixit,& Paulum occidit gladio.Non enim illa poteſtas ſeruos Chriſti laudauit,quæ illos quaſi malefactores occidit,ſed ex illa poteſtate laudẽ & gloriam ſempiternam promeruit ſapientia ſanctorum. Nouit enim deus etiam de malis bona elicere,aliàs enim in mundo hoc quaſi in ſua diſpoſitiſsima domo mala fieri non ſineret. Nouit medicus prudens è ſerpente tiriacam conficere,de veneno venenũ damnare.In quo & nos deũ cõuenit imitari,quatenus & ipſi alienis aduerſum nos improbitatibus in bonum noſtrum per patientiam vtamur, etiam operam dantes ſi quo modo aliquãdo eo quis nobis infeſti ſunt,à prauis moribus ad probitatem opitulante deo reducere poſsimus. Quod ſi fortaſsis efficere non poſſumus,ſaltem eorum contra nos improbitatem, vt dictum eſt,ad noſtros profectus trahamus.Sequitur:

*Quia ſic eſt voluntas dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.*

¶Quia ſic eſt voluntas dei,inquit, vt benefacientes obmuteſcere fa. impru. ho. ignorantiam , per bonam veſtram conuerſationem malis illis hominibus bene vtẽtes. Ignorantiam dicit non inuidiam , quia gentiles inter quos iſti conuerſabantur,ex ignorãtia magis quàm ex inuidia peccabant.Vnde & ad bonam fidelium cõuerſationẽ interdũ ex illis nonnulli conuertebantur,& ſic obmuteſcebant ab illorum vituperio & detractione,& qui non conuertebantur,non habebant quod carperent. Oſtendit ergo beatus Petrus in iis,quæ iam dicta ſunt,cauſam quur bene & prudenter vtendum ſit libertate,videlicet quia ſic eſt volũtas dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudẽtium hominum ignorantiam.Conſequenter oſtendit modũ bene vtendi dicta libertate, dicens:

*Quaſi liberi, & nõ quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.*

*Malitiæ velamẽ libertas nõ ſit.* *Galat. 4.*

¶Quia ſuperius docuit eos ſubiectos eſſe debere omni creaturæ propter deum, ne fortè quibuſdam ſubreperet erronea cogitatio, & inter ſe dicant: Liberi ſumus, & ea libertate qua Chriſtus nos liberauit, quid ergo nobis cum huius ſeculi poteſtatibus, & ſic illis ſua iura negando, malitiam ſuam Chriſtiana libertate velarent? Hoc ergo præcauens B. Pet. Quaſi liberi, inquit, & nõ quaſi velamen habentes malitię libertatem. Vult enim vt ſint à peccatis & vitiis liberi. Quaſi dicat: Libertas hæc veſtra nõ obnubilet corda veſtra, vt tantò licentius peccetis, quãtò minus ſeruitio deprimimini. Sequitur:

*Sed ſicut ſerui dei.*

*Iob. 11.* *Matt. 11.* *Libertas vera & libertas falſa.* *Perſius.* *Gene. 39.*

¶Liberè, inquit, non coactè, ſpontaneè, & ex animo propter deum ſitis hominibus ſubiecti, vt nemo veſtrum pro vanitatem cordis ſui erigatur in ſuperbiam, & quaſi pullum onagri ſe liberũ natum putet, néve vt filij Belial, (id eſt, abſque iugo) efficiamini: quin potius iugum domini ſubite, quod ſuaue eſt, & ſuſcipite onus ipſi⁹ quod leue eſt, ſi reperire vultis requiẽ animab⁹ veſtris. Nõ enim libertas eſt impunè vitiis ſeruire, ſed amiſsio libertatis. Nec rurſus libertati veſtræ repugnat ſi hominum ſeruitio ſitis addicti. Sapiẽs enim, & ſi ſeruit, liber eſt: prauus autẽ ſi regnet, ſeruus eſt, & tot dominorũ, quot vitiorũ. Nam (vt quidam ait) Intus & in ægro Iecore naſcuntur domini.

*Ioſeph etſi venũdatus, tamen liber.*

¶Ioſeph ſanctus, etſi in ſeruum venũdatus ſeruitutis conditione premeretur, nulla tamen arte compelli potuit, vt vitiorum ſeruus efficeretur. Porrò libertatem ſuã in malitiæ velamen conuertunt, qui quò minus humani famulatus iugo cohibentur, eò grauius mancipantur dominio peccatorum, in eam vſque cęcitatem dilapſi, vt libertatem aſſerant impunè vitiis omnibus ſubiacere, quum per hoc viliſsima omnium ſeruitute infra humanæ cõditionis dignitatem detrudãtur, qui ſi interim liberos ſe exiſtiment, ſeipſos irriſerint, & mentitur iniquitas ſibi. Freneticis ſimiles ſunt, quibus vincula ſalutẽ, perniciem libertas affert. Vos (inquit Apoſtolus) in libertatem vocati eſtis, tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis.

*Vincula quibuſdã afferre ſalutem.* *Gala. 5.*

¶Hoc attendant qui ſe his temporibus à ſuorum pręlatorum poteſtate, vel etiã à cõmuni lege populi Chriſtiani

procura

procurant eſſe exemptos, temperantię ſalutaris vinculis, ſeu præceptis adſtringi renuantes, videant num libertatem hanc malitiæ ſuæ velamen ſibi procurarint. Videant quid intenderint huiuſmodi libertatem & exemptiones pecunia ſibi redimentes. Profectò ſimiles ſunt his qui lethaliter vulnerati, & alligati ſalubriter à medico prudẽte remedii ſalutaris impatiẽtes ligaturam diſſoluunt, & abiiciunt procul à ſe, & vulnera ſua quæ iam ad ſanitatẽ virtute medicaminis ſpectare cœperãt, denuò faciũt recrudeſcere, denuò cruentare: audiant Prophetam dicentem: Quid clamas ſuper cõtritione tua? peſsima plaga tua, inſanabilis fractura tua. Non eſt remedium tibi, quia videlicet iuſtitiæ preceptis non vis ſubiici, nõ vis diſciplinæ legibus coërceri. Libertatem aſſeris, ſed in malitiæ velamẽ huiuſcemodi tuam cõuertis libertatem, nec vis obaudire dicenti: Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem honorẽ: cui timorem, timorem: cui ſimile eſt quod ſequitur:

*Qualem libertatẽ ſibi pecunia redimunt.*

*Simile*

*Iere. 30.*

*Rom. 13.*

*Omnes honorate, fraternitatem diligite.*

¶ Prius docuit quomodo fideles in conuerſatione habere ſe debent erga maiores. Hic oſtendit quomodo ſe habere debent generaliter erga omnes, d. Omnes honorate vt, ſcilicet id quod Dei eſt, in hominibus honoremus, videlicet Dei imaginem, quod verò noſtrum eſt in hominibus, id eſt, naturæ, conſortium diligamus. Vnde quum dixiſſet, omnes honorate, illico ſubnectit, fraternitatem diligite, quaſi dicat: Carnem tuam in fratre ne deſpexeris. Honoranda eſt etiam in quouis homine creatoris imago, ſiue in homine indiſciplinato ſit illa, ſiue in homine virtuoſo. Non enim fas eſt imaginem incarnati Dei (nuda quippe diuinitas imagine non exprimitur) temerare, ſiue de argento ſit illa, ſiue de ligno, ſiue de lapide, ſiue ficta, ſiue picta, quia imago Chriſti eſt, imò & ſi non niſi in pariete carbone deſcripta ſit, non tamen fas eſt illam exhonorare. Quum igitur in quouis homine, vt dictum eſt imago dei ſit, quãtũuis etiã ſit vitiis maculata, aut fuſcata prauitate, quia tamen imago dei eſt, honore ſuo fraudari non debet. Quis enim nefariũ eſſe nõ cẽſeat vel mortalis cuiuſpiam præpotentis hominis aut regis imaginem contemptibiliter

*Eſa. 58.*

*Imaginẽ dei in quouis homine venerare.*

templiciter violare? quātò magis nefarium,imò impiu
*Eſa.33.* eſt, viuam dei imaginem in proximo afficere contume
*Rom.14.* aut quomodolibet exhonorare? Væ qui ſpernis, inqu
propheta,nónne & ipſe ſperneris? Hinc etiam Apoſt. T
quis es, inquit, qui iudicas alienum ſeruum?ſuo dom
ſtat,an cadit? Stabit autem. Potens eſt enim deus ſtatu
*Phil.2.* illum, te forſan,qui hūc ſuperbè cōtempſeris,in pecca
*Qua ratione non extollamur.* derelicto. Quin potius (vt alio loco dicit) in humilit
ſuperiores inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſing
conſyderantes, ſed ea quæ aliorum, vt illorum compa
tione qui vos longo interuallo antecedunt, vobiſipſis
leſcatis,illos vobis præferentes. Nec tamen hoc ita de
mus exiſtimare, vt nos illud exiſtimare fingam⁹,ſed v
veritate exiſtimemus poſſe bonū aliquod occultū eſſe
alio,quo nobis ille ſit præferēdus,etiam ſi bonum noſt
quo præſtantiores illo fortaſſe videmur,non ſit occult

¶Omnes itaque honorate. Tum propter creationis ima
ginem, vt dictum eſt,tum propter charitatis ſuadelam be
*Cur proximos honoremus.* nignam quæ,ſemper mauult de aliis quæ bona, quàm
quæ ſiniſtra ſunt opinari. Nec expectandum putes done
primus ille te honorauerit, vt nō niſi tunc illis reddas ho
noris viciſsitudinem,ſed honore inuicem præuenite. Ve
rùm quia nō modò honorem proximo debemus propt
id quod in ipſo dei eſt (vt ſuperius eſt dictum) ſed etia
dilectionem, propter id quod in illo noſtrum eſt, ideo
huius debiti nos commonefacit, quum dicit: Fraternita
tem diligite,quaſi dicat,Non ſolùm vobis ęquales dilige
re debetis vt fratres, ſed etiā vos qui maiores eſtis illi
quib⁹ vos pręlatos videtis,fratres vobis eſſe memineri
& eūdem vos omnes in cœlis habere patrē,qui ſine per
narum acceptione iudicat Et quia proximi diligendi ſu
prudēter & diſcretè,in bono videlicet,nō in malo, ſubdi

*Deum timete, regem honorificate.*

¶Deum timete. Hoc dicit,ne putarent ſe, eò quòd liber
eſſent,ab omni timore fore ſolutos,quòd libertas contra-
ria videatur eſſe timori. Ideoq́ue deum timete,inquit,&
non niſi ſecundum deum proximum diligite. Sic enim di
ligere debemus homines, vt odiamus eorum vitia & err
res. Proinde nec tantùm deo ſubiectos debere vos eſſe p

tetis,ſed & regem honorificate,quod ſuum eſt illi reddẽdo. Poteſtas enim quá in te habet,à deo eſt,& ideo honorem illi debitum impende.

Circa ſecundum principale dicit:

*Serui,ſubditi eſtote in omni timore domini.*

¶Superius B. Petr⁹ docuit liberos. Hic docet ſeruos,d. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,quaſi dicat: Nõ modò regib⁹ parẽdum eſt, aut principibus magnis,ſed etiam dominis priuatis & immediatis quiſquis parere ſtudeat,id ſanè intendens , vt benignè & voluntariè ſuis dominis ſubiiciantur, etiam ſi mali ſint,in omni timore ,inquit, ita vt nec deum nec illos offendatis. Nã & dei & etiam horum iram vereri vos conuenit. Sequitur: *Docet ſeruos.*

*Non tantùm bonis & modeſtis,ſed etiam diſcolis.*

¶Bonis, inquit,& modeſtis, id eſt, fide & moribus inſtructis & moderatè imperantibus,ſed etiam indiſciplinatis, agreſtibus & indoctis. Vel, ſicut quidam legunt, difficilioribus, quales illi ſunt quibus vix vllum obſequium ad gratiam exhiberi poteſt. Holoferni cruento non diſsimiles,cuius ferocitas nec honore,nec obſequiis potuit mitigari. Cõtra tales dominos Apoſt. Epheſiis ſcribẽs: Vos domini,inquit,eadem facite illis(id eſt,ſeruis quę vobis à ſuperiori fieri vultis) remittentes minas,ſcientes quia illorum & veſter dominus eſt in cœlis,& perſonarum acceptio non eſt apud deum. Sequitur: *Iudith. 5.* *Ephe. 6.*

*Hæc eſt enim gratia.*

¶Id eſt,Hæc faciendo, & coram deo & hominibus gratiam inuenietis. Hinc enim per Sapientem dicitur: Ne lædas ſeruum in veritate operantem , neque mercenarium dãtem animam ſuã. Seruus ſenſatus,ſit tibi dilectus quaſi anima tua . Non fraudes illum libertate , neque inopem derelinquas illũ. Et rurſus alio loco per eundem dicitur: Si eſt tibi ſeru⁹ fidelis,ſit tibi quaſi anima tua,quaſi fratrẽ tu ſic eũ tracta. Ecce quãtã gratiã ſapientis iudicio meretur ſeruus in omni timore ſubditus domino. Et quod his præſtatnam ſi ſpõtaneus & volẽs, nõ autẽ coactus & inuitus ſeruit verè liber eſt,& his qui vulgò liberi vocãtur præferendus,ſicut per Salomonem dicitur: Seruus ſapiẽs dominabitur filiis ſtultis , & inter fratres hæreditatem diuidet. *Eccle. 7.* *Eccle. 33.* *Prou. 17.*

DOMINI-

# DOMINICA QVARTA post paſcha.

*Iacobi.1.* C*Hariſsimi, omne datum optimum, & omne donum perfe-*
*ctum de ſurſum eſt.*
¶In hac lectione B. Iacobus excitat nos: Primò a[d]
donorum dei conſyderationem. Secundò, oſtendit ſpiri[tua-]
lem quādam noſtri regenerationem. Tertiò, tradit rege[ne-]
ratis vtilem inſtructionem. Primū facit à principio lectio-
nis. Secundum, ibi: Voluntariè enim genuit nos. Tertiu[m]
ibi: Scitis fratres mei.

¶Circa primum dicit: Omne datum optimum, & omne
donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre lu[mi-]
num. Vbi tria nobis inſinuat, quorum primum eſt dono-
rum dei notanda diſtinctio. Secundum eſt, ſummi pa[tris]
magnifica denominatio. Tertium eſt, diuinæ immutabili-
tatis aſſertio.

¶Primum inſinuat, quum dicit: Omne datum optim[um]
& omne donum perfectum deſurſum eſt, vt oſtenda[t à]
Deo eſſe quicquid boni aut habemus aut agimus. Qu[id]
habes, inquit Paulus, quod non accepiſti? Sed collat[a in]
*1.Cor.4.* nos diuinę largitatis dona inter ſe diſparia ſunt, prout [hę]
*Dona dei* voces optimum & perfectum, ſignificare noſcuntur. Si [e-]
*vt diſtin-* nim inter dei dona eſt reperire donum optimum, con[ſe-]
*guntur.* quēs eſt & aliquod dei donum eſſe & appellari boni, a-
liud melius, poſtremò id quod illorum collatione ſit op[ti-]
mum. Similiter ſi donum aliquod eſt à deo in nos q[uod]
perfectum eſt, ſupereſt vtique, vt ſit aliquod ipſius don[um]
*Datū dei* perfecti illius comparatione imperfectum, quum hęc [duo]
*bonum.* perfectum & imperfectum, correlatiuè ſe habeant, & r[e-]
latiua ſint ſimul natura. Quicquid igitur largitus eſt ho[mi-]
ni deus, quod extra ipſum hominem in huius mundi c[re-]
aturis eſt, ſiue ſit illud è cœlo ſurſum, quale eſt benef[ici-]
um lucis, à ſole, à luna, à ſtellis: item ros aut pluuia & h[u-]
iuſmodi, ſiue ſit à terra, vel à mari deorſum, ſiue ab [ani-]
mantibus terræ, ſiue à volucribus, ſiue à terræ frugibus, [ſi-]
ue ab arborum fructibus, ſiue ab humanæ ſolatio ſocie[ta-]
tis, ſiue ab angelorum ſanctorum præſidio, ſiue à ſuffrag[iis]
ſanctoru[m]

ſanctorum, quicquid inquam horum aut huiuſcemodi eſt datum dei bonum eſt.

¶Illud verò bonum quod ipſi homini indidit deus, vel vt vulgò dicimus, quod habet homo a natura datum, ſiue donum illi⁹ (de quo iam dictum eſt) collatione meli⁹ eſt. Præferendus enim eſt homo omnibus ſuis quæ ſibi extrinſeca ſunt, ſine quibus hunc mundum per natiuitatem ingreſſus eſt, quibus etiam nudatus per mortem ex hac vita egreditur. Huiuſcemodi verò donorum potiſsima ſunt, intellectus, conſilium, ratio, libera volũtas, memoria tenax, viuacitas ſenſuum, integritas membrorum. Huiuſcemodi proinde dei dona ſunt, virtutes & ſcientiæ, quibus homo interius perficitur, cuiuſmodi ſunt, lumen fidei, ſolatium ſpei, theſaurus charitatis, prudentia, fortitudo, temperantia & iuſtitia. Artes etiam & ſcientiæ. Hæc enim non extra, ſed intra hominem ſunt, omnibus exterioribus bonis quæ auferri poſſunt inuito anteponenda. *Datũ melius.*

¶Super hęc aliud eſt in nos donum quod omniũ optimũ iure cenſetur, id videlicet de quo per Eſaiam dicitur: *Donum dei optimum.*

¶Paruulus natus eſt nobis, & filius dat⁹ eſt nobis, de quo dono ipſemet Samaritanæ loquẽs ait: Mulier, ſi ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Et vnde rurſum ait: Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Ipſe enim eſt illa copioſa redemptio apud deum, de qua per prophetam dicitur: Redẽptionem miſit dominus populo ſuo. *Eſai. 9. Ioan. 4. Ioan. 3. Pſal.*

¶Proinde donum optimum etiam ſpiritus ſanctus eſt, ſpiritus inquam filii dei, quem ille miſit in corda noſtra clamantem: Abba, pater. Spiritus vtique ſanctificationis, ſpiritus adoptionis, ſpiritus veritatis, ſpiritus vitæ, denique ſpiritus conſolationis & luminis, ſpiritus qui teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii dei, qui & ipſe cum patre & filio idem eſt deus, quem pater effudit in nos abundè, per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Ipſe igitur nobis & datum optimum & donum perfectum eſt, perfectum reddens ſe habentem. Ipſe enim cætera omnia Dei dona facit nobis prodeſſe, docens nos illis rectè *Spiritus ſanctus donum optimum eſt. Gal. 4. Roma. ad Titũ. 3*

vti

vti,ne hæc in vacuum accepiſſe reperiamur.

*Donū imperfectū.* ¶Porrò donum impefectum omne illud dici poteſt, ſiue corporale bonum ſit,ſiue ſpirituale, quod tametſi habe homo,tamen adhuc miſer eſt,parturit & ingemiſcit vſque adhuc, nēpe adhuc periculis expoſit⁹, peccatis obnoxi debitor mortis,exul à patria, hoſpes & peregrin⁹ in ter aliena. *Donūperfectum.* Bonum verò quod huius comparatione, imò abſo lutè perfectum eſt,æternæ atque immortalis vitæ bea do eſt, de quo bono per prophetā dicitur: *Pſal.* Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Idem* Et iterū: Vnam petii à domino, hanc requiram. Bonum hoc fons viuus eſt,ad quem mēs om humana ſuſpirat,quemadmodum deſyderat ceruus ad fon tes aquarum. Eſt autem hoc bonum,hæc cunctis deſydera ta beatitudo(prout Boëtius diffinit)ſtatus omnium bono rum aggregatione perfectus,cui nihil boni deeſſe poſſit, quo quis adepto, nihil eſt quod vltra deſyderare que Nō enim illic quicquam in rugam redit. Et id quidem e omnium ſumma bonorum, cunctáque intra ſe(non acci dentaliter,aut quaſi extrinſecus accepta,ſed ſubſtantiali ter)continens bona,cui ſi quid abforet boni,ſummum bo num eſſe non poſſet,quoniam relinqueretur extrinſecus quod poſſet optari.

*Boetius. Beatitudo diffinitur.*

¶Ad quod bonū mortales vniuerſos idem inuitat,dicens:

Huc omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis,
Terrenas habitans libido mentes.
Hic erit vobis requies laborum,
Hic portus placida manans quiete,
Hoc patens vnum miſeris azylum.

*Summum bonum quærere monemur*

*Boetius.* ¶Sanè ad hoc bonum etſi cunctorum mortalium feſtinat intentio,vt dictum eſt,ab eo tamen multiplex error abdu cit. Eſt enim(prout idem Boëtius ait) mentibus homin veri boni naturaliter inſerta cupiditas,ſed ad falſa deuius error abducit. *Errare in veſtigiis dei.* Errant enim in veſtigiis dei, & diligunt ve tus eius magis quàm ipſum,putantes (ſpe vana deluſi) o mne bonum in creatura mundi huius ſe reperturos. Hinc enim inardeſcit in eis concupiſcentia carnis,& cupidit oculorum,qui nec viſis,nec acquiſitis ſatiantur. Sed ſed cuntur in his miſeri mortales, errant in inuio & perea

quærer

quærentes beatitudinem & bonum perfectum, vbi perfectum eſt nihil. Vbi ſapiens nil aliud ſe reperiſſe teſtatur, quàm vanitatem & afflictionem ſpiritus. Vnde exclamãs idem Boetius, ait: *Eccle. 1.*

*Boetius.*

*Errantiũ cæca peruerſitas.*

Eheu quæ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia?
Non aurum in viridi quæritis arbore,
Nec vitæ gemmas carpitis,
Non alitis laqueos montibus abditis
Vt piſce ditetis dapes:
Nec vobis capreas ſi libeat ſequi,
Tyrrena captatis vada.
Ipſos quinetiam fluctibus abditos
Norunt receſſus æquoris.
Quæ gemmis niueis vnda feracior,
Vel quæ rubentis purpuræ,
Necnon quæ tenero piſce vel aſperis
Præſtant AEchynnis littora?
Sed quonam lateat quod cupiunt bonum,
Neſcire cæci ſuſtinent:
Et quod ſtelliferum tranſabiit polum,
Tellure demerſi petunt?
Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer,
Opes, honores ambiant?
Et quum falſa graui mole pararint,
Tum vera cognoſcunt bona.

¶Secundum quod in hac lectionis parte prima notatur, quod eſt patris ſummi veneranda denominatio, conſequenter inſinuat dicens:

*Deſcendens à patre luminum.*

¶Digna profectò patris ſummi denominatio hęc eſt, qua pater luminũ appellatur. Quæ ſunt enĩ hæc lumina, quorũ ipſe pater eſt, niſi angeli lucis & pacis, & ſancti ſui, ſiue qui in cœlis, ſiue q adhuc verſantur in terris? Ab ipſo, inquit Apoſtolus, omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Quòd autẽ angeli ſancti nõ incongruè lumina dicãtur per hoc probatur, quod de illorum à reprobis ſpiritibus diſcretione ſcriptum eſt: Vidit deus lucẽ quòd eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris. Porrò homines ſanctos

*Luminũ quorum deꝰ pater dicitur.*

*Epheſ. 5.*

*Gene. 1.*

*Ephe. 3.*

ctos lucis vocabulo cenſeri, Paulus indicat dicẽs: Fuiſti
*Epheſ. 5.* aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lu-
cis ambulate. Quibus etiam à domino dicitur: Luceat lux
*Mat. 5.* veſtra coram hominibus. Et quibus rurſum Apoſt. in me-
*Phil. 3.* dio, inquit, nationis prauæ & peruerſæ luceetis ſicut lumi-
naria in mundo verbum vitæ continentes. Hęc lumina po-
tenter expugnant poteſtatem tenebrarum, ſicut ſcriptum
*Iud. 5.* eſt: Stellæ manentes in curſu & ordine ſuo, pugnauerunt
cõtra Siſaram, id eſt, diabolum principẽ tenebrarum, in-
terpretatur enim Siſara excludens gaudentem. Eò autem
pater luminum deus dicitur, vt per lucis proprietates ſu-
erga nos bonitatis effectus oſtendatur.

*Diuina bonitas per lucis proprieta tes.* ¶Lucis enim eſt, dirigere, demonſtrare, reddere ſecurum
& lętificare. Quoniam autem & Chriſtus ipſe qui à patre
luminũ proceſsit, & venit in mundum, lux eſt mundi, hos
vtiq; lucis effectus & ipſe ſpiritualiter in nobis operatur.
Vnde & de ſe loquens dicit: Ego ſum via, veritas, & vita.
*Ioan. 10* Sum via, inquit, ad ciuitatẽ æterni & cœleſtis habitatio-
vos dirigens, & cuſtodiens à deuiis, & reuocãs iam erran-
tes. Sum veritas, demonſtrans & conuincens vanitatem,
cautos vos ab ipſius laqueis reddens. Denique vita ſum,
inquit, lætificans & faciens ſecuros.

¶Porro tenebrarum, diuerſi prorſus effectus eſſe noſcun-
tur. Sunt enim cauſa erroris, deceptionis, mœſtitiæ & ter-
roris, ſiue per tenebras ipſa opera tenebrarũ peccata, ſiue
ſpiritus malignos, ſiue prauos quoſque, vel impios homi-
nes acceperis, manifeſtum eſt cõſyderanti, quia faciunt
à via iuſtitię declinare, circunueniunt incautos, atque de-
cipiunt, denique tandem ad luctum & anguſtias, & mor-
tem deducunt æternam.

¶Tertium, quod eſt diuinæ ſtabilitatis aſſertio, notatur,
quum poſt prædicta ſubiungitur:

*Apud quẽ non eſt trãſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio.*

*Num. 23* ¶In deo quippe mutabilitas nulla cadit, neq; lumen eius
*Roma. 11.* ad morem luminis iſtorum dierum aliqua viciſsitudine
*Voluntas diuina quare im- mutabilis* vmbra intercidit. Nõ enim eſt deus quaſi homo vt mute-
tur, imò vt Apoſt. ait: ſine pœnitẽtia ſunt dona dei & vo-
catio, cuius ratio eſt diuinę volũtatis ſumma ſimplicitas,
beneuolẽtia ſumma, & ſumma bonitas, ſumma iquí, q

melio

melior quàm eſt, prorſus eſſe non poteſt. Rurſus eiuſdem diuinæ immutabilitatis ratio eſt, ſua pręſens ſemper æternitas, inſtantanea perfectáque omnium tam præteritorũ quàm futurorũ & pręſentium agnitio. Quæ duo quoniam nobis deſunt, frequẽter mutamus conſilia, vt id quod dudum probãtes elegimus, iam reprobemus, & econtrario, quod nuper diſplicebat, cõſilio mutato nũc placeat. Hinc etiam fauor in inuidiã, & in odium amicitia cõmutatur, & nõnunquã quæ nuper in proximum beneficia collocauimus, eidẽ poſtmodũ ea exprobramus. Cauſa enim inſperata ſuperueniens, facit vt mutemus cõſilia. Deo autẽ nihil non prouiſum poteſt ſuperuenire, vt dictum eſt. *Voluntas noſtra quare mutabilis.*

¶Et licet interdũ cauſa improuiſa nõ intercederet, quia tamẽ humana volũtas in ſemetipſa mutabilis & multiuola eſt, cito mutatur. Nam & velle ipſum, & nolle etiã reſpectu vnius & eiuſdem rei, & eodem modo ſe habentis, vicíſsitudinẽ habent in nobis, non autẽ in deo, quia apud ipſum nõ eſt trãſmutatio, nec vicíſsitudinis obumbratio, ſed æterna & imperturbabilis in ſumma illa tranquillitate ſerenitas, quã nulla perturbationum vicíſsitudo obnubilat. Serenitatem verò vel lumen humanæ pacis in hac vita aſsiduè mœrorum & curarum nubes, & perturbationum tempeſtates adeò trãſmutãt obumbrántque, vt hæc noſtræ pacis ſerenitas & tempeſtas aduerſitatũ ad morẽ æſtus pelagi, vicíſsitudinem inter ſe gerere videantur.

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.*

¶Hic ponit B. Iacobus noſtri quandã ſpiritualẽ regenerationẽ. Quia enim ſuperius dixerat, omne datum optimũ & omne donum perfectũ deſurſum eſſe à patre luminũ, ideo cõſequenter proſequitur in ſpeciali de dato optimo, verbo videlicet incarnato, per quod nos regenerauit, & ĩ adoptionẽ filiorũ adſciuit, quod ne putemus meritis noſtris redditum, dicit: Voluntariè genuit nos, id eſt gratuitò, & non noſtris meritis, ſed beneficio ſuæ bonæ voluntatis filios tenebrarũ in filios lucis mutauit. Et vt Apoſt. ait: Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ. Vnde & ipſe dominus ait: Non *Gratuitò nos deum in filios adoptaſſe* *Coloſſ. 1.*

vos

vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Et in Oſee promiſit,
*Ioan. 15.* dicens: Diligã eos ſpontaneè. Hinc iterum B.Ioannes ait:
*Oſee.14.* In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus deum, ſed
*1.Ioã. 14* quoniam ipſe prior dilexit nos.

¶Poteſt & per verbum veritatis quo nos voluntariè ge-
*Verbo veritatis fideles deo gigni.* nuit deus, verbum Euãgelicę prędicationis intelligi. Hoc
enim verbo veritatis nobis prędicato, & intra nos per fi-
dem ſuſcepto, in dei filios regeneramur. Vnde per Apoſto-
lum dicitur: In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos ge-
*1 Cor.4.* nui. Et iterum alio loco dicit: Filij dei eſtis per fidẽ. Si per
*Gala.3.* fidẽ filij ſumus, ergo per dei verbum. Nam fides ex audi-
*Rom. 10.* tu, auditus autem per verbum Chriſti. Non enim ad hanc
regenerationẽ ſufficeret ſine dei verbo elementũ aquę.
*Auguſt.* Nam (vt B.Auguſtinus ait:) Detrahe verbum, quid eſt a-
qua, niſi aqua? Accedit autẽ verbum ad elementum, & fit
ſacramentum, non quia dicitur, ſed quia creditur.

¶Quid autem hãc ſpiritualem regenerationẽ ſequatur
aduerte: Vt ſimus, inquit, initium aliquod creaturæ eius.
Ne in eo quod ait genuit, id fieri nos putes quod ipſe ed
ſed dignitatum & principatum quendam in creaturis no-
bis hac adoptione cõceſſum oſtendit. Ac ſi dicat: Volun-
tariè genuit nos in verbo veritatis ſuæ, vt ſimus primi-
creaturarũ eius, id eſt, vt cæteris quas cernimus creaturis
*Exod.23.* tanto ipſius dono ſimus præſtãtiores & meliores. Primi-
*& .24.* tias nanq; frugum, vel animãtium cõſecrare domino lex
*Iere.2.* præcepit. Et de illo antiquo dei populo Ieremias dicit: San-
ctus Iſrael domino primitiæ frugum eius.

¶Circa tertium principale dicit:

*Scitis fratres mei dilectiſsimi Sit autẽ omnis homo velox ad au-
diendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.*

¶Circa ſpiritualem regenerationem prædictã, tradit hu-
peratilem informationem, dicẽs: Scitis fratres, & cætera
quæ ſequuntur. Vbi docet tria, videlicet: Primò, regenera-
dorum neceſſariã diſpoſitionem. Secundò, huius diſpoſi-
tionis cauſam & rationem. Tertiò, horum omnium fina-
lem intentionem. Secundum, ibi: Ira enim viri. Tertium,
ibi: Propter quod abiicientes.

¶Circa primũ dicit: Scitis fratres mei dilectiſsimi. Q
Notiſsimũ vobis eſt, ꝙ à vobiſipſis habuiſtis ad ima

Spi

Spiritualiter autē illuminari, non veſtra promiſsione vel induſtria, ſed ſuperna gratia vos prçueniēte cōtigit. Vnde & per Oſee domin⁹ dicit: Perditio tua ex te Iſrael, ex me tantū auxilium tuum. Hinc iterū Paulus: In nobiſipſis, inquit, reſpōſum mortis habuimus, vt nō ſimus fidentes in nobis, ſed in deo qui ſuſcitat mortuos. Ergo diuinę gratię nō humanæ eſt iuſtitiæ quòd nos deus filiorū adoptione dignatur. Quoniā verò præmiſerat nos per verbū in dei filios gigni, ideo remouet in conſequentibus tria impedimenta auditus verbi, & per cōſequens tot impedimenta regenerationis & adoptionis filiorū dei, quæ ſunt: loquacitas, iracundia, & quæuis peccati immunditia. *Oſee.13.* *2. Cor.1.*

¶Primum igitur eſt, loquacitas, quæ impedit exteriorem auditū. Sunt enim plerique tardi ad audiendū, veloces autem ad loquendū, quibus id ingenij eſt, vt neminē velint audire, ſed aliis ſua ingerere. Quorū perſonā arrogās ille bene expreſsit, qui ait: Plenus ſum ſermonib⁹, & coartat me ſpiritus vteri mei. En venter meus ſicut muſtū abſque ſpiraculo, quod lagūculas nouas diſrumpit. Oſtendā vobis, inquit, & ego ſapientiā meam plurimā. Rapiunt ſibi magiſteriū dicaces quidā & tumidi, qui diſcipuli eſſe non ſuſtinuerunt. Hi quicquid vano corde conceperint, mox ore effutiunt, de quibus per Sapientē dicitur: Cor ſtultorum in ore ipſorum. Nec mirum. Nam vt per eundem dicitur: Sicut ſagitta infixa fœmori canis, ſic verbum in ore fatui. Nō enim quieſcere poteſt, donec eiecerit illud. Sed nunquid vir verboſus iuſtificabitur? Hoc impedimentum beatus Iacobus remouet, quum dicit: Sit autē omnis homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquēdū. Tempus enim eſt tacendi, & tempus loquendi. Pythagorici naturalis ſciētiæ magiſterio præditi, ſuos quinquennio ſilere iubent diſcipulos, & ſic demum eis permittitur docendi munus. Et quidē tutius auditur quàm prædicatur. Quum enim veritas auditur, cuſtoditur humilitas, & docilis auditoris mens impletur. Quum autē ipſa prædicatur, non modò exinanitur is qui effundit & erogat, ſed & plerunq; illi vanitas inſidiatur. Proinde adoleſcētis bene iuſtituti vitam deſcribens Ieremias propheta, modeſtiā taciturnitatis inter prima virtutum ſtudia cōputat, dicens: Bonum

*Spiritualis regenerationis impedimenta tria.* *Iob.32.* *Heliu verboſus.* *Loquacitas quorundā taxatur.* *Eccle.21.* *Eiuſdē.19* *Iob.11.* *Eccle.3.* *Pythagoricorū ſilentium.* *Docilis taciturnitas cōmēdatur.*

*Thren. 3* erit viro quum portauerit iugum domini ab adoleſcen
*Loquutu* ſua. Sedebit, inquit, ſolitari⁹, & tacebit, quia leuabit ſe ſ
*rus hæc* per ſe. Obſeruare autem debet loquuturus, num id q
*tria obſer* dicturus eſt, liceat, num deceat, num expediat. quod ſi n
*uet.* liceat, vel tametſi non ſit illicitũ, non tamen decet: ve
*Pſal.* licet, ſimul & decet, non tamen expedit, ponat ori ſuo cu
ſtodiam, vt non delinquat in lingua ſua. Porrò loqui n
expedit, niſi ſermo proximum vel inſtruat, vel mone
vel conſoletur, vel certè corripiat.

*Quorun-* ¶Sed aduertendum eſt nonnullos ad loquẽdum qui
*dam taci-* tardos eſſe, ſed malè, qui ſcilicet aut malitia, aut d
*turnitas* aut hypocriſi, aut alia quauis mala mente, rabioſa ſilen
*deteſtãda.* rodunt, aut qui culpabiliter ea tacent, quę tacẽda nõ er
*Perſius.* ex quorum perſona per Prophetam dicitur: Væ mihi, q
*Eſa. 6.* tacui. Abſalon parricidium in fratrẽ meditãs, non lo
*2. Reg. 13* batur ei, neque malũ neque bonum. Denique malè ta
*1. Reg. 4.* Heli ſacerdos & iudex populi, nõ corripiens filios ſu
cerdotes, quos ſciebat impiè agere, quãobrẽ & illi, & ip
ſe cum grãdi Reipublicæ iactura malè perierunt. Ex q
bus patet, non omnem eſſe laudabilem taciturnitatem.

*Eccle. 28.* ¶Sit, inquit, omnis homo velox ad audiẽdum, ea ſcilicet
vnde ipſe proficiat & ædificetur. Alioqui ſepi aures t
ſpinis, ne audiant linguam nequam. Quum autem dic
omnis homo, inſinuat neminem eſſe quantumuis etiã ſ
pientem, qui non doctrina indigeat. Si dilexeris aud
*Prou. 1.* inquit, ſapiens eris. Quòd ſi te iam euaſiſſe ſapientem
tas, nihilominus tamen audi. Nam audiens ſapiẽs ſap
*Eccle. 20* tior erit. De tardiloquio verò ſcriptum eſt: Homo ſapi
tacebit vſque ad tempus. Et iterum: Ori tuo facito o
quę ſunt duo, ſcilicet Vtilitas, & diſcretio: quæ tametſi
ceant vniuerſos, maximè tamen pręlatũ, ſicut beatus H
*Hierony.* ronymus ait: Sit rector diſcretus in ſilẽtio, vtilis in ver
vt dicenda non taceat, & tacenda non dicat.

*Secũdum impedimẽtum ſpiritualis regenerationis.* ¶Secũdum quod impedit ſpiritualẽ ex dei verbo rege
rationem eſt ira, quæ impedit interiorẽ auditum, ſicut l
quacitas exteriorem. Hãc remouet quum dicit: Et tar
ad iram. Ira nãque (vt per Salomonẽ dicitur) in ſinu ſt
requieſcit. Et nihil omnino commune ſapiẽtiæ verbo c
*Ecclẽs. 7.* cum ira. An ne ſtultum meritò exiſtimare poſſit, qui
igno

ignem in ſinu ſuo abſcōdit, vel gremio ſerpentem fouet? Nā virum ſtultum interficit iracundia, vera autē ſapiētia quę ex dei verbo habetur, nō niſi mēte trāquilla percipi poteſt. Quiſquis ergo cōcupiſcit ſapientiā, ſit ille tardus ad iram. Nam ſicut aqua cōmoto funditus cœno perſpicua eſſe nō poteſt, vnde nec ſerpētes in ea, nec abominabilia quæq; videri poſſūt: ita & mens humana per irā turbata, vt inter æquum & iniquum rectè diſcernat, rationis lumine nō aſſurgit. Proinde & illud attendendū eſt, quòd beatus Iacobus nō ita velocitatem iræ vetat, vt huius approbet tarditatē. ſed hoc potius admonet, vt hora perturbationis & litiū, ne ira nobis ſubrepat caueamus. Aut ſi fortè ſubrepſerit, intra oris noſtri clauſtra ipſius impetū cohibeamus, & exacta hora diſcriminis liberius eam ad integrum à noſtro corde per tempus expurgemus. *Simili a. Iob. 5.*

¶Vel certè tardos ad iram hac ratione nos eſſe præcepit, vt nō quaſlibet ob cauſas ſerenitatē noſtri vultus in auſteritatē vertamus, ſed certa duntaxat exiſtēte ratione. Verbigratia: Si aliter corrigi proximos, qui nobis commiſsi ſunt non poſſe cernamus, ſeueritatem erga eos verbi vel etiā iudicij diſtrictioris exhibeamus, manēte tamen quātum humana natura patitur, ſtatu mentis noſtræ ſereno. *Quorundā ira cōmēdatur. Num. 25*

¶Nam (vt credo) Phinees, Samuel, Helias, & Petrus, tardi fuerunt ad iram, & tamen peccātes, vel gladio, vel verbo peremerūt. Sed & Moſes quum eſſet vir mitiſsim⁹ ſuper omnes qui morabātur in terra, exiuit à Pharaone (quem incorrigibilē vidit) iratus nimis, & cōminatus eſt ei pœnam, quā & opere patrauit. Circa ſecundum, ſcilicet huius dictæ diſpoſitionis rationem, conſequenter dicit: *1. Reg. 3. 3. Reg. 18 Actu. 5. Num. 12. Exod. 11.*

*Ira enim viri iuſtitiam dei non operatur.*

¶Quum enim dominus cum tranquillitate iudicet, hinc eſt ꝙ qualiſcunque iudex homo, amiſſa mentis trāquillitate delinquentē iudicat, etiam ſi iudicat iuſtè: iuſtitiā tamen diuini examinis (quum in deū perturbatio nulla cadit) imitari nō poteſt. Nec poteſt mētis oculus aterrimo furoris aut iracundię fumo exacerbatus æquitatis lumen intueri. Quomodo enim homo ille iuſtitiam operabitur, qui iracundia præcipitatus & excæcatus iuſtitiam ipſam, id eſt, quid iuſtum ſit & quid iniuſtum, nec intueri quidē

*Iuſtitiam dei ira quare nõ operatur.*

poteſt? Proinde iuſtitiã dei operari, eſt mandata eius ſeruare, quæ nõ niſi in proximi dilectione adimplentur. Te[...] huic dilectioni quid magis quàm ira repugnat? Sane ira viri, hoc eſt, ira in quã mens rationalis cõſentit, in qua & perſeuerat, hanc minimè iuſtitiã operatur, quum (ſicut dictum eſt) ſit manifeſtum vix quicquã aliud eſſe quod magis repugnet charitati. Et quia nonnunquam fraternæ dilectionis propoſitum ſuperueniens ira mortificat, idcirco vento vrenti ira comparatur, qui floribus ſuperueniẽs fecunditatem exurit, & ſpem fructus tollit.

¶ Circa tertium huius partis articulum, ſcilicet horum omnium finalem intentionem, conſequenter dicit:

*Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ.*

*Tertiũ impedimẽtũ ſpiritualis regenerationis.*

¶ Simul etiam hoc loco notatur tertium impedimentum ſpiritualis regenerationis per verbũ dei, quod eſt peccati immunditia. Iubet enim corpus & mentem primùm vitiis expurgari, vt ſint nõ indigni qui verbum ſalutis percipiãt. Nemo quippe poteſt ritè quod bonum eſt facere, niſi à malo prius ipſe declinet. Quòd autem iubet omnẽ immunditiã abiicere, tam carnis quàm ſpiritus vitia innuat abdicanda. Malitia verò, propriè interioris hominis reſpicit prauitatẽ.

*Abundantia malitiæ quid.*

Dicitur autem abundãtia malitiæ, quando ea quæ prius in mẽte latebat, iam foras ad alios in verbo aut in opere prauitas erumpit. Nam ex abundãtia cordis, & os loquitur, & manus operatur. Et quidem huiuſmodi malitiæ abundantia omnino abiicienda eſt, quoniã in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

*Gene. 8.*

Nõ enim requieſcit columba ſuper cadauere. Quid enim aliud in cauſa eſt, quòd plerique dei verbum, per quod regenerari poſſent in dei filios, nõ admittunt, niſi quia in illis non habet locum, nec inuenit mãſionem? Totos enim immunditia & abundãtia malitię, quaſi diluuium quoddã occupauit, extinguẽs in illis quicquid erat ſpiritus vitæ.

*2. cor. 7.*

Itaque mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Chriſti, vt non ſit in nobis quod dei verbo repugnet, quod dei verbum in nobis habitare non ſinat, vt obtemperemus dicenti:

*In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras.*

¶Ac ſi dicat: Verbum quod prædicando veſtris mentibus inſeruimus, illud docili ac beneuola volũtate ſuſcipite, & operibus adimplete. Quum verò dicit in manſuetudine id eſſe ſuſcipiendum, hoc vtique innuit, vt in obſequium Chriſti ſub regula ſanctę fidei intellectum noſtrũ captiuemus, ſecundũ quod Sapiẽs admonet, dicens: Eſto manſuetus ad audiendũ verbum dei, vt intelligas. Et ſi id quod dictũ eſt, intelligere malueris de verbo increato, per quod facta ſunt omnia, per quod tandem in plenitudine temporis incarnatum reparata ſunt vniuerſa, rectè vtique & verbum illud inſitũ dicitur, quaſi ſurculus bonus & fructuoſus inſertus in veterem & ſterilem trũcum generis humani, quaſi arboris ſylueſtris & ſpinoſæ, & non niſi acerbos & inutiles fructus ferẽtis, vt exinde illius ſurculi virtute fructus deo gratos valeat afferre. Hoc verbum potens eſt ſaluare animas noſtras, faciens eas afferre fructum in ſanctificationem, & operari nõ cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, ſine quo nullatenus id poſſent, quia ſine me, inquit, nihil poteſtis facere: ſicut nec palmes ferre poteſt fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite.

*Ecclæ.5.*

*Dei verbũ incarnatũ quare inſitũ dicitur.*

*2.Cor.9.*

*Ioan.6.*

*Ioan.15.*

¶Ad hoc autem & illud neceſſe eſt, videlicet vt cœleſtis doctrinæ verbũ prompta mente, ſicut dictum eſt, ſuſcipiatur, quod etiam ſuo modo inſitum rectè dicitur, dũ ramo veteris conuerſationis à trunco cordis abſciſſo, cordi credentis quaſi germẽ ſiue ſurculus nouus inſeritur, quo mẽs humana ſuſcepto quæ prius erat vitiis inueterata, renouatur de die in diem. Hoc verbum, inquit, in corde per fidẽ, & in opere pex exequutionem ſuſcipite, quod ſit ſuſceptũ poterit ſaluare animas veſtras, tametſi modo corpora veſtra vel tribulationi exponantur vel morti.

*Dei verbũ fideliter auditũ, inſitũ rectè dicitur.*

## DOMINICA QVINTA post Paſcha.

*CHariſſimi, eſtote factores verbi, & non auditores tantũ.* *Iacobi.1.*

¶In præcedẽti lectione (cui ſecũdum ordinem literæ iſta immediatè ſubiũgitur) monuit nos beatus Iacobus Apoſt. dei verbum attentis auribus & docili

mente audire. Hic verò nos hortatur audita perficere, &
hoc duplici ratione. Prima eſt, ne noſmetipſos opinione
falſa decipiamus. Secunda eſt, vt dei verbum quod au-
tu percepimus, facientes, beatitudinem aſſequamur. Pri-
mum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Qui au-
perſpexerit.

¶Circa primum dicit: Eſtote factores verbi, & nó audi-
res tantùm, fallẽtes voſmetipſos: quaſi dicat, Niſi audi-
perfeceritis, voſipſos falletis, putãtes vos ſolo verbi au-
*Luc.11.* ditu, ſine fructu bonorum operum poſſe ſaluari. Nó en
*Dei verbũ* beatos dixit dominus qui audiunt verbum dei, ſed qui au-
*ſeruatur.* diunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Cuſtoditur autem
apud nos dei verbum ne abeat per opera bona, quo mod
ignis ſeruatur in fomite: quẽ ſi ſubtraxeris, mox ignẽ pe
*Apoca.1* dideris. Vnde etiã beatus Ioannes in Apoc. quum dixiſ
*Scientiã* Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius: p
*verbi dei* tin⁹ ædiecit, & ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. Hinc eſt
*practicã* ſciẽtia hæc noſtra quæ habetur ex verbo dei (quæ imm
*eſſe.* ſo interuallo cæteris omnibus præſtat ſciẽtiis) inter ſci
*1.Cor.1.* tias practicas numeratur, id eſt, operatiuas, ꝙ nó prop
*Act.1.* ſcire tantũ, ſed propter operari à deo nobis data ſit. Vnd
*Matt. 5.* etiã ipſius author dei virtus & ſapiẽtia Chriſtus cœpit f
*Ioan.9.* cere & docere, & magnum fore in dei regno pronunci
*Ioan.6.* uit, quiſquis eam & fecerit & docuerit. Qui etiam, vt a
bene operandum ſeſe nobis non modò pręceptorem, ſe
& exemplar exhiberet, Me, inquit, oportet operari ope
eius qui miſit me. Et iterum: Nó enim veni facere volu
tatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.

*Deũ ope-* ¶Quid aliud ſibi vult parabola de patrefamilias, qui exi
*ra bona à* primo mane cõducere operarios in vineam ſuã, & argu
*nobis re-* ſtantes in foro ocioſos? Quin & in die iudicij cómenda-
*quirere.* turus eſt electos de operibus piis, atque dicturus: Veni
*Mat.20.* benedicti patris mei, percipite regnũ. Eſuriui enĩ, & de
*Mat. 25.* diſtis mihi mãducare. Sitiui, & dediſtis mihi potum, & ſ
*2.Pet.1.* de aliis. Idipſum & B. Petrus nos admonet: Satagite, in
*Opera bo* quiens, vt per bona opera certã veſtram vocationẽ & el
*na aſſerũ* ctionẽ faciatis. Ergo eius, qui bona non operatur, vocati
*tur.* ĩcerta & electio ambigua eſt. Certã quippe eſſe electio-
nem ꝑ opera bona ꝓbatur. Cõtrà verò certa illi⁹ viden
eſſe

eſſe reprobatio, qui à bonis operibus otioſus opera mala
facit. Hinc iterum bona opera commendans B. Petrus ait: *1. Pet. 2.*
Sic eſt volũtas dei, vt benefaciẽtes obmuteſcere faciatis
imprudentium hominum ignorãtiam, vt qui detractãt de
vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos
conſiderantes, glorificent deum in die viſitationis.

¶Itidem B. Paulus inſtanter vbique docet & teſtificatur: *Rom. 2.*
Non auditores legis, inquiẽs, iuſti ſunt apud deum, ſed fa-
ctores legis iuſtificabũtur. Et iterum: Gloria, honor & pax *Ibidem.*
omni operãti bonum. Pręmiſerat autem quòd reddet vni
cuique ſecundum opera ſua deus: his quidem qui ſecũdũ
patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorru-
ptionem quærentibus vitam æternam, his autem qui ſunt
ex contentione, & non acquieſcunt veritati, credũt autem
iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnẽ
animam hominis operantis malum. Hinc iterũ in Apoca
lipſi ſcriptum eſt: Opera enim illorum ſequũtur illos. Et *Apo. 14*
iterum: Iudicium ſedit, & libri aperti ſint, & iudicati ſunt *Eiuſ. 20.*
mortui ex his quæ ſcripta ſunt in libris ſecũdum opera eo
rũ. Adeò referta eſt ſcriptura diuina huiuſcemodi teſtimo
niis, opera bona aſſerẽtibus & commendãtibꝰ, diuinorũ-
que præceptorũ poſsibilem eſſe impletionem clamãtibꝰ,
vt his nemo niſi inſanus & blaſphemus refragetur. Confi
teamur ergo cum Apoſtolica & vniuerſali eccleſia, Quia
qui bona egerunt, ibunt in vitam æternã: qui verò mala,
in ignem æternũ: nec abiturũ in tabernaculo domini, ni-
ſi qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. *Pſal.*

¶Ex quibus patet quòd ſemetipſos fallunt, qui audito qui *Hi fallũt*
dem verbo ſe credere confitentur, ſed factis negant. *ſemetipſos*
Non enim ſufficiunt ſolæ frondes ei qui fructuum gratia *1. Cor. 3.*
arborem in horto ſuo plantauit, fructum quippe requirit. *Ioan. 15.*
Sic & qui paſcit gregem, de lacte gregis intendit edere: &
qui coluit agrum ſuum, & bono ſemine ſeminauit, inten-
dit inde colligere meſſem. Nos autem Dei agricultura ſu
mus, oues paſcuæ eius, & arbores plantatæ in vinea eius. *Luc. 13.*
Elegi vos, inquit, & poſui vos vt eatis, & fructũ afferatis,
& fructus veſter maneat. Alioqui ficulnea ſterilis iubetur
excindi, ne terram indigna occupet, & foliata ſine fructu
ficus alia ſecus viam formidabili execratione percuſſa à

*Heb.6.* radicibus exaret. Siquidem (vt Apoſtolus ait) Terra quę ſ
pe veniẽtem ſuper ſe bibit imbrem, proferens autem ſ
nas & tribulos reproba eſt, & maledictio proxima, cu
conſummatio in combuſtionem.

*Luc.3.* ¶Itaque væ nobis, ſi non dignos pœnitentiæ fructus at
lerimus. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita e
*Mat.25* vt omnis arbor quæ non facit fructum bonũ excidatur, 
in ignem mittatur. Serui fideles in credita ſibi pecunia v
gilanter operãtes commendantur à domino, & ſuper m
ta conſtituuntur. Seruus autem oſcitabundus & excor, 
id quod acceperat amittit, & terribili iudicio reprob
à domino detruditur in tenebras exteriores. Ergo ſi ſa
*Galat.6.* mus, iudicium illud præuenientes, dum tempus habem
operemur bonum, & bonum facientes non deficiamu
pore enim ſuo metemus non deficientes. Sin autem fal
*Inauditores legis otioſos.* mus vtique noſmetipſos, auditores legis duntaxat, non f
ctores, ab ipſa lege redarguti, de cuius auditu vel ſcien
fuerimus vanè gloriati. Nolite ergo errare, deus non ir
detur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. An 
deſipit planè & errat, falliťq; ſemetipſum, quiſquis ille e
qui quum non niſi lappam ſeminauerit, meſſem hinc t
*Gal.6.* ceam ſperat? Nónne qui nil boni ſeminat, etiam nil me
boni? Nónne qui ſeminat in carne ſua, de carne ſolã me
corruptionem? qui verò ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu & m
tet vitam æternam? Profectò ſemetipſos fallũt auditor
otioſi, quibus auditio verbi dei diuerſorium otii eſt: nec
lud agunt aut curant, vt aliquid de vitio deponant, aliq
rectè viuendi normam aſſumant.

¶De huiuſcemodi vanis & ſuperuacuis diuinę legis au
*Ezec.33.* toribus ad Ezechielẽ dominus ait: Fili hominis, filii po
li tui qui loquũtur de te iuxta muros, & in oſtiis domo
dicũt vnus ad alterũ, vir ad proximũ loquẽtes: Venite, 
audiamus quis ſit ſermo egrediẽs à domino. Et veniũt 
te quaſi ingrediatur populus, & ſedẽt corã te, & audiũt ſe
mones tuos, & nõ faciũt eos, quia in cãticum oris ſui ve
tũt illos, & auaritiã ſequitur cor eorũ: & es eis quaſi carm
muſicũ, quod ſuaui dulciq; ſono canitur. Et audiunt ver
tua, & non faciũt ea. Et quum venerit quod prędictum e
(ecce enim venit) tũc ſciẽt quia propheta fuerit inter eo

¶Qual

¶Quales autem vel quibus conferendi ſint huiuſcemodi legis auditores otioſi, oſtendit conſequenter beatus Iacobus, quum dicit: *Quales ſunt otioſi auditores*

*Quia ſi quis auditor eſt verbi, non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõſyderauit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.*

¶Verbum dei ſpeculum eſt in quo quiſque poteſt agnoſcere vnde venit, vbi ſit, & quo vadit. Hoc eſt peccata ſua, exilium ſuum, miſeriam ſuam, & illud diſcrimen anceps futuræ, & in perpetuum non mutandæ ſortis. Et iſte eſt vult⁹ natiuitatis noſtræ, videlicet multiplex calamitas ad quam miſeri mortales in hanc vitam naſcimur, quam & mox nati fletu prophetamus. Sed quia hunc natiuitatis ſuæ vultum propter mundi illecebras plerique obliuiſcuntur, ideo nobis ſpeculum proponitur, vt in eo huiuſcemodi noſtræ natiuitatis vultum intueamur: quod tamen ſeculum fruſtra plerique contemplantur, hi videlicet qui quũ in eo ſordes atque fœditates ſuas agnouerint tranſeũtes, mox quales ſe in ſpeculo viderint, obliuiſcuntur. Quidam verò non ita, ſed conſilio ſaniore agnitis in verbi cœleſtis ſpeculo propriæ conſcientiæ maculis mox pœnitentiæ ſalutaris lauacrum diluendis culparum ſordibus adeunt. *Vult⁹ natiuitatis noſtræ.*

¶Quod bene ſignificatum fuit in mari æneo quod iubẽte domino per manum Beſeleel factum fuit, & poſitum in atria tabernaculi domini, adfixis ei ſpeculis mulierum. Porrò ſacerdotes in mari lauabantur. Nemo quippe idoneus eſt offerre deo ſpirituales hoſtias, niſi qui primũ vel baptiſmi vel pœnitentiæ lauacro à peccatorum ſordibus fuerit emũdatus. Nec quiſquam cœleſte templum introibit, niſi prius animæ ſuæ vultum in verbi dei ſpeculo conſyderauit, & reatuum maculas abſterſerit pœnitentiæ lamentis, quia nihil coinquinatum introibit illuc. Hinc pater miſericordiarum deus, cognoſcens noſtræ fragilitatis figmentum, eique ſubuenire volens (non enim eſt homo iuſtus ſuper terram qui faciat bonum, & non peccet) ſpeculo cognoſcendis, & ſalutaris pœnitentiæ lauacro diluendis animarum maculis clementer nobis indulſit. *Mare æneum habens ſpecula. Exo 38. 2. Par. 4. Apo. 21 Eccle. 7.*

¶Habemus autem ſpeculum cœleſtium mandatorum, habemus etiam in ſanctis & piis Dei cultoribus ſpeculum exemplo- *Specula nobiſipſis cognoſcendis.*

exemplorum, habemus proinde intra noſmetipſos ſpecu-
lum rationis & conſcientiæ, habemus denique magno dei
munere ſpeculum ſcripturæ diuinæ. In his ſpeculis poteſt
ſe vnuſquiſque qualis ſit agnoſcere, & quid ſibi vituperio
*Luc.19.* quid[ue] ſit laudi contueri. Si cognouiſſes (ait dominus ad
ciuitatem ſanguinem) & tu, ſubaudis, vtique fleres, ſicut
& ego te fleo. Vnde & B. Auguſtin⁹ ex perſona dei pecca-
torem mente cæcatum adloquitur, dicens: O homo qui
te non vides, tibi places: ſi te videres, tibi diſpliceres. Sed
veniet tempus quando te videbis, & tibi pariter & mihi
diſplicebis: Tibi, quoniam ardebis: mihi, quia dãnaberis.
Tunc quippe reuelabit dominus abſcondita tenebrarum,
*1.Cor.4.* & manifeſta faciet conſilia cordium. Tunc ſcrutabitur
Hieruſalem in lucernis, & nihil opertum quod non tunc
*Soph.1.* reueletur. Et quàm ſalubriter nũc proprias quiſque macu-
*Mat.10.* las in dictis ſpeculis, ſi vellet, poſſet vtique ad pœnite-
tiam ſalutarem perſcrutari, & diuinũ preueniẽdo iudiciũ
ſemetipſum diiudicare. Sed aduertere libet quã diſſimi-
liter mortales ſe habeant erga ſpeculum verbi dei.

*Erga verbum dei variè ſe habent.*

¶Quidam enim in eo ſuam fragilitatem, pericula & pec-
cata cognoſcentes, ad horam quidem humiliati compun-
guntur, ſed mox ad exteriora ſe conuertẽtes obliuiſcuntur
ſui. De quibus ipſe dominus ait: Qui ſecus viã, hi ſunt qui
*Luc.8.* audiunt verbum: deinde venit diabolus & tollit verbum
de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Alii nimiæ tur-
pitudinis ſibi conſcii, veridici ſpeculi cõtuitum fugiũt,
ne forſam hinc contriſtentur, & intra ſemetipſos confuſi
ſibi diſpliceant, ex induſtria recuſant addere ſcientiam, ne
*Eccle.1.* addant & dolorem. De quibus bene ſcriptum eſt: Qui di-
*Iob.12.* cunt deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolu-
mus. Hi ſibimet oculos tegunt vt liberius cadant, propter
quod illis ſua ruina meritò imputatur. Quidã verò pro-
priam deformitatem hoc ſpeculo prodente videntes, nu-
quaquam ſibi, ſed ſpeculo hanc imputandam eſſe arbitran-
tur, nullo pacto tales ſe eſſe credẽtes quales à ſpeculo re-
feruntur. Abeunt offenſi, non ſibi, ſed ſpeculo, maledicunt
etiam tale ſpeculum interdum execrantes. Igitur ſpecu-
lum abiiciunt, deteſtantur, cõfringunt. Cuius rei de ſe rex
*3.Re.21.* Achab exemplum dedit.

¶Ad bellum quippe contra Syros ipſe profecturus, prophetas Baal de euentu belli, primum cõſuluit, qui omnes vno ore proſpera regi nũtiantes, loquebãtur ei placẽtia. Viuebant enim de menſa vxoris ſuæ impię Ieſabelis. Quũ autem ei ſuaderetur quatenus etiam aliquẽ de prophetis domini (ſi quis adhuc tunc ſortè ſupereſſet) conſuleret, reſpõdit relictum eſſe virum Michæam filium Iemla, per quem, inquit, poſſumus interrogare dominũ, ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonũ, ſed malũ. Qui quum vocatus aduenisſet, & cõſuluiſſet rectè atque vtiliter, mox iuſſu regis in carcerem coniectus eſt, vt illic pane tribulationis & aqua anguſtiæ ſuſtentaretur.

*Achab à pſeudoprophetis decipitur.*

¶Non diſsimiles regi Achab ſunt qui ſemetipſos amãtes & vitia ſua pro virtutibus defendẽtes, eccleſiam catholicã potius quàm ſe errare cõtendunt. Sed tu quiſquis es homo fidelis qui nõdum ab errorũ tenebris cõprehẽſus, in luce rectę fidei facis iter, hæc quæ dicta ſunt ſpecula conſule, nihil tibi de te his incõſultis credens, aut tutũ putãs, quicquid etiam tibi prophetæ falſi, aut huius ſeculi amatores blandiantur. Poteris ſanè ex eis temetipſum ad verũ cognoſcere. Et bene tecum agitur, ſi tibi & vitæ actibúſque tuis ſpecula hæc atteſtẽtur. Si videlicet te diuinæ legis pręcepta gubernãt, ſi bonorum exẽpla te dirigũt, ſi rurſus proprię teſtimonium cõſcientiæ te cõmendat, denique ſi tuæ fidei & tuis moribus ſcriptura verbi cœleſtis adſtipulatur.

*Peccata ſua defendentes eccleſiã errare dictitant.*

¶Circa ſecundum principale dicit:

*Qui autem proſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.*

¶Hic nos hortatur dei verbum facere vt ad beatitudinẽ pertingamus, dicẽs: Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis. Ad differentiam legis antiquæ (quæ iuxta Apoſtolum nihil ad perfectum adduxit) euãgelica gratia perfectæ libertatis appellatur. Nõ enim, inquit Apoſtolus, accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis. Vbi autem iſte ſpirit⁹, ibi & libertas, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Si vos (inquit domin⁹ de ſeipſo loquẽs) filius liberauerit, verè liberi eritis. Modum verò quo ad hanc peruenitur libertatem oſtendit,

*Lex libertatis & lex ſeruitutis.*
*Heb. 7.*
*Roma. 8.*
*2. Cor. 3.*
*Ioan. 8.*
*Ibidem.*

oſtendit,dicẽs : Si manſeritis in ſermone meo verè liber
eritis,& cognoſcetis veritatẽ,& veritas liberabit vos,v
que à duro & importabili iugo legis, vt de cætero nõ ſu
lege ſeruiatis ex timore ſupplicii , ſed ſub gratia libe
operemini ex amore. Quiſquis enim amoris impulſu op
ratur,etſi ſeruire videtur,tamen liber eſt. Sed veritatem
mare quis poſſet,niſi prius hanc cognouerit?

¶Poſſumus igitur hanc veritatem (quæ nimirum vani
tem omnem exufflat) cognoſcere,ſi mãſerimus in ſermo
ne eius. Veritas hæc inquit,liberabit vos vtique à iugo le
*Act.14.* gis , vt dictum eſt. De quo decreuerunt Apoſtoli, non de
bere imponi fratribus iugum quod nec nos, inquiunt, ne
patres noſtri portare potueruut. Sanè nõ libertatis,ſed ſe
uitutis lex illa fuit,quę ſubiectos ſupplicii terrore præ
ad opera legis agebat:timor enim ſeruorum eſt. Tempo
ralium nihilominus promiſsione bonorum ad ſui obſer
uationem inducebt. Sed nec liberorum eſt, ſpe cõmodi t
poralis ſeruire,ſed mercẽnariorum. Lex autem euãgelii
libertatis loco timoris amorẽ ſuggerit,qui liberos effic
*Galat.5.* ¶Quia verò nõnulli libertate ſua abutentes , illam in oc
*1.Pet.2,* caſionem dant carnis,malitiæ ſuæ velamẽ faciẽtes liber
tatem:ideo dicit perfectæ libertatis hãc legem eſſe,id e
libertatis honeſtæ, puræ & incontaminatæ. Non enim i
lorum qui libertate in occaſionem carnis abutũtur,perfe
*Libertas* cta atque vera libertas eſt , quum ſint ipſi ſerui corruptio
*ſeruitute* nis & peccati,quorũ prætẽſa libertas omni humana ſeru
*deterior.* tute abiectior atque deterior eſt.
*Lex liber* ¶Rurſus euangelica gratia idcirco lex libertatis appella
*tatis vn-* tur,quòd liberat à ſeruitute corruptiõis & etiam pecca
*de liberat* quod lex vet⁹ efficere nõ potuit. Vnde ait propheta:Quis
*Gen.37.* eſt homo qui viuet, & nõ videbit mortẽ, eruet animã ſu
de manu inferi? Deſcendam,inquit ſanctus patriarcha Ia
cob,lugens ad filium meum Ioſeph in infernum. Nunc au
*Apo.3.* tem vobis dicitur:Ecce dedi coram te oſtium apertum in
*Heb.10.* cœlo. Vnde etiã Apoſtolus ait : Habemus fiduciã introi
ſanctorũ per ſanguinẽ ipſius, quã initiauit nobis viam no
*Apo.3.* uam. Aperit enim,& nemo claudit. Morte nẽpe ſua dei fi
*Luc.22.* lius æternæ vitæ nobis aditũ reſerauit. Vnde & latroni, h
cet ſero pœnitenti,Hodie mecum eris,inquit,in paradiſo

Liber

Liberat igitur euãgelica gratia, & nunc à ſeruitute pecca ti, vt dictum eſt. Iuxta quod Apoſtolus ait: Nunc autem liberati à peccato, ſerui autẽ facti deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam: & nihilomin⁹ in futuro nouiſsimo die à ſeruitute mortalitatis & corruptionis, quando videlicet corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatem. Ex quibus patet euangelicam legem, meritò perfectæ libertatis legem eſſe appellatam. *Roma. 9.* *1. Cor. 15.*

¶In hac qui perſpexerit, inquit, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Perſpexerit, inquit, hoc eſt, vſque ad medullam introſpexerit, & hanc ſpirituali quodam guſtu intellexerit, quod minimè faciunt lectores illi qui obiter, & ſuperficie tenus dei verba legunt, codices ſacros haud ſecus lectione percurrentes, ac gallus (vt aiunt) trãſilit ſuper prunas. Similiter nec faſtidioſi auditores pro conſuetudine duntaxat, ſine vllo guſtu ſpiritus dei verbum audiẽtes, nõ attendentes quod ſcriptum eſt: Si ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis eam, tunc intelliges timorem domini, & ſcientiam dei inuenies. *Scripturã ſacrã inutiliter legunt.* *Sapientia qualiter quærẽda eſt.* *Prou. 2.*

¶Quiſquis autẽ theſaurum quærit, certo continenter fodit loco ſcrutator indefeſſus, donec ĩueniat quod latebat abſconditum. Sic nimirum & diuinę legis diſcipulum introſpicere neceſſe eſt, quærere donec inueniat, pulſare precib⁹, donec ad veritatis agnitionẽ admittatur. Et quia quiſquis hoc fecerit, laborẽ ſuum nõ fruſtra inſumet, ſubdit: Non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Q. d. Qui in hãc legem tanquam in ſpeculum aliquod grãde & lucidum perſpexerit, & attentione peruigili cõtemplatus in ea fuerit ſuæ mẽtis habitum & qualitatẽ vitæ, non dimouens oculos ab exemplo & doctrina Chriſti, ita vt nõ mox ad curas huius mũdi videatur oblitus quod audierat, ſed ad eius normam vitam omnem cõponat, piis operibus exprimens quod animæ medullis infixerat, hic beatus in facto ſuo erit. Nõ autem eò quòd tãtùm audierit, ſed quòd moribus præſtiterit. Non enim (vt dictum eſt) auditu ſuperuacuo, ſed operis *Simile.*

ris exequutione beatitudo præparatur. Vnde & domi
*Ioan.13.* ipſe: Si hæc ſcitis, inquit, beati eritis, ſi feceritis ea.
*Matt.5.* ¶Verbi gratia: Audis Chriſtum dicentē: Qui dixerit fr
*Matt.6.* tri ſuo fatue, reus erit gehēnæ ignis: ac mox oblitus q
audieras, ad leue cōuitium moues arma. Audis neglig
das eſſe opes, furibus ac tineis obnoxias, ſed veras re
dēdas eſſe in cœlo: verùm digreſſus à prædicatore, ſ
mnibus ſtudiis pergis per fas & nefas diuitias cōgere
quaſi crederes poſt hācvitā nō eſſe pręmia pietatis,
cœleſtis auditor obliuioſus, & ſuperuacuus effectus,
factor operis, cui ob huiuſcemodi ſterilē & otioſum le
auditum nulla prorſus beatitudo continget. Sequitur:

*Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrænans lingu
ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.*

*Fruſtra ſe putat religioſum.* ¶Superius monuit nō ſolùm dei verbum audire, ſed e
facere, quiſquis in facto ſuo voluerit ſibi beatitudinē
parare, vt videlicet à furto, homicidio, adulterio, & ſimi
bus abſtineat, & ſecundum legē quæ pietatis ſunt ope
tur. Idcirco ne talis videatur ſibi abundè religioſus & ſa
ctus, qui tamen interim nō refrænat linguā ab obtrecta
*1.Cor.15.* tionibus, cōuitiis, à turpiloquio, mendaciis, blaſphemiis
maledicentiis, & cæteris linguæ vitiis, quum corrump
mores bonos colloquia mala, propter hæc dicit: Qui n
refręnat līguā ſuā, & putat ſe religioſum eſſe, seduca
ſuum, irridet ſeipſum, & vana huius eſt religio. Et qui
opportunè inſtruuntur hic factores legis de lingu
dia, quia licet plerique manum cōtineant à malo ope
linguam tamen pauci coercēt ab illicito ſermone. Vn
*Eccle.14.* per Sapientē dicitur: Beatus qui non eſt lapſus in lingu
*Quāta mala per linguam.* ¶Quis autē ſufficienter expendat quanta mala faciat li
gua effrænis, quæ (vt hic idē Apoſtolus ait) modicum q
dem mēbrum eſt, ſed magna exaltat. Ecce quātulus ign
*Iacob.3.* quàm magnam ſyluam exaltat, & lingua ignis eſt, vniu
ſitas iniquitatis. Lingua cōſtituitur in mēbris noſtris q
macalat totum corpus, & inflāmat rotam natiuitatis no
ſtræ inflāmata à gehēna, inquietum malum, plena ven
no mortifero. Denique quis enumerare ſuffiĉiat, quant
līgua ſuſcitauit diſcordias, nutriuit odia, accēdit furores,
mouit bella, euertit vrbes, perdidit gētes, quātos diſſem
nau

nauit errores, illaqueauit incautos, verſauit dolos, adſtruxit fraudes, quã multos nudauit fama, ſpoliauit honore, vulnere ſaucios fecit īſanabili, dãno incõpẽſabili affecit? ¶Vnde hãc nõ otioſè quaſi ferũ aliquid & indomitum, feris multis, labiis ſcilicet & dẽtibus, prouida natura incluſit. Ad hæc, ſuperpoſuit ei aures, oculos, nares, cerebrum, vt omnis ſermo malꝰ de ore noſtro nõ ꝓcedat, ſed priuſquã loquamur, cogitemus & diſcernamus, audiamus primum & videamus. Hoc enim natura docuit quę cęterorũ organa ſenſuum lingua voluit eſſe ſitu ſuperiora. Proinde quum nõ niſi vnã habeamus linguã, duas tamẽ aures, oculos duos, nares binas natura nos habere voluit, quaſi per hoc inſinuans nos plura debere audire, videre plura, cogitare plura, quã loqui. His tamẽ omnibus prouidæ documentis naturæ nõ obſtãtibus, cor ſtultorũ in ore ipſorũ eſt, vbi os ſapientũ eſt in corde ipſorũ, quorũ ſermo ad rationis limã venit priuſquã ad linguã, ſecundum Apoſtoli inſtitutum dicentis: Sit ſermo veſter in gratia ſemper ſale cõditus, vt ſciatis qualiter oporteat vos vnicuique reſpõdere. Supereſt autẽ vt quiſquis linguę incõtinẽs eſt, is etiã excors & mẽte vanus ſit, ſicut ſcriptũ eſt: Nũquid vir verboſus iuſtificabitur? Vas ſine operculo immundũ lege cẽſetur. Arcæ patẽti, theſaurũ nemo credit. Calor nõ incluſus, ſed per patulum exhalare permiſſus tepeſcit: & aromatum odor niſi incluſus ſeruetur, in auras euaneſcit. Sic nimirũ & ipſe mẽtis humanæ deuotus ac pinguis in deũ affectus, ſed & ipſe cœleſtis gratię depoſitꝰ intra nos theſaurus, per inutile multiloquiũ amittitur & exinanitur.

*Linguam vt natura incluſit.* *Epheſ. 4.* *Eccle. 21.* *Coloſſ. 4.* *Iob. 11.* *Num. 19.* *Verboſitas adſimilatur.*

¶Similitudinẽ aduerte, qua parua ſpernẽtẽ paulatim decidere cognoſcas. Doliũ grãde & capax circulis fortibus & magnis ambitur, ſtringitur & ſeruatur. Porrò dicti circuli grãdes, vimine paruo in ſuos circulos numeroſè circumacto, ligãtur. Si grãdes illos circulos rũpi cõtigerit, cõtinuò diſſoluitur totũ vas. Si verò magnis circulis ſoluis vimina illa gracilia q̃ circulos firmãt & colligãt, incidãtur: & ſi nõ mox, paulatim tamẽ totius vaſis diſſolutio ſequit̃. Vimine quippe ſoluto, reſtat vt & circuli diſſoluantur, & decidat vas, & effundatur omne quod erat in eo. Nimirũ cor fatui, quaſi vas cõfractũ omnẽ ſapientiã non tenebit.

*Similitudinẽ aduerte.* *Eccle. 21.*

Circuli

*Eccleſ.6.* ¶Circuli grandes, diuinæ legis præcepta ſunt, quibus ſa-
*Eccle.15.* lubriter ligamur. Nam vt per Sapientem dicitur, vincula
illius alligatura ſalutaris. Et iterũ: Dedit tibi dominus man-
data, inquit, quę ſi volueris ſeruare, conſeruabunt te. Par-
ua vimina, diſciplinæ morum & modeſtiæ inſtituta ſunt,
præſertim ſilẽtij grauitas, & circunſpecta in verbis diſcre-
tio: quæ ſi obſeruaueris, à magnorum illorum pręceptorũ
dei trangreſsione longius abes. Quòd ſi hæc cõfregeris,
& ipſe nimirum vas confractum efficieris. Porrò ſi parua
illa cõtempſeris, & ſi non ſubitò, certè paulatim decides.
Vimina quippe incideris. Vnde & per Sapientẽ dicitur:
*Prou.25.* Sicut vrbs patens & abſq; murorũ ambitu, ſic vir qui non
poteſt in loquendo prohibere ſpiritum ſuum. Sequitur:

*Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc eſt,
viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatũ
ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.*

¶Poſtquam oſtendit quid religionem diſſoluit, & effi-
vanam: hîc docet quæ ſunt vera religionis opera, dicens:
Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc
*Falſò religioſi.* eſt. Notãter dicit apud deum & patrem, quia ſunt qui ho-
minibus religioſi videntur, quum apud deum habeantur
*Luc.18.* prophani, quibus ſtudium eſt in oculis mortalium potius
quàm dei per vanã oſtentationem & iactantiã extenta
iuſtitię apparere ſanctos, qualis fuit ille in euãgelio iuſti-
*Luc.16.* tiæ ſuæ iactator, & cæterorum contẽptor phariſæus. Sed
quid his dicatur aduerte: Vos eſtis, inquit dominus, qui iu-
*Mat.6.* ſtificatis vos corã hominibus, deus autem nouit corda ve-
ſtra. Hi receperunt mercedem ſuã, faciunt enim iuſtitiam
ſuam corã hominibus, vt videãtur ab eis, mercedẽ nullam
apud patrẽ qui ĩ cœlis eſt habituri. Itaq; quia factorẽ ope-
ris in facto ſuo pronunciauerat fore beatũ, nũc quæ ſint
maximè deo placẽt oſtẽdit, quum dicit religionẽ veram
mundã apud deũ eſſe, viſitare pupillos & viduas in tribu-
latione eorũ, & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

*Verè religioſum duo probant.* ¶Vbi præſertim duo commendat, quæ ſunt miſericordia
& innocẽtia. In eo nanque ꝙ pupillos & viduas in tribu-
latione eorum viſitare conſulit, cuncta quæ in proximos
miſericorditer facere debemus, inſinuat. Hoc autẽ quãti
meriti ſit, apud deum in ipſo iudicij die pãdetur, quando
iudi-

iudex ipſe cæteris omnibus operibus bonis, & perpeſsis propter deum malis ſuppreſsis & quodammodo diſsimulatis, ſola miſericordiæ opera in pauperes ipſius amore collocata cõmemorabit cõmendabítq; dicens: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnũ ab origine mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum, & ſic de aliis. *Mat. 25.*

¶Et demum, quandiu, inquit, vni ex his minimis fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis. Hoc quippe vult deus, vt ſicut nos ipſius iugiter experimur miſericordiá & beneficentiæ largitatem (ſiquidem miſericordia domini quòd non ſimus conſumpti) ita & nos erga proximos egentes in quo poſſumus, benefici ſimus & miſericordes. Oportuit, inquit, te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum. Idque nõ ex ſpe redituri in nos beneficij, ſed gratuitò cõferamus, officij noſtri præmiũ non aliunde quàm à deo præſtolantes, qui (vt dictum eſt) in ſe recipit quicquid in fratrem cõtulerimus beneficentiæ. Hinc & in Michæa loquitur, dicens: Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, & quid dominus deus tuus requirat à te. Vtique diligere miſericordiam (ſcilicet in proximum) & facere iudiciũ (ſcilicet in teipſum) & ſollicitè ambulare cum deo tuo, per intentionem puram, quicquid recti feceris in ipſius gloriam referendo. *Cõmendatur beneficentia.* *Thren. 3.* *Matt. 18.* *Mich. 6.*

¶Porrò innocentia vitæ in eo deſignatur, quòd immaculatos nos eſſe iubet ab hoc ſeculo, id eſt, ab his rebus, à quibus ſolẽt huius ſeculi amatores coinquinari, cuiuſmodi ſunt ea quæ ſuperius vitare monuit, videlicet loquacitas, iracundia, immunditia, & abundantia malitiæ, & cæteræ mundi huius illecebræ & inquinamenta, à quibus quaſi à pice inquinantur, qui per cõſenſum aut effectum ea tãgunt. Polluit enim hoc ſeculum cohærentes ſibi cõtagione multiplici, auaritiæ videlicet, ambitionis, ſuperbiæ, luxuriæ, gulæ, inuidiæ, fraudis, rapinæ, vſuræ, & ſimilium, quibus animæ peſtibus huius ſeculi ſectatores inficiuntur. Fugite ergo, clamat Propheta, de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam. Et rurſum Eſaias: Recedite, inquit, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. *Cõmendatur innocẽtia.* *ſpeculum hoc polluit.* *Iere. 31.* *Eſa. 52.*

# DOMINICA SEXTA
## poſt Paſcha.

*1. Pet. 4.* E*Stote prudentes & vigilate in orationibus.*
¶In hac lectione docet B. Pet. primò qualiter ho-
mo bene ordinetur erga ſemetipſum. Secũdò, qua-
*pruden-* liter ſe debeat habere erga proximũ. Primũ facit à prin-
*tia ſancta* cipio lectionis. Secundum, ibi: Ante omnia autem.
*ſuadetur.* ¶Circa primũ dicit: Eſtote itaq; prudẽtes. Præmiſerat di-
cens: Omniũ autẽ finis appropinquabit: dixerat etiã præ-
cedentibus, in magno dei iudicio iudicãdos fore viuos &
mortuos. ideo ne quis ſibi blãdiretur de longinquitate fu-
turi illi⁹ iudicij, cõſultè monet eſſe prudẽtes: quia etſi in-
certũ eſt tẽpus illius futuri diſcriminis, certũ tamẽ eſt o-
mnibus, ꝙ in hac vita diu ſubſiſtere nõ valemus. Bene er-
*Boetius.* go ait, omniũ finis, tam malorũ videlicet q̃ bonorum ap-
propĩquabit. Quid enim, vt Boetius ait, eſt tam ſerũ in h-
ius vitę mẽtis, quod expectare lõgũ immortali pręſenti
anim⁹ putet? Idcirco autẽ labentis vitæ iſtius breuitatem
mortalibus ad memoriã reducit, vt eos à facinoribus gra-
uis imminentis iudicij terrore cõpeſcat, & viuãt quaſi
*Simile.* iamq; iudicãdi, oĩm fine citato curſu ꝓperãte. Finem hũc
vellent quidem impij ꝓtelare ſi poſſent, latroni nõ diſſi-
miles, qui quũ ad locũ ſupplicij ducit̃, ſi poſſet, vtiq; cupe-
ret magnopere itineris ꝓlõgari dietas, quãtũuis etiã ipſe
laboraret aſperitate viæ in eundo. Quoniã igitur incerta
eſt mortis hora, Eſtote prudentes, inquit, vt in fide per-
nentes ſciatis pręcauere futura mala, & vigilate ĩ oratio-
nibus, vt & mala præterita, id eſt, cõmiſſa peccata & ſup-
plicia futura euadatis, & æternæ vitæ bona adipiſcamini.
Vnde & dñs ipſe in euãgelio incerti finis intuitu nos ſem-
*Luc. 21.* per orare & vigilare præcepit. Ait enim de iudicij die lo-
quens: Vigilate itaq; omni tẽpore orãtes, vt digni habea-
mini fugere oĩa q̃ vẽtura ſunt, & ſtare ante filiũ homini.
Eſtote ergo prudentes, & vigilate in orationib⁹. In quibus
*ſpiritua-* verbis à B. Pet. tres nobis animi virtutes (& quidẽ neceſſa-
*lis pruden-* riæ ad ſalutẽ) cõmendãtur. Prima eſt, ſpiritualis pruden-
*tia.* tia. Secũda eſt, ſollicita mentis vigilãtia. Tertia eſt, ſancta
orationis inſtãtia. Primã inſinuat quũ dicit: Eſtote pruden-
tes,

tes,id eſt, vobiſipſis in futurũ ꝓſpiciẽtes, vt finem veſtrũ à lõge pręmeditãtes,illi⁹ exẽplo qui futura ꝓſpiciẽs ſecũ ait:Quid faciã,quia domin⁹ me⁹ aufert à me villicationẽ? *Luc.16.* Qui cogitãs id reperit cõſilij, vt quum adhuc rerũ dñi ſui potiretur, amicos inde ſibi cõpararet, q amotũ à villicatione reciperẽt in domos ſuas. Sũt autẽ nõnulli prudẽtes *Aliis prudentes,nõ ſibi.* aliis,minimè verò ſibi,q aliis rectè cõſulũt,nõ ſibi. Vnde ſcriptũ eſt:Cuius mẽſam famelicus comedet,& ipſum rapiet armat⁹. Huiuſcemodi eſt doctor van⁹,fœcũdus quidẽ *Iob.5.* dogmate,ſed ſterilis operatiõe,cuius doctrina quaſi meſſe ſaturãtur alij,ipſũ verò rapit ille fortis armatus qui tãquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. *1.Pet.5.* Sed quid *Mat.5.* huic ꝓderit,etiã ſi prędicatione ſua vniuerſum mũdũ lucretur,animę verò ſuę detrimẽtũ patiatur? Huiuſcemodi & ille eſt,qui quũ ſe diuitiis ſuis piè in pauperes erogatis redimere poſſet,prius tñ vult hęredibus q̃ propriæ ſaluti cõſulere. Theſaurizat,ĩquit,& ignorat cui cõgregabit ea. *Pſal.*

¶Sanè prudentiã vel à mutis animantibus diſcere iubemur,dicẽte Salomone: Vade ad formicã o piger,& cõſydera vias eius,& diſce ab ea ſapientiam,id eſt prudentiã. *Prou. 6. Prudẽtiæ magiſtra formica.* Quæ quum nõ habeat ducẽ,nec præceptorem, nec principem,parat in ęſtate cibũ ſibi,& cõgregat in meſſe quod comedat. Huius animãtis exẽplo prudenter nobis in futurum proſpicere debemus, & operari bonũ dum temp⁹ habemus,parare cibum qui nõ perit,ſed qui permanet in vitam æternã. Veniet enim nox quãdo nemo poterit operari. *Ioan.6.* Itidem nobis pręcipit dñs in euãgelo dicens:Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur,& vbi fures non effodiunt & furantur. *Matt. 6.*

¶Proinde & à ſerpẽte prudentiã diſcere iubemur, dicẽte Xpo:Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes. *Mat. 10.* Eſt autẽ triplex ſerpẽtis prudẽtia nobis imitãda. *Prudẽtia ſerpentis triplex.* Prima eſt, ſollicita ſui capitis cuſtoditio. Oĩa enĩ mẽbra exponit, vt caput ſuũ tueatur. Vnde ꝑ aquã eleuato natat capite ne ſuffocetur. Quo nimirũ docemur de ſalute animæ ꝓpriæ (q̃ potiſsima & ſublimior hoĩs pars eſt) ſolliciti eſſe debere, iuxta qđ ꝑ Salomonẽ dicitur:Omni cuſtodia ſerua cor tuũ,quoniã ab ipſo vita ꝓcedit. *Prou.4.* Et vnde rurſum præcipitur in Deute. Animã tuã ſollicitè ſerua. *Deut. 4.* Alia ſerpẽtis prudẽtia eſt,ſuiipſius

*Serpens quomodo renouatur* renocatio. Dicunt quippe ſerpentē ipſum dum ſenio gra-
uatus groſsitie cutis ſuá percipit tardari agilitaté, haurit
fontis aqua nō modica per arctos ī acuta petra meādros
ſeſe violēter traiicere, illícq; abrupta pelle veteri dem
*Moraliter.* renouari, & ad priſtinę agilitatis ſuæ motus reſtitui. Qu
prudētiam imitari volens homo, vt exuat veterem hom
nem qui corrumpitur ſecundú deſyderia erroris, haur
*Ecclo. 1.* è fonte ſapientiæ (quod eſt verbum dei) aquam vitæ, q
ſitim perpetuá potis eſt extinguere, & ea repleat in int
riori homine ſemetipſum. Petram proinde quærat, id e
Chriſtum petram vtique acutam (qua circuncisio quæ n
in litera eſt, ſed in ſpiritu legitimè perficitur) & ipſi⁹ ta
imitatione vitæ, quàm informatiōe doctrinę, in arcto p
nitentię ſalutaris, vitioſæ cōſuetudinis exuat vetuſtate
Et quum effuderit omne peccati virus in cōfeſsione, r
rurſus ſpiritu mētis ſuæ renouatus, induat nouum ho
*Ephes. 4.* nem qui ſecundum deum creatus eſt.

*Serpentis euaſio cauta.* ¶Tertia ſerpētis prudētia eſt cauta euaſio. Serpens en
præſertim ille qui aſpis appellatur, hac ad ſui tuitioné
gere prudentia dicitur, ꝑ mox quum percipit incātato
ne fortè vi carminum antrú ſuum egrediatur, & in ven
toris caſſes incidens capiatur, aures ſibi obturat, alter
cauda, alterá terra. Et ſic aſpis ſurda & obturás aures ſu
nō exaudit vocē incátantiū, & venefici incátantis ſap
ter, hoc eſt callidè ſeu prudéter ſecundú ſuæ artis pr
tuta. Hanc ſanè prudentiam imitari volentes, ne vene
incātantis (id eſt, diaboli) exaudiētes ſuadelá incidam
in caſſes ipſius: aures noſtrę mentis cauda, id eſt finis n
ſtri ſollicita cōſyderatione: & terra, id eſt, corporeæ fr
litatis & vilitatis agnitione obturemus, illud nobiſ
ſemper inculcantes: Quid ſuperbis terra & cinis?

*Eccle. 10.* ¶Secundá virtutem, id eſt, ſollicitá mētis vigilantiá B. P
*Sollicita mentis vigilantia.* trus nobis inſinuat, quum dicit: Et vigilate. Quá etiá
loco nobis cōmendás dicit: Sobrij eſtote, & vigilate, q
aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circ
*1. Pet. 5.* quęrés qué deuoret. Et vnde rurſum Paulus ait: Non d
*1. Theſ. 5.* miam⁹ ſicut cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus. Qu
*Eſa. 26.* autem hác incipere vigiliá debeamus, Eſaias oſtēd
*Prou. 8.* cens: De mane vigilabo ad te. Et ipſa dei ſapientia per S

lomo

lomonem loquens ait: Ego diligẽtes me diligo,& qui mane vigilauerint ad me,inuenient me. Et quanti valoris ſit hanc inuenire,ſubdit dicens: Mecum ſunt diuitiæ & gloria. Vigilandum ergo eſt de mane,hoc eſt,ex eo tempore quo lumen diſcretionis boni & mali nobis quaſi diei cũ inſtã initium luceſcit. Iuſtus enim cor ſuum tradit ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Vigilandum autem nobis eſt propter tria. Vnum eſt, hoſtilis impugnatio. Alterũ eſt,fidelis adminiſtratio. Reliquum eſt, fragiliſsimæ domus inhabitatio. *Eccle 39.*

*Tres ob cauſas vigilandum*

¶Primò igitur vigilãdum nobis eſt propter hoſtilem impugnationẽ. Militia eſt enim vita hominis ſup terrã. Agitur autẽ in hac militia nõ pro re ludicra aut vana,ſed quę omniũ maxima eſt,quę etiã militia ſiue decertatio ſub oculis geritur dei vtique ſummi imperatoris,certamẽ hoc noſtrum vigili cõtuitu deſuper ſpectantis,à quo tandem vnicuique laus erit qui legitimè decertauerit Quòd autẽ belli tempore ſit in caſtris ſolicitè vigilandum, vel irrationalium animantiũ exemplo docemur. Grues enim interſe vigilias noctis( vbi eorũ agmen in terra cõſiſtit) diuidere noſcũtur. Similiter inter cuniculos, quũ ex antris ſuis prodeũtes gregatim ad paſtum procurrũt,eorũ ſemper vnus pro toto grege vigilias in paſcuis obſeruat, qui mox vt hoſtile quippiam perceperit, pede terrã tota virtute pulſans,gregem omnem ſonitu cautum reddit. Hinc nõ immeritò, ſicut præmiſſum eſt,idem Apoſt. alio loco ait: Aduerſarius veſter diabolus,& cætera quæ ſequũtur. *Primò propter hoſtilem impugnationẽ* *Iob.7.* *1.Cor.4.* *Animãtium exẽplo vigilare docemur.*

¶Et quidẽ opportunè ſobrietatẽ vigiliis cõponit quia ſicut ebrietatẽ ſequitur ſomnus grauis,ita & vigilare volẽtem, ſobriũ eſſe neceſſe eſt. Vnde hoc ſtratagemate dux quidã aduerſum hoſtes ſuos vſus fuiſſe legitur. Nouerat ipſe hos eſſe bibẽdi vini perauidos. Miſcuit ergo ĩ caſtris vino plenis doliis mãdragoræ radicis vehemẽter ſomniferæ ſuccum,& fugam ſimulans relictis caſtris abiiſſe putabatur. Mox illi vacua & ſine cuſtode hoſtiũ caſtra relicta ſecurè ingreſsi,repertũ illic vinũ abundè biberũt, dolum neſcientes. Tum cõfeſtim vniuerſi ſomno tam graui obdormierũt, vt parũ à mortuis differrẽt. Superuenìẽtes igitur tali ſomno preſsi hoſtes, vniuerſos vt muta & im- *Dormitabundos facilè opprimi.*

*Diaboli dolus aduerſum mortales.* bellia pecora trucidarũt. Hac arte diabolus vtitur aduerſum genus humanũ. Deliciis enim & voluptatibus mortalium mentes in obliuionem tam ſui quàm dei, quaſi in grauem atque lethiferum ſomnũ deducens, nõ ab inſidiis ceſſans (tametſi hos rebus aduerſis nõ infeſtet) ſed maiori periculo ex occultis inſidiãs, vt hos, cùm improuidi & quaſi malè ſopiti fuerint, ſpirituali morte trucidet. Mors enim ſecus introitũ delectationis poſita eſt. Sed miſer & incautus homo nõ ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eo ꝙ occupent deliciæ cor eius. Ex cuius perſona per Salomonem dicitur: Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego nõ ſenſi, quãdo euigilabo, & rurſum vina reperiam? Secundò, vigilãdum nobis eſt propter fidelem administrationem. Sumus enim ſerui, aduentum domini obſeruare iuſsi, neſcientes qua ſit dominus hora venturus. Beatos autẽ nouimus fore ſeruos illos, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilãtes. Vigilabat ſeruus ille vir ſecundum cor dei qui ait: Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorũ, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum. Vigilant ſanè qui domini ſui deſyderant noſſe voluntatẽ, vt hanc facientes, ipſius gratiam mereantur. Vigilant, qui viuunt quaſi quotidie morituri, nouiſsima ſua iugi memoria recolentes vt non peccent.

*Eccleſ.5.*
*Prou.23.*
*Vigilandum propter fidelẽ adminiſtrationẽ.*
*Lu.12.& Mat.24.*
*Pſal.*

*Vigilandum propter ruinoſam inhabitationem.* ¶Tertiò nobis vigilandum eſt propter terreſtrem & fragilem inhabitationem. Securus enim dormire non poteſt (imò potius expers ſomni ſollicit[9] excubat) qui in domo iacet, quæ iam de ꝓximo videtur minari ruinã, cuius iam iámque crepitum percipit & fragorem, quã inſuper & latrones effodiunt à fundamentis vt eam diripiant, & illic repertos trucidẽt. Ita & nos qui habitam[s] domus luteas, quæ terrenum habẽt fundamentum, vigilare neceſſe eſt, præſertim quũ per ægrotationes & caſus varios & inopinatos, reſpõſum mortis in nobiſipſis dietim accipiamus, quaſi iam de proximo ruituræ terreſtris domus noſtræ huius (fragile corpus loquor) fragorem ſentiẽtes, præſertim quũ foſſor indefeſſus, aſsiduus ſcilicet tẽporis decurſus domũ hãc latenter ſuffodiat. Nam (vt quidam ait) Prima quæ vitam dedit hora carpſit. Ad hæc, diabolus ipſe fur vtique

*Iob.4.*
*2. Cor.1.*
*Seneca.*
*Ioan.8.*

vtique & latro,qui & ipſe homicida fuit ab initio, inſidia- *Latro*
tur vt diripiat. Hec omnia nobis iuſtam vigilandi cauſam *quis ſit*
(ſi non diſſimulauerimus) præſtare comprobatur cauſam
inquam,non friuolam,non ludicram, nõ paruipendẽdam
ſed vrgẽtem & ſeriam. &,ſi ſapiamus,cæteris rebus omni *Luc.12.*
bus anteponendam. Si ſciret,inquit,paterfamiliâs,qua ho
ra fur veniret,vigilaret vtique, & non ſineret perfodi do-
mum ſuam. Et vos,inquit eſtote parati, quia qua hora nõ
putatis,filiꝰ hominis veniet,in morte ſcilicet,totiꝰ antea-
ctæ vitæ rationem diſtrictè exacturus.

## HOMILIA SECVNDA DE virtute orationis.

V*Igilate in orationibus.*

¶In præcedentibus dictum eſt de duabus virtu- *1.Pet.4.*
tibus quas nobis B.Petrus in lectione cõmendat, *Qualiter*
videlicet ſpirituali prudentia,& vigilãtia ſollicitæ mẽtis. *in oratio-*
Nunc dicendum eſt de tertia virtute in lectione compre- *ne vigilã-*
henſa, videlicet de ſanctæ orationis inſtantia, de qua lo- *dum.*
quitur hic dicens: Vigilate in orationibus. Et quidem in
orationibus hoc modo vigilare debemus vt quum ſtamus
ad orationẽ,nec carnalis nec ſecularis nos occupet cogi-
tatio,nec aliud quicquã animus verſet præter id quod pre
camur. Subrepit enim frequenter hoſtis & ſubtiliter fal-
lẽs,adeò preces noſtras vacuat, vt aliud habeamus in cor
de,& aliud voce proferamus,quũ tamen debeat deũ intẽ-
tione ſyncera non ſonus vocis , ſed animæ ſenſus orare.
Itaque videndũ eſt etiã quid & quare ſit orandum,dicente
B.Iacobo apoſtolo:Petitis,& non accipitis,eò ꝙ malè pe- *Iaco.4.*
tatis. Abegiſſe legitur Abraham aues à ſuo ſacrificio. Si- *Gen.15.*
quidem & muſcę morientes perdũt ſuauitatem vnguẽti. *Eccle.10.*
Oratio ſacrificium deo eſt: eſt nihilominus vnguentum a *Oratio ſa*
nimę faciem exhilarans. Sed huic ſacrificio maligni ſpiri- *crificium*
tus quaſi immũdę volucres inſidiãtur, & viuifico vnguẽto *eſt & vn-*
idem ipſi ſpiritus vt muſcæ. Quas tamẽ muſcas ignitę mẽ *guẽtum.*
tis feruor propellit. Nã vt ollę feruenti muſcę non inſidẽt, *Simile.*
ſic etiã intenta feruidaque mente precanti,ineptæ cogita-
tiones non occurrunt. Tepidè autem & ſomniculoſè pre- *Apo 3.*
canti quid à domino dicatur aduerte. Scio opera tua quia
neque frigidus es,neque calidus,Vtinam frigidꝰ eſſes aut

caliduſ:ſed quia tepidus eſt,nec frigidus,nec calidus,in
piá te euomere ex ore meo. Quũ autẽ plurali numero o
*Luc.11.* tionibus dicit,inſtãtiam inſinuat orationis,quæ ſi adfu
non in vacuũ orabis,ſicut inſinuat euangelica parabola
illo qui ab amico iá in cubiculo ſuo clauſo oſtio quieſc
te, mutuò ſibi tres panes dari ꝑſeuerãter petiit & impo
tunè,& obtinuit tádẽ pri⁹ negatos quotquot habebat n
ceſſarios. Etſi nõ dabit ei,inquit,ſurgẽs ꝙ amicus eſt,p
pter improbitatẽ tamẽ eius(nimirũ perſeuerãtis & pu
tis)ſurget,& dabit ei quotquot habet neceſſarios.Sed
ter hęc aduertẽdũ eſt,ꝙ nõ ideo oram⁹, quaſi aliquid d
*Mat.6.* ignotũ per orationẽ noſtrã innoteſcat,quũ ſciat ipſe pa
qui in cœlis eſt quibus indigeamus. Nec rurſus quaſi p
orationes noſtras diuinã immutare poſsimus volunt
vt quod ipſe prius noluit,orationib⁹ noſtris flex⁹, id p
modũ velit,vel è cõuerſo,quum diuina volũtas & optim
*Propter* ſit & ĩmutabilis, ſed has magis ob cauſas deũ precam
*has cau-* ¶Primò, videlicet vt noſtras miſerias, neceſsitates,& p
*ſas deum* cata,in oratiõe nobiſmetipſis ante oculos ſtatuẽtes,cõ
*precamur* amur veritatẽ,& animas noſtras ãte deũ humiliem⁹. N
*Pſal.* id quidẽ ad inſipiẽtiã nobis, quia nõ niſi debitũ agno
tibus fit remiſsio,dicẽte propheta:Miſericordia & veri
obuiauerũt ſibi.Si enĩ ꝓceſſerit è nobis ĩ cõfeſsione de
*Iacobi.1.* ćti veritas,occurret huic veritati ꝓcedẽs à deo miſeric
dia. ¶Secundò,oramus, vt cognoſcamus,& cõfiteamu
prorſ⁹ boni à nobiſipſis nos habere , ſed omne bonum
ſtrum deſurſum eſſe à patre luminum. Tertiò , vt nos
deum credere & ſperare probemus. Quartò, vt etiam
*Iacobi.1.* uſquã impetremus quandam cum deo ſanćtam famil
tatẽ, per orationis cõmerciũ cõtrahamus,per quã eti
ſa impetrãdi fiducia ĩ nobis oriatur,q̃ ad orationis effe
conſequẽdum vel maximè neceſſaria eſt. Poſtulet, in
B.Iacobus,in fide nihil hęſitãs. Qui enim hęſitat, ſi
eſt fluctui maris,qui à vẽto mouetur & circũfertur. N
ergo æſtimet homo ille ꝙ accipiat aliquid à domino. D
nique & ob hoc oramus, vt diuinę prædeſtinationis de
bis cõpletionẽ ſeu effećtũ cõſequamur,quo nos indig
efficimus nõ orãtes.Dicit enĩ S.Gregorius:Ipſa ęterni
gni prædeſtinatio ſic eſt ab omnipotenti deo diſpoſita,
*Greg.* ad hanc elećti ex labore perueniant, quatenus ora

merean

mereantur accipere, quod omnipotens deus ante ſecula diſpoſuit donare.

¶Inducunt autem nos ad orandum preſertim tria videlicet, Diuina liberalitas, Noſtra neceſsitas, Orationis facilitas. Diuina liberalitas, erga nos patet in multis. Primò in gratioſa exhortatione, qua nos ipſe domin⁹ ad orãdum inducit: Vigilate, inquiens, & orate. Et iterum: Oportet ſemper orare, & non deficere. Et rurſum per prophetam ait: Inuoca me, in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Et quidem non ita nos hortaretur petere, niſi dare vellet quod ſalubriter petimus. Secundò, in benigna patris denominatione, vult enim à nobis inuocari ſub nomine patris, vt oſtendat ſe eam de nobis curã habere quam, de ſuis liberis habet pater. Rurſus vt paternę benignitatis vocabulum orationi præuium impetrandi fiduciã præſtet orantibus. Fiducialiter enĩ paruuli precantur patrẽ. Et quũ tanta ſit huiuſcemodi adoptionis gratia, ꝙ eã nullus mortalium orans petere prẹſumeret, ante omnẽ ꝑcationem ipſe nobis hanc gratuitò dedit, vt vel hoc indicio cognoſcamus quãta ſit ipſius erga nos cura & beneuolẽtia. Tertiò denique vt diuinã erga nos largitatẽ agnoſcere poſſum⁹ in fructuoſa quam fecit precantibus promiſsione. Petẽtis quippe negligentia reprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur. Ego, inquit, dico vobis, petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Porrò neceſsitas noſtra quæ nos compellit vt precemur triplex eſt. Prima eſt, impetratiõis terrenorũ. Sunt enim hęc temporalium rerum ſubſidia bona dei: & idcirco in oratione ab ipſo petenda pro noſtræ mortalis vitæ neceſsitatibus leuandis. Petimus autem tẽporalia bona, videlicet, pacem, ſanitatem, vitæ ꝓtellationem, liberos, amicos, famam bonam, temperiem aëris, terræ fœcunditatem, & ea quæ ad victum ſpectant atque veſtitũ, nõ quidem vt in his finem noſtrũ vltimum ſtatuentes, in eiſdem quieſcamus, quaſi tãtùm ad illla bona nati ſim⁹, & illa propter ſeipſa petam⁹: ſed tãtũ vt adminicula vitę huius, ſine quibus nec vitã hãc viuere, ac perinde nec ad deũ viuẽdo tendere poſſum⁹. Deſeruiũt etiã bona tẽporalia piis ad actus virtutũ, quũ videlicet vel in vſus pauperum, vel

*Tria ad orãdũ inducunt.*

*Marc. 14*
*Luc. 12.*
*Pſal.*

*Chri.*

*Luc. 11.*
*Mat. 7.*

*Bona tẽporalia quare ſint petenda.*

rũ vel in alias pias cauſas collocãtur. Quãdo igitur in oratione ad hũc finẽ tẽporalibus reb⁹ petẽdis homo intendit, nõ modò ab eis nõ deprimitur, ſed magis in deum finem vltimum (propter quem conſequẽdũ hęc petit) eleuatur.

¶Secunda eſt neceſsitas euitationis periculorum, quibus noſtra mortalis conditio ſubiecta eſt. In medio quippe laqueorũ verſamur. Sumus enim vt nautæ procelloſum mare fragili carina, ſcilicet terreo corpore) velificantes. Qui autem nauigant mare, enarrant pericula eius. Sumus rursum vt peregrini per deſertum latronib⁹, feris, & venenosis animalibus, & aliis multis obnoxium periculis trãſeuntes. Quandiu enim ſumus in corpore, peregrinamur à domino, Sumus etiam quaſi milites, certamen anceps depugnantes. Quibus omnib⁹ periculis obiecti, opus habemus clamare, Domine ſalua nos, perimus. Et iterum: Deus in adiutorium meum intende. In omni enim periculo & anguſtia ad orationis aſylum recurrendum eſt, ſicut fecisse regem Ioſaphat legimus, qui ait: Quũ ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.

*Similia.*
*Eccle. 43*
*2. Cor. 5.*
*Mat. 8.*
*Pſal.*
*2. Pa. 20.*

¶Tertia eſt neceſsitas acquiſitionis diuinorum, id eſt, gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, quæ à ſolo deo conferuntur, nec aliter ea niſi per ſanctum deſyderium & orationẽ à deo poſſumus obtinere. Vnde ait B. Auguſt. Nullũ credimus ad ſalutem niſi deo inuitãte venire, nullum inuitatum niſi adiuuãte deo bona operari, nullum niſi orãtem dei auxilium promereri. Germinat autem in homine dei gratia per multiformiũ habitus virtutũ, præſertim per fide, ſpẽ, & charitatẽ, tres vtiq; ſummas & theologicas, seu diuinas virtutes, quę in euãgelica parabola per hæc tria, piſcem, ouum, & panem deſignãtur, quæ ſi petierim⁹ à patre, nõ dabit nobis pro piſce ſerpentem, nec pro ouo scorpionem, nec lapidem ꝑ pane. Per piſcem fides ideo ſignificãt, ꝙ ſicut ille in aquis naſcitur, in aquis viuit & nutritur: ſic fideles in aqua baptiſmi ad vitã ſpiritualem regenerãtur, vbi etiã habitus fidei, ſicut & cæterarũ virtutũ & donorũ infunditur. Proinde in aqua ſapientiæ ſalutaris in dei verbo nutriũtur & viuũt. Poſſumus autem & ꝑ aquas, tribulationes & perſequutiones intelligere, inter quas tota fidelium

*Quę dona in primis petenda.*
*Lucæ. 11.*
*Piſcis.*

ta fidelium eccleſia ab initio ſui viuit, & creſcit. *Ouum*

¶Per ouum verò ſpem accipimus. Sicut enim ex ouo fœtus viuus ſperatur in futuro, ita & ſpes expectatio eſt, non *Panis.* poſſeſsio futuræ, nõ præſentis beatitudinis. Per panem aũt charitas intelligitur. Nã ſicut pane vita hominis conſeruatur, ſic etiã charitas animæ vita eſt. Itaque ſi hæc tria inſtãter à patre petierimus, nõ dabit nobis ea quę his omnino repugnãt, & ſignificãtur per ſerpentẽ, ſcorpionẽ, & lapidẽ. *Serpens.*

¶Per ſerpentem, eũ qui venenoſus eſt totus, infideliũ incredulitas datur intelligi, quòd tota infideliũ vita idcirco peccatũ eſſe dicatur, quia nõ niſi in fide peccata remittũtur. *Ephe. 2.* Quum ergo ſimus oẽs natura filii irę, & in peccato naſcamur vniuerſi, *Eccle. 7.* qui fieri poſſet, vt infideliũ vita tota peccatũ nõ ſit, quum etiã nõ ſit homo iuſtus ſuper terram qui faciat bonum & nõ peccet? Septies etiã in die cadit iuſtus. *Pro. 24.* Si eñ ſine peccato nõ vixerũt etiam ipſi Apoſto. primitias *Rom. 8.* ſpũs habentes (hoc eſt, qui ſpiritũ ſanctum acceperunt & tempore prius & cæteris abundantius) quantò minus ſine peccato viuere dicendi ſunt infideles & increduli? *Differũt*

¶Hoc tamen intereſt inter fideles & ĩfideles, credentes & *peccatores in quo* incredulos (tametſi nec iſti nec illi ſine pctõ viuãt) ꝙ credẽtib⁹ ꝑ fidẽ in Chriſtũ peccata remittũtur. Infideliũ veró peccata remitti eſt impoſsibile, ſicut & ſine fide impoſsibile eſt placere deo. *Heb 11.* Infidelitas igitur (quę ꝑ ſerpẽtẽ ſignificãt) nõ dabit ei qui piſcem. i. fidem poſtulauerit à patre. *Lapis,*

¶Per lapidem autem qui grauis, frigidus, durus, & ſterilis eſſe dignoſcitur, obdurati cordis malitia ſignificatur, quæ hominem & peccatis grauẽ, & extincto charitas igne frigidum, & inobedientia ac rebellione durum, & à fructu pœnitentię & pietatis ſterilem prorſus facit. Sed huiuſcemodi obdurationis lapis nequaquam illi porrigetur, qui geminæ charitatis (id eſt, dei & proximi) panem ſedulè orans poſtulat à domino.

*Scorpio.*

¶Per ſcorpionem verò deſperatio finalis accipitur. Sicut enim ſcorpio virus in cauda gerit, vnde & punctum eſſe cauda ſcorpionis, lethale eſt: ſic etiã deſperatio in fine vitæ homini inſidiatur, cuius percuſſura ad mortem vtiq; eſt animæ ſempiternam. Sed deſperationis ſcorpio nõ dabitur ei, qui ouum ſpei petierit à patre.

¶Tertium

*Orandũ eſſe ꝓpter orationis facilitatẽ* ¶Tertiũ, ꝙ nobis orationis virtutẽ & ſtudiũ commendat eſt ipſius facilitas, ita vt omnino ſint ĩexcuſabiles, qui deum nõ orant. Ait enim propheta: Apud me oratio deo vitæ meæ. Apud iuſtum enim ſemper eſt quod dare poſsit, oratio. Nam etſi hãc dare nõ poteſt voce, poteſt tamen hanc *Pſal.* ſemper mẽte deo offerre, bonũ deſyderãdo. Siquidem boni deſyderiũ ante deũ precatio eſt. Nam & deſyderiũ pauperũ exaudiuit dominus. Si ergo cuipiã dicatur, Ieiuna, dicet fortaſſe, non poſſum, quia infirmus ſum. Si dicatur ei, Fac eleemoſynã, recuſabit forſan, & dicet: Nõ poſſũ, quia paup̃ ſum. Si dicitur ei, ora, nulla ſupereſt excuſatio, quia etſi non voce, vt dictum eſt, corde ſaltem orare poteſt.

## HOMILIA TERTIA.

*1.Pet.4.* A*Nte omnia autem mutuam in voſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.*

¶Hic docet B. Petrus per quid homo bene ordinetur erga proximum. Et hoc oſtendit tripliciter. Primò, qualiter quiſque ſe habere debet erga proximũ in corde. Secundò, qualiter in opere. Tertiò, qualiter in ſermone. Secundum ibi: Hoſpitales inuicẽ. Tertiũ, ibi. Si quis loquitur quaſi ſermones.

¶Circa primum dicit: Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes. Q.d. Ante *Charitas ꝓximorũ commendatur.* cætera omnia ſpiritualia chariſmata, charitatem (quæ animæ vita eſt, & ſola ſufficit, quia totam dei legem implet, ſine qua cætera omnia nõ proſunt ad ſalutem) vobis commendo, vt illam in vobimetipſis habere toto conamine ſtudeatis, nõ propter quæcũq; exteriora, ſed in vobiſipſis, hoc eſt, vt ſitis ipſi cauſa dilectionis, gratuitò nõ mercenariè proximũ ſyncero corde & ꝓpter deum & ſecundum deum diligentes. Et hãc quidem charitatẽ nõ intermiſſam ſed cõtinuam decet habere. Quia etſi carnis fragilitate præpediti non continuè vel ſemper orationi vel aliis piis exercitiis inſiſtere poſſumus, quæ per officium corporis & opportuna tempora fieri neceſſe eſt: at certè charitas ipſa cuius inſtinctu hæc foris aguntur, quæ & ipſa interiori homini præſidet, ſemper poteſt ibidem haberi, quamuis in publicum non ſemper poſsit prodire. Vt autem hanc viuificam charitatem nobis efficiat B. Petrus deſyderabiliorem, oſtendit quàm ſit vtilis, imò neceſſaria, dicens:

¶Qui

¶Quia charitas operit multitudinē peccatorū. Et quidem beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Et beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum. Dicitur autē hac ratione charitas operire multitudinem peccatorū, quia maxima omniū virtutum charitas eſt, & informis eſſe (vt virtutes cæteræ) nequaquā poteſt. Nō enim fieri poteſt, vt præſente charitate peccatū in homine permaneat, ſicut nec lux ſolis vna cum nocturnis tenebris eſſe poteſt, nec vita cū morte, quum hęc ſuis naturalibus & ꝓpriis actionibus, quo minus in eodē ſubiecto ſint mutuò ſe propellant. Proinde etſi cuncta bona opera que per hominē ſiunt opitulante deo, diluere culpas ipſi⁹ confiteantur: hoc tamen hîc de charitate ſpecialiter dicitur, quòd per eā proximis noſtris ea quæ ipſi in nos peccauerunt, quaſi quædā debita cōdonamus. Iuſtum quippe eſt apud deum, vt iuxta menſurā miſericordiæ qua menſi fuerim⁹, remetiatur nobis, ſicut ecōtrà aduerſum duricordes per Sapientem dicitur: Homo homini ſeruat irā, & à deo quærit medelā? In hominem ſibi conſimilem non habet miſericordiā, & pro delictis ſuis deprecatur? Ac ſi dicat: Perfrictæ frontis homo à deo donari ſibi peccata fruſtra & impudenter petit, quum interim proximo ſuo hāc facere donationem recuſat. Proinde dubitandum nō eſt, quin in eo quoq; qui per charitatem quicquid pōt quoad correptionem proximi admonendo, increpando, caſtigādo operatur, charitas ipſa cooperiat multitudinem peccatorum, Iacobo atteſtāte qui ait: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animā eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Sequitur:

*Pſal.*

*Cur operire multitudinē peccatorum charitas dicitur.*

*Similia.*

*Matt. 7.*

*Eccle. 20.*

*Iacob. 5.*

*Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.*

¶Hic oſtendit qualiter vnuſquiſque ſecundum charitatis præſcriptum habere ſe debeat erga proximū in opere dicens: Hoſpitales inuicem, ſcilicet eſtote, hilariter & benignè, ſine vlla ruga, ſeu murmuratiōe de onere fratris, aut veſtris in illum impenſis, ſpe certi, quòd quicquid ꝓpter deū proximo impenderitis, vobis ille cum multo fœnore refundet. Omnia proinde, inquit, quæ poſſidetis, idcirco vobis à deo cōceſſa ſunt, nō vt recōdatis ea aut vobis tātum ſeruetis, ſed vt etiā per hęc ſubueniatis indigētibus. Nemo

*Beneficentia qualiter in proximū exhibenda.*

*Nemo ſibi ſoli natus eſt.* Nemo enĩ ſibi ſoli debet viuere, quia nec ſoli ſibi quiſquã natus eſt. Poſſet autẽ & hoc etiã ad ſuſceptos nõ incongruè referri, vt ſcilicet nouerĩt ipſi ſine murmuratiõe, ſed magis cũ gratiarũ actiõe appoſita recipere. Et ne quis putet ſolã hoſpitalitatis gratiã in fratrẽ collocaſſe, ſat eſſe, generalius de quacunque beneficentia loquens, ſubdit.

*Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes.*

¶Quaſi dicat: Gratis & ſine ſpe redituri in vos commodi
*Mat. 10.* temporalis vnus alteri dei gratia, quam à deo gratis accepiſtis, ſeruite & ſuccurrite. Gratis enim accepiſtis, & ideo
*1. Cor. 12.* gratis date. Ad hoc enim diuerſæ gratiæ à deo cõferũtur, ſicut ait Apoſto. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Ad vtilitatem, inquit, nõ modò ipſius qui hanc accepit ſed etiam aliorum. Dãtur enim huiuſcemodi dona gratiarũ ad eccleſiæ ædificationẽ. Eccleſia verò quũ Chriſti corpus ſit, non in vno, ſed in multis fidelibus tanquam membris multis conſiſtit.

*Sicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei.*

¶Sic autem decet facere eos qui boni ſunt diſpenſatores multiformis gratiæ dei, vt quã quiſque gratiã acceperit, illã in alterum adminiſtret. Nõ enim debet quiſquã ſe diuinitus collata & aliis profutura dei dona, tãquam ſua priuata bona ſolus poſsidere, ſed tãquã ſibi credita & cõ-
*1. Cor. 4.* miſſa, ad vtilitatem proximorum, ſecundũ dei voluntatẽ diſpenſare. Vnde per Apoſt. dicitur: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorũ dei.
*Diſpenſatores boni & fideles.* Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Fideles autẽ & boni diſpenſatores ſunt, qui domino ſuo ſunt in voluntate cõformes. Et ideo ſicut ipſe ſine ſpe redituri in ſe cõmodi, ex ſola ſua benignitate libẽter nobis bona ſua cõmunicat: ita & ſuorum diſpẽſatores donorum quæ aliis cõmunicanda acceperunt, cum omni beneuolentia & hilaritate gratis debẽt in proximos collo-
*Pſal.* care. Quòd ſi in domino ſperãtes fideliter facerẽt, profe-
*Luc. 6.* ctò non deficerent omni bono, ſed iuxta domini promiſ-
*Prou. 11.* ſum dãtibus daretur, ſicut & per Salomonem dicitur: Sunt qui diuidunt propria, & ditiores ſunt. Hi deum ſuo modo imitantur, qui quum det omnia, minus tamen non habet.

¶Videmus

¶Videmus hoc tempore nōnullos qui etiā religioſorum nomine cenſentur, rebus poſſeſsis paſsim à ſeculi potētibus ſpoliari, vt dum id quod ſibi in pauperib⁹ ſuis debitū erat, non capit Chriſtus, id omne & multo plus iam fiſcus rapiat. Profectò ſi diſcernente deo dātibus datur, conſequens eſt etiā, vt nil dare volentibus (quum poſsint & ſuperabundēt) nō modò nihil detur, ſed ea quę habent, auferātur ab eis. Itaque ſiue bona exteriora atque tēporalia ſint, quę à deo accepiſti, ſiue ſpiritualia, vt verbi gratia, ſcientia, cōſilium, gratia orādi, authoritas etiā ſiue potentia in hoc mundo humiles defendēdi, & his ſimilia, quæ nimirū omnia cœleſtis gratię dona ſunt, vnuſquiſq; ſtudeat eam quā accepit gratiam adminiſtrare fideliter in alterutrum ſicut bonus diſpenſator, qui aliter bonus nequaquā eſſet nec fidelis, ſi bona domini ſui ſibi cōmiſſa, ad ipſius beneplacitum nolet diſpenſare. Sicut boni diſpēſatores, inquit, multiformis gratiæ dei. Hoc dicit propter multos & varios gratię effectus in hominib⁹. Vnuſquiſque enim (ait Apoſt.) propriū donum habet à deo, vnus quidem ſic, alius verò ſic. Sed quanuis diuiſiones & diſtinctiones gratiarum ſint, idem tamen eſt ſpiritus à quo ꝓficiſcuntur.

*Quibuſdam quare nūc poſſeſſa tollantur.*

*Boni diſpēſatoris munus.*

*1. Cor. 7.*

¶Expedit autem in eccleſia multiformē eſſe gratiam dei. Nam ſicut omnia vnius corporis membra non eundem actū habent (aliud enim eſt officium oculi, aliud manus, quæ membrorū atque operationū varietas neceſſaria eſt corpori) ita & eccleſię neceſſaria eſt diuerſorum miniſteriorum & officiorum varietas, ſecundum dona multiformis gratię dei, vt quum nō omnia poſſum⁹ omnes, quilibet in eo quod poteſt adiuuet infirmiorem, ſicut & membrum vnum ſua operatione alteri membro ſuccurrit. Pes enim portat oculū, & oculus viam proſpicit pedi. Manus defendit oculum & curat eum, viciſſim verò oculus ipſe dirigit operantē manum. Sic & nos quum ſimus inuicem mēbra, debemus ſine inuidia eam quam ſortiti ſumus gratiam quilibet in alterutrum fideliter adminiſtrare.

*Expedit multiformem dei gratiam eſſe in eccleſia.*

¶Tertiò, docet B. Petrus qualiter ſe debeat vnuſquiſque gerere erga proximū in verbo, conſequenter dicens:

*Si quis loquitur, quaſi ſermones dei.*

¶Timens ſcilicet ne præter dei voluntatem, vel præter id quod

*Quomodo docẽdum ſit in eccleſia.*

id quod in ſcripturis ſanctis euidenter præcipitur, vel dicat quippiã vel imperet, & inueniatur tanquam falſus teſtis dei, aut ſacrilegus, aut introducens aliquid alienum à doctrina domini, vel certè præteriens aliquid eorũ quæ deo placita ſunt, quum ipſe palàm prædicatoribus præcipiat, dicens: Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Ea, inquit, docentes quæ ego mandaui vobis, non alia: Et hæc non ex parte, ſed omnia ſuis auditoribus obſeruanda atque credenda tradere iubet.

*Mat. vlt.*

*Docẽdum eſſe humiliter ſine arrogantia.*

¶ Vel ſic ſi libet accipe: Si quis loquitur, quaſi ſermones dei. Hoc eſt, de loquẽdi peritia ſibi nihil arroget, ſed cum humilitate & timore dei, & circunſpectione prudenti, attendens ſcilicet quid, quibus, quãdo, vbi, & quare loquatur, nec tanquã ſua, ſed dei verba, corã deo loquatur, non ignorãs ſe tandem in dei iudicio de omnibus redditurum rationẽ. Et quia nõ modò in proferendo verbum dei arrogantiam vitare, & amplecti humilitatem debemus, ſed etiam in piis operibus iactantiã cauere neceſſe eſt, & ſeruare humilitatem, ideo ſubdit:

*Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat deus, vt in omnibus honorificetur deus, per Ieſum Chriſtum.*

*Humiliter in eccleſia miniſtrandum eſſe.*

¶ Si quis miniſtrat, inquit, ſiue pauperibus piè erogando, ſiue Reipub. ſiue cõmunitati cuilibet, eam diſponendo & moderando, ſiue in re ciuili, ſiue eccleſiaſtica, non inde ſe inaniter extollat, ſed tãtò humilius id miniſterij quiſque proximo impendit, quãtò certius nouit, quòd à ſemetipſo non habet quod impendit. Hinc eſt quòd quum omnia bene fecerit, nequaquã id ſuis aut viribus deputet aut meritis, ſed gratiæ dei quæ operatur in nobis velle & perficere. Faciat ergo dei ſeruus opera ſua bona, tanquã ex virtute quã adminiſtrat deus, nihil ſibi blãdiens, quaſi ea habeat à ſeipſo, ſed inter ſe & deum rectè diuidat, mala ſua ſibi, id eſt, ignorãtiæ vel fragilitati, vel certè malitiæ propriæ deputãdo, bona verò omnia deo fideliter à quo prouenerũt attribuẽdo, vt ſic in omnibus actibus veſtris, inquit, honorificetur deus, & hoc per Ieſum Chriſtum mediatorem & adiutorem.

*Phil. 2.*

Finis partis hyemalis.